UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Corpus Juris Canonici

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661**

III. Liber Sextus Decretalium D. Bonif. Papæ IIX. Vnà cum Clementinis & Extravagantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

# LIBER
# SEXTVS
## DECRETALIVM D.
## BONIFACII PAPAE VIII.
SVÆ INTEGRITATI VNA
CVM CLEMENTINIS ET
EXTRAVAGANTIBVS,
RESTITVTVS.

*CVM PRIVILEGIO GREGO-
rii XIII. Pont. Max. & aliorum Prin-
cipum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

BONIFACIUS PAPA VIII. natione Hernicus, patria Anagninus, è familia Cajetana, anno 1294. Pontifex Maximus creatus eſt. Is Decretales Epiſtolas prædeceſſorum ſuorum per Guilielmum Archiepiſcopum Ebrudunenſ. & Berengarium Epiſcopum Biterenſ. ac Magiſtrum Richardum de Senis S. R. E. Vicecancellar. diligenter fecit recenſeri: & quibuſdam Decretis novis ſe additis in unum librum ſub debitis titulis redigi, & quinq; aliis Gregorii Papæ IX. annecti, Sextumq; nuncupari juſsit. Ad quem Joannes Andr. Bononienſ. continuas gloſſas, quibus multa ex ejus lectura fuerunt inſerta, & hoc ſigno [ ] notata, conſcripſit.

# INDEX TITVLORVM ET CAPITVLORVM LIBRI SEXTI DECRETALIUM.

TABVLA TITVLORVM
v. librorum Sexti Decretalium ſecundùm ordinem
Alphabeti.


A.

Accuſationib. inquiſitionib. & denunciationib. l.5. t.1.
Aetate & qualitate & ordine præficiendorum. l.1. tit.10.
Appellationib. lib.2. tit.15.
Arbitris. lib.1. tit.22.

B.

Bigamis. lib.1. tit.12.

C.

Capellis Monachorum. l.3. t.18.
Cenſibus, exactionib. & procurationib. lib.3. tit.20.
Clericis conjugatis. lib.3. tit.2.
Clericis non reſidentibus. l.3. t.3.
Clerico ægrotante vel debilitato. lib.3. tit.5.
Cognatione ſpirituali. libro 4. titul.3.
Conceſſione præbendæ & eccleſiæ non vacantis. l.3. t.8.
Confeſſis. lib.2. tit.9.
Conſecratione eccleſiæ vel altaris. lib.3. t.21.
Conſuetudine. lib.1. tit.4.
Conſtitutionibus. lib.1. t.2.

D.

Ecimis, primitiis, & oblationib. lib.3. t.13.
e deſponſatione impuberum. lib.4. tit.2.
igamis. lib.1. tit.12.
lo & contumacia. l.2. t.6.

E.

Electione & electi poteſtate. lib.1. tit.6.
Eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ. l.2. t.7.
Exceptionib. lib.2. tit.12.
Exceſſibus prælatorum & ſubditorum. l.5. t.6.

F.

Filiis Presbyterorum & aliis illegitimè natis. l.1. t.11.
Foro competenti. lib.2. tit.2.

H.

HAEreticis. lib.5. tit. 2.
Homicidio. l.5. tit.4.

I.

IIs quæ vi metúſve cauſa fiunt. lib.1. tit.20.
Immunitate eccleſiarũ, cœmeteriorum & aliorum locorũ religioſorum. l.3. tit.23.
In integrum reſtitutio. l.1. t.21.
Injuriis & damno dato. l.5. t.8.
Inſtitutionib. lib.3. t.6.
Judiciis. lib.2. tit.1.
Iuramento calumniæ. l.2. t.4.
Iurejurando. lib.2. tit.11.
Iure patronatus. lib.3. tit.19.

L.

LItis conteſtatione. l.2. t.3.

M.

MAjoritate & obedientia. lib.1. tit.17.

N.

NE clerici vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant. l.3. t.24.
Ne ſede vacante aliquid innovetur. l.2. t.8.

O.

OFficio vicarii. lib.1. tit.13.
Officio & poteſtate judicis delegati. l.1. t.14.
Officio legati. lib.1. tit.15.
Officio ordinarii. lib.1. t.16.

P.

PActis. lib.1. tit.18.
Pœnis. lib.5. tit.9.
Pœnitentiis & remiſſi. l.5. t.10.
Poſtulatione prælator. l.1. t.5.
Præbendis & dignit. lib.3. t.4.
Præſcriptionib. lib.2. tit.13.
Privilegiis. lib.5. tit.7.
Procuratoribus. lib.1. tit.19.

R.

REbus eccleſiæ non alienandis. lib.3. tit.9.
Regularib. tranſeuntib. ad religionem. l.3. tit.14.
Regulis juris. lib.5.
Religioſis domib. l.3. t.17.
Reliquiis & veneratiõe ſanctorum. lib.3. tit.22.
Renunciatione. lib.1. tit.7.
Rerum permutatione. l.3. ti.10.
Reſcriptis. lib.1. tit.3.
Reſtitutione ſpoliatorũ. l.2. t.5.
Reſtitutione in integ. l.1. tit.21.

S.

SChiſmaticis. lib.5. tit.3.
Sententia & re judicata. l.2. titul.14.
Sententia excommun. l.5. ti.11.
Sepulturis. lib.3. tit.12.
Sponſalibus & matrimoniis. l.4. titul.1.
Statu regularium. lib.3. tit.16.
Summa trinitate & fide catholica. lib.1. t.1.
Supplenda negligentia. prælat. lib.1. tit.8.

T.

TEmporib. ordinationum. l.1. titul.9.
Teſtamentis & ultimis voluntatibus. lib.3. tit.11.
Teſtib. & atteſtat. lib.2. ti.10.

V.

VErbor. ſignifi. lib.5. tit.12.
Vita & honeſt. cleric. l.3. t.1.
Voto & voti redemptione. lib.3. tit.15.
Vſuris. lib.5. tit.5.
Vt lite pendente nihil innovetur. lib.2. tit.8.


FINIS TABVLAE titulorum.

TABVLA OMNIVM CApitulorum Sexti Decretalium ſecundùm ordinem Alphabeti.


A.

ABarbitris. de off. & por. jud. del.
Abbate. de ſen. & re ju.
Abbates. de privil.
Ab eo qui appellat. de appel.
Ab eo qui contra. de elect.
Abſolutionis. de his quæ vi.
Accuſatus. de hæret.
A collatione. de appell.
Actor qui. de do. & contum.
Ad Apoſtolic. de ſent. & re jud.

*Ad decimas. de reſt. ſpol.*
*Ad ſuccidendos. de ſchiſm.*
*Alma mater. de ſent. excom.*
*Altercationis. de biga.*
*Animarum. de ſepult.*
*Appellatio. de appell.*
*Avaritiæ. de elect.*
*Auctoritate Martini. de conceſſio. præben.*
*Auctoritate ſedis. de privi.*

B.

*BEneficium. de regularibus.*

C.

*CLericis. de immu. eccl.*
*Clerici. de vita & honeſta. cleric.*
*Clerici. de cler. conjuga.*
*Collatio. de offi. leg.*
*Commiſſa. de elect.*
*Concertationi. de appell.*
*Conſtitutionem. de ſent. exc.*
*Conſtitutionem. de verborum ſignificat.*
*Conſtitutionem. de regularib.*
*Conſtitutio. de elect.*
*Conſuetudinem. de conſuetud.*
*Conſuetudinem. de cleric. non reſiden.*
*Contingit. de jurejuran.*
*Contra Chriſtianos. de hæret.*
*Cordi nobis. de appell.*
*Cui de non. de præben.*
*Cum ſingula. de præb.*
*Cum in eccleſiis. de præb.*
*Cum de diverſis. de privi.*
*Cum perſonæ. de privi.*
*Cum in multis. de reſcri.*
*Cum aliquib. de reſcr.*
*Cum æterni. de ſentent. & re judic.*
*Cum ab uno. de ſentent. & re judic.*
*Cum quis. de ſepulturis.*
*Cum quis. de ſententia excommunicationis.*
*Cum medicinalis. de ſententia excommunicationis.*
*Cum nullus. de temp. ord.*
*Cum appellationib. de appell.*
*Cum in tua. de conſuet.*
*Cum non deceat. de elect.*
*Cum ex eo. de elect.*
*Cum expediat. de electio.*
*Cum quidam. de exceptio.*
*Cum ex eo. de exceſſi. prælat.*
*Cum C. laicus. de for. competen.*
*Cum contumacia. de hæret.*
*Cum ſecundùm leges. de hæret.*
*Cum in poſitionibus. de jurejurand.*
*Cum in generali. de offic. vic.*
*Cum plures. de officio & poteſtate jud.*
*Cum de beneficio. de præb.*
*Cum in illis. de præb.*
*Cum in eccleſia. de præb.*
*Cum Epiſcopus. de offi. ord.*
*Cupientes. de elect.*

D.

*DEcet domum. de immun. eccleſ.*
*Decernimus. de ſententia excommunicationis.*
*Decrevit. de hæret.*
*Degradatio. de pœnis.*
*Deliberatione. de offic. leg.*
*Deteſtanda. de conc. præb.*
*Dilecto. de ſententia excommunicationis.*
*Diſcretioni. de dec.*
*Diſpendia. de reſcrip.*
*Diſpendiis. ut lit. pend.*
*Dudum. de præb.*
*Dudum. de rebus eccleſiæ non alienandis.*
*Duobus. de reſcript.*

E.

*ECcleſiæ. de ſupp. neglig. prælatorum.*
*Eccleſia. de in integr. reſt.*
*Ei cui. de præben.*
*Eos qui. de ſententia excommunicationis.*
*Eos qui. de temp. ordi.*
*Eos qui. de immu. eccl.*
*Epiſcopal. de majo. & obed.*
*Epiſcopus. ne cle. vel mo.*
*Epiſcopum. de præſcri.*
*Epiſcoporum. de privi.*
*Et ſi capitulum. de inſtitut.*
*Et ſi pignorationes. de injur.*
*Et ſi ſententia. de ſentent. & re judic.*
*Eum cui. de præb.*
*Eum qui. de eo qui mittitur in poſ.*
*Eum qui. de dolo & contum.*
*Eum qui. de præbend.*
*Exceptionis. de lit. cont.*
*Ex eo quòd. de elect.*
*Executor. de conc. præb.*
*Exigit. de cenſib.*
*Exiit. de verb. ſignifi.*
*Ex ſponſalibus. de ſponſ.*

F.

*FElicis. de pœnis.*
*Felicis. de cenſi.*
*Fideli. de ſum. trin.*
*Filii. de hæret.*
*Frequens. de reſt. ſpolia.*
*Fundamenta. de elect.*

G.

*GEnerali. de elect.*
*Glorioſus. de reliq. & ven.*
*Grandi. de ſup. negl. præl.*
*Gratia. de reſcrip.*

H.

*HAc conſtitutione. de offic. & pote. jud. del.*
*Hi qui. de præb.*
*Hoc conſultiſſimo. de rebus eccl. non alien.*

I.

*IN appellationis. de jurecalumn.*
*Indemnitatibus. de elect.*
*Indulgentiæ. de pœn.*
*In electionibus. de elect.*
*In fidei. de hæret.*
*Inquiſitores. de hæret.*
*Ipſo jure. de reſcrip.*
*Is cui procuratio. de elect.*
*Is cui ab Apoſtolica. de off. & poteſtate.*
*Is cui eſt. de ſententia excommunicationis.*
*Is cui conceditur. de præb.*
*Is qui mandat. de homicid.*
*Is qui contra. de elect.*
*Is qui. de fil. presby.*
*Is qui à procuratore. de procuratoribus.*
*Is qui habet. de ſepult.*
*Is qui in eccleſia. de ſententia excommunicationis.*
*Is qui monaſterium. de reg.*
*Iudex. de officio & poteſtate judicis delegat.*
*Iuris. de judi.*

L.

*LEgatos. de offi. legat.*
*Legitima. de appell.*
*Licet eccleſiarum. de pri.*
*Licet Epiſcopus. de præb.*
*Licet ab interlocutoria. de appellation.*
*Licet in officialem. de offic. vic.*
*Licet is. de procur.*
*Licet Romanus. de conſt.*
*Licet canon. de elect.*
*Licet pater. de ſepult.*
*Licet. de ſent. excom.*
*Licet vobis. de priv.*
*Licet in tua. de rer. perm.*
*Licet mulieres. de jurejur.*

M.

*MAndatum. de præb.*
*Mandato. de præb.*
*Mediatores. de teſtib. & atteſtationibus.*
*Mulieres. de judi.*

N.

*NE aliqui. de hæret.*
*Ne aliqui. de privil.*
*Ne captanda. de con. præb.*
*Nedum. de cogn. ſpir.*
*Nemo deinceps. de elect.*
*Non eſt. de conſuet.*
*Non indiſcretè. de procur.*

*Non poteſt. de præb.*
*Non putamus. de conſue.*
*Non ſolùm, de appell.*
*Non ſolùm. de regular.*
*Nulli licere. de elect.*
*Nullam. de jur. cal.*
*Nullus Epiſcopus. de temp. ord.*
*Nullus religioſus. de elect.*

O.

*Officii. de off. legati.*
*Ordinarii. de off. ord.*

P.

*Pactum. de pact.*
*Paſtoralis. de cle. agr.*
*Per Catechiſmum. de cog. ſpir.*
*Per exemptionem. de priv.*
*Per hoc. de hæret.*
*Permittimus. de ætate & qualitate.*
*Perpetuo. de cenſib.*
*Perpetuo. de poſtul. præla.*
*Perpetuo. de elect.*
*Periculoſo. de ſtatu regu.*
*Pia. de except.*
*Poſtquam. de accuſa.*
*Prælatis. de homic.*
*Præſentis. de off. leg.*
*Præſenti. de off. ord.*
*Præſenti. de præben.*
*Præſenti. de ſentent. excommunicationis.*
*Præſentium. de teſtibus & atteſtationib.*
*Presbyteri. de capel. mon.*
*Præſidentes. de hær.*
*Privilegium. de verborũ ſignificatione.*
*Procuratori. de procur.*
*Procurator. de elect.*
*Pro humani. de hom.*
*Provida. de elect.*

Q.

*Quam ſit eccleſiis. de elect.*
*Quanquam uſurarii. de uſur.*
*Quanquam in caſu. de elect.*
*Quanquam pedagiorũ. de cenſ.*
*Quamvis non plures. de cognat. ſpirit.*
*Quamvis alicui. de offic. & poteſtate.*
*Quamvis ſuper ceſſationibus. de officiardin.*
*Quamvis pleniſſima. de præb.*
*Quamvis tibi. de præb.*
*Quamvis ad reorum. de pœn.*
*Quamvis. de reſcr.*
*Quamvis conſtitut. de elect.*
*Quamvis procurator. de proc.*
*Quamvis pactum. de pact.*
*Quia agendum. de proc.*
*Qui contra certam. de elect.*
*Qui generaliter. de procu.*
*Qui poſt votum. de regu.*
*Qui pontificali. de offi. & poteſtate jud.*
*Quia plerique. de off. ord.*
*Quia ſæpe dubitatur. de præb.*
*Quia nonnulli. de immu. eccl.*
*Quia per ambitioſam. de reſc.*
*Quia ſæpe contingit. de elect.*
*Quia periculoſum. de ſent. excommunicationis.*
*Quia ex eo. de pact.*
*Quia cunctis. de conceſ. præb.*
*Quicunque. de ſententia excommunicationis.*
*Quicunque hæreticos. de hæret.*
*Quod votum. de voto & vot. redempt.*
*Quodam. de præb.*
*Quoniam Epiſcoporum. de hær.*
*Quoniam ut intelleximus. de immun. eccl.*
*Quoniam Epiſcopi. de privil.*
*Quoniam aliqui. de renunt.*
*Quoniam electione. de elect.*
*Quoniam ex conſtitutione. de conceſ. præb.*
*Quoniam in baptiſmo. de ſent. excommun.*
*Quorundam. de elect.*

R.

*Religioſus. de teſtam.*
*Religioſo. de ſentent. excommunicationis.*
*Religioſi. de ſepult.*
*Religionum. de relig. dom.*
*Romana. de ſuppl. negl. præl.*
*Romana. de ſentent. excommunicationis.*
*Romana. de teſtibus & atteſtationibus.*
*Romana. de cenſib.*
*Romana. de foro comp.*
*Romana. de offic. vica.*
*Romana. de offi. ord.*
*Romana. de pœnis.*
*Romana. de pœnite.*
*Romana. de appell.*

S.

*Sciant cuncti. de elect.*
*Sæculares. de foro comp.*
*Sæpe contingit. de temp. ord.*
*Si à judice. de appell.*
*Si à ſubdelegato. de off. & pot.*
*Si Apoſtolicæ. de præb.*
*Si à ſede. de præb.*
*Si Apoſtolica. de præ.*
*Si Abbatem. de elect.*
*Si ad ſolum. de regul.*
*Si adverſus. de in integ. reſt.*
*Si annum. de judi.*
*Si ad Epiſcopum. ne ſede vac.*
*Si beneficia. de præb.*
*Si clericos. de ſent. excom.*
*Si civitas. de ſententia excommunicationis.*
*Si capitulo. de conceſ. præb.*
*Si compromiſſarius. de elect.*
*Si confirmationem. de elect.*
*Si contra unum. de officio & poteſtate.*
*Si canonici. de offi. ord.*
*Si clericus. de præb.*
*Si cui. de elect.*
*Si cui. de præben.*
*Sicut nobis. de verborum ſignificatione.*
*Sicut cum. de elect.*
*Si duo procuratores. de procuratoribus.*
*Si duo ex tribus. de officio & poteſtate.*
*Si de calumnia. de jur. calum.*
*Si delegatus. de offi. & pot.*
*Si eccleſiam. de conſe. eccl.*
*Si Epiſcopus. de ſuppl. negl. prælatorum.*
*Si Epiſcopus. de præb.*
*Si Epiſcopus. de pœniten.*
*Si Epiſcopus. de offi. ord.*
*Si eo tempore. de reſcr.*
*Si eo tempore. de elect.*
*Si electio. de elect.*
*Si ex tribus. de arbitr.*
*Si eum. de præb.*
*Si forte. de elect.*
*Si gratioſe. de reſcri.*
*Si hi contra. ut lite pend.*
*Si judex. de ſent. exc.*
*Si infantes. de deſponſat. imp.*
*Si is cum quo. de fil. Presbyt.*
*Si is cui. de præben.*
*Si is cui. de accuſa.*
*Si is ad quem. de inſtitu.*
*Si is cui. de offi. & poteſt. jud.*
*Si laicus. de jure patr.*
*Si motu. de præb.*
*Si oblato. de lit. conteſt.*
*Si Papa. de priv.*
*Si pater. de teſt.*
*Si poſt præſtitum. de conf.*
*Si propter. de reſcr.*
*Si pro te. de reſcr.*
*Si poſtquam. de cle.*
*Si pro clericis. de præb.*
*Si poſtquam. de præb.*
*Si pluribus. de præb.*
*Si pauper. de præb.*
*Si quando. de elect.*
*Si quem. de procur.*
*Si qui. de præſcr.*
*Si quis juſto. de elect.*
*Si religioſus. de elect.*
*Si ſententia. de ſententia excommunicationis.*
*Si ſoli. de conceſ. præ.*
*Si ſuper. de off. & pot. jud.*

*Si ve. de renunciat.*
*Si tibi abſenti. de præb.*
*Si tibi conceſſo. de præb.*
*Solet. de ſent. exc.*
*Statuimus. de ſentent. excommunicationis.*
*Statuimus. de elect.*
*Statuimus. de confeſſis.*
*Statuimus j. de offic. & poteſt. judic. deleg.*
*Statuimus ij. de offi. & pot.*
*Statutum. de reſcr.*
*Statutum. de elect.*
*Statutum. de ſent. excom.*
*Statutum. ne cler. vel Mon.*
*Statutum. de præb.*
*Statutum j. de hæret.*
*Statutum ij. de hære.*
*Statuta. de hæret.*
*Statuto perpetuo. de dec.*
*Super eo. de hæret.*
*Super eo. de præb.*
*Suſceptum. de reſcr.*
*Suſcepti. de præb. & dign.*

T.

*Tibi qui. de reſcr.*

V.

*Vbi periculum. de elect.*
*Vbicunque. de pœnit.*
*Veniens. de verborum ſign.*
*Venerabilibus. de ſentent. excommunic.*
*Volentes. de privi.*
*Vſurarum. de uſur.*
*Vt Apoſtolicæ. de privi.*
*Vt animarum. de conſtitutionibus.*
*Vt circa. de elect.*
*Vt commiſſi. de hæret.*
*Vt inquiſitionis. de hæret.*
*Vt litigantes. de officio ordinarii.*
*Vt officium. de hæret.*
*Vt periculoſa. ne cleric. vel Monach.*
*Vt quæſtionibus. de arb.*
*Vt quia. de elect.*
*Vt ſuper. de appell.*

FINIS.

CLEMENS PAPA V. natione Gallus, provincia Vaſconia, diœceſis Burdegalenſis, anno 1305. Romanus Pontifex creatur. Is non modò in concilio Viennenſi, ſed etiam ante & poſt ipſum concilium plurimas conſtitutiones edidit: quas, cùm & aſsidua occupatione, & morte præventus in unum collectas volumen, & ſub congruis titulis collocatas edere ut decreverat, non potuiſſet, Ioannes XXII. eius ſucceſſor publicavit. Eas Ioann. And. Bononien. gloſsis illuſtravit.

TABULA

# TABVLA TITVLORVM ET CAPITVLORVM CLEMENTINARUM.

## TABVLA TITVLORVM Clementinarum, ſecundùm ordinem Alphabeti.


A.

AEtate & qualitate & ordine præficiendorũ. l.1.t.6
Appellationibus. lib.2.t.12.

B.

BAptiſmo & ejus effectu. lib.3. tit.15.

C.

CAuſa poſſeſſionis & proprietatis. lib.2.t.3.
Celebratione miſſar. l.3.t.14.
Cenſib. exactionib. & procurationib. l.3.t.13.
Conceſſione præbendæ. l.3.t.3.
Conſanguinitate & affi. l.4.t.1.

D.

DEcimis, primitiis, & oblationibus. l.3.t.8.
Dolo & contumacia. l.2.t.4.

E.

ELectione & electi poteſtate. lib.1.t.3.
Exceptionib. lib.2.t.10.
Exceſſib. prælat. l.5.t.6.

F.

FOro competenti. libr.2. titul.2.

H.

HAereticis. lib.5.t.3.
Homicidio voluntario, vel caſuali. l.5.t.4.

I.

IMmunitate eccleſiarum. l.3. tit.17.
Iudæis & Sarracenis. l.5.t.2.
Iudiciis. lib.2.tit.1.
Iurepatronatus. lib.3.t.12.
Iurejurando. lib.2.t.9.

M.

MAgiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. l.5.t.1.

O.

OFficio vicarii. lib.1.t.7.
Officio & poteſtate judicis delegat. lib.1.t.8.
Officio judicis ordinarii. l.1.t.9.

P.

POenitentiis & remiſſ. l.5.t.9.
Pœnis. lib.5.tit.8.
Præbendis & dignitat. li.3.t.2.
Privilegiis, & exceſſibus privilegiatorum. lib.5.t.7.
Probationibus. lib.2.tit.7.
Procuratorib. lib.1.t.10.

R.

REbus eccleſiæ non alienandis. lib.3.tit.4.
Regularibus, & tranſeuntibus ad religionem. l.3.t.9.
Religioſis domibus. lib.3.t.11.
Reliquiis & veneratione ſanctorum. lib.3.t.16.
Renunciatione. lib.1.t.4.
Rerum permutatione. l.3.t.4.
Reſcriptis. lib.1.tit.2.
Reſtitutione in integrũ. l.1.t.21.

S.

SEntentia & re judicata. l.2. titul.11.
Sententia excommunicationis. lib.5.tit.10.
Sepulturis. lib.3.t.7.
Sequeſtratione poſſeſſionum & fructuum. l.2.t.6.
Statu Monachorum. l.3.t.10.
Summa trinitate & fide catholica. l.1.t.1.
Supplenda negligentia prælatorum. l.1.t.5.

T.

TEſtamentis & ultimis voluntatibus. l.3.t.5.
Teſtibus. lib.2.tit.8.

V.

VErborum ſignifi. l.5.t.11.
Vita & honeſtate clericorũ. lib.3.tit.1.
Vſuris. lib.5.tit.5.
Vt lite pendente nihil innovetur. lib.2.t.5.


## TABVLA CAPITVLOrum Clementinarum, ſecundùm ordinem Alphabeti.


A.

ABbates. de reſcr.
Ab eccleſia. de reſtit. in int.
Abuſionibus. de pœnit. & remiſſion.
Ad compeſcendas. de ſeq. poſſ. & fruct.
Ad noſtrum. de cenſ.
Ad noſtrum. de hæret.
Appellanti. de appell.
Archiepiſcopo. de privil.
Attendentes. de ſta. Monach.
Auditor. de reſcript.

C.

CAuſa beneficiali. de cau. poſſ. & prop.
Cauſam electionis. de elect.
Cedit quidem. de Iudæis.
Conſtitutionem. de elect.
Cum à repulſione. de appell.
Cum conceſſa. de elect.
Cum de quibuſdam. de rel. dom.
Cum eccleſiæ. de æta. & qualit.
Cum ei quem. de conc. præb.
Cum ex eo. de ſent. excom.
Cum illuſio. de renunt.
Cum Iudæi. de teſt.
Cum lite. ut lit. penden.
Cum ration:. de elect.
Cum ſecundùm ſtatuta. de pœn. & remiſſ.
Cum ſit nimis. de magiſtr.
Cum ſit natura. de cenſ.
Cupientes. de pœnis.

D.

DIgnum prorſus. de celebr. miſſar.
Diœceſanis. de vit. & hon. cl.
Diſpendioſam. de judic.
Dudum. de judic.
Dudum. de ſepult.

E.

EOs, qui. de ſepult.
Eos, qui. de regular.
Eos, qui. de conſang. & affin.
Et ſi. de reſcr.
Et ſi. de offi. ordin.
Et frequentib. de ſent. exc.
Ex gravi. de uſur.
Excommunicationis. de excep.
Exivi de paradiſo. de verb. ſig.

F.

FIdei catholicæ. de ſumm. trin.
Frequens. de exceſſ. præl.

G.

GEneralem. de ætat. & qual.
Gratiæ. de reſcri.
Gravi. de celebrat. miſſar.
Gravis. de ſent. excom.

I.

IN plerisq;. de elect.
Inſtrumento. de procur.




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Inter ſolicitudines. de magiſt.*
*Iudices. de offi. deleg.*

*L.*

*LIteris noſtris. de probat.*
*Literas. de reſcrip.*

*M.*

*MOnaſteriorum. de reb. eccl. non alien.*
*Multorum. de hæret.*
*Multorum. de pœnit.*

*N.*

*NE conceſſione. de rer. perm.*
*Ne in agro. de ſtat. mon.*
*Ne Romani. de elect.*
*Nolentes. de hæret.*
*Non poteſt. de procur.*

*P.*

*PAſtoralis. de re jud.*
*Per literas. de præben.*
*Plures ab uno. de jur. patr.*
*Præſenti conſtitutione. de cenſ.*
*Præſenti. de bapt. & ejus effe.*
*Procuratorum. de procur.*

*Q.*

*QUamdiu. de appell.*
*Quamvis ſacris. de for. com.*
*Quamvis rigor. de appell.*
*Quæ de eccleſiis. de offi. vicar.*
*Quia contingit. de relig. dom.*
*Quia regulares. de ſuppl. negl.*
*Quod circa. de elect.*
*Quoniam qui. de vit. & hon. cl.*
*Quoniam ex conſtitutione. de immun. eccl.*

*R.*

*REligioſi. de privil.*
*Religioſi. de decim.*
*Religioſus. de procur.*
*Religioſis. de teſtam.*
*Romani. de jurejur.*

*S.*

*SAepe contingit. de verborum ſignificatione.*
*Si ante. de dol. & contum.*
*Si à judicibus. de appell.*
*Si appellationem. de appell.*
*Si beneficiorum. de decim.*
*Sicut appellationem. de appell.*
*Si de beneficio. de præb.*
*Si dignitatem. de præb.*
*Si dominũ. de relig. & ven. ſan.*
*Si duobus. ut lit. penden.*
*Si furioſus. de homicid.*
*Si juxta. de præbend.*
*Si plures. de præbend.*
*Si quis ſuadente. de pœnit.*
*Si Romanus. de præbend.*
*Si ſummus. de ſentent. excommunicationis.*
*Si una. de reb. eccl. non alien.*
*Statutum. de elect.*

*T.*

*TEſtibus. de teſt.*

*V.*

*VT calumniis. de re judic.*
*Vt clericor. de offi. jud. ord.*
*Vt conſtitutio. de jur. jur.*
*Vt profeſſores. de regul.*
*Vt ii qui. de ætat. & qual.*

**F I N I S.**

IOANNES PAPA XXII. natione Gallus, patria Caturcenſis, ex provincia Aquitania, anno 1316. Romanus Pontifex creatus eſt. Is præter conſtitutiones Clementis V. prædeceſſoris, [illegible] tas quoque ſuas publicavit. Ad quas Zenzelinus de Caſſanis (quem alii Genzelinum vocant) uberes compoſuit commentarios.

TABULÆ

# TABULA EXTRAVAGANTIUM VIGINTI JOANNIS XXII. TUM ETIAM TITULORUM ET CAPITULORUM EXTRAVAGANTIUM COMmunium, per Alphabeti ordinem diſtincta.

INDEX TITULORUM extravagantium XX. Ioannis XXII. juxta ſeriem Alphabeticam.


C

Conceſſione prabendæ, & eccleſiæ non vacantis. tit. 4.
Crimine falſi. t. 10.

E

Electione & electi poteſtate. tit. 1.

I

Iudæis & Sarracenis. t. 8.

M

Majoritate & obedientia. t. 2.

N

Ne ſede vacante aliquid innovetur. t. 5.

P

Pœnit. t. 12.
Præbendis & dignitatib. t. 3.
Privilegiis. t. 11.

R

Religioſis domib. t. 7.

S

Sententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti. tit. 13.

T

Torneamentis. t. 9.

V

Verborum ſignificatione. t. 14.
Voto, & voti redemptione. ti. 6.


TABULA CAPITUM Extravagantium XX. Ioannis XXII. ſecundùm ordinem Alphabeti.


A

Ad apoſtolatus. t. 4. de conceſſ. præb. & eccl. non vac.
Ad noſtri apoſtolatus. tit. 11. de privileg.
Ad conditorem. t. 14. de verbor. ſignifi.
Ad onus. t. 1. de elect. & ele. pot.
Antiqua. t. 6. de vot. & voti redempt.

C

Copioſus in miſericordia. t. 8. de Iud. & Sarracen.
Cùm ad ſacroſancta. tit. 13. de ſent. exc. ſuſpenſ. & interd.
Cùm inter nonnullos. 14. de verbor. ſignifi.

D

Dierum creſcente malitia. t. 12. de pœn.

E

Eccleſiæ Romanæ. tit. 2. de majo. & obed.
Execrabilis. tit. 3. de præben. & dign.

P

Prodiens quaſi. tit. 10. de crim. fal.

Q

Quia in futurorum. t. 9. de torneam.
Quia nonnunquam. t. 14. de ver. ſignifi.
Quia quorundam. t. 14. de verb. ſignifi.
Quorundam exigit. titul. 14. de verb. ſignifi.

S

Sancta Romana. t. 7. de rel. dom.
Sedes Apoſtolica. tit. 4. de conc. præb. & eccleſ. non vac.
Si fratrum. ti. 5. ne ſed. vac. aliq. inno.
Suſcepti regiminis. t. 1. de elect. & el. poteſt.


TABULA TITULORUM quinque librorum Extravagantium communium, ſecundùm ordinem Alphabeti.


A

Auctoritate & uſu pallii. lib. 1.

C

Celebratione miſſarum. l. 3.
Cenſibus, exactionibus, & procurationib. l. 3.
Conſuetudine. l. 1.
Crimine falſi. l. 5.

D

Decimis. l. 3.
Dilationib. l. 2.
Dolo & contumacia. l. 2.

E

Electione. l. 1.
Emptione & venditione. l. 5.

F

Furtis. l. 5.

H

Hæreticis. l. 5.

I

Immunitate eccleſiarum. l. 3.
Iudiciis. l. 2.
Iudæis. l. 5.

M

Majoritate & obedientia. l. 1.

N

Ne ſede vacante aliquid innovetur. l. 3.

O

Officio cuſtodis. l. 1.
Officio delegati. l. 1.
Officio judicis ordinarii. l. 1.

P

Pœnitentiis & remiſſionibus. lib. 5.
Pœnis. l. 5.
Poſtulatione prælatorum. l. 1.
Præbendis & dignitatibus. l. 3.
Privilegiis. l. 5.

R

Rebus eccleſiæ non alie. l. 3.
Regularibus & tranſeuntibus ad religionem. l. 3.
Religioſis domibus. l. 3.
Reliquiis & venerat. ſanctor. lib. 3.

S

Schiſmaticis. l. 5.
Sententia excommunicationis. lib. 5.
Sepulturis. l. 3.
Simonia. l. 5.

T

Treuga & pace. l. 1.

V

Vita & honeſtate cler. l. 3.


TABULA OMNIUM CApitulorum Extravagantiũ communium, per Alphabeti ordinem.


A

Ad certitudinem. de ſent. exc.
Ad cujuslibet. de præb. & dign.
Ad noſtrum. de reg. & trans. ad relig.




UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Ad regimen. de præb. & dig.*
*Ad Romani. de præb. & dig.*
*Ad univerſalis. de treug. & pa.*
*Ambitioſæ. de reb. eccl. non alie.*
*Antiquorum. de pæn. & remiſ.*

C

*Cùm deteſtabile. de ſimon.*
*Cùm Matthæus. de hær.*
*Cùm nonnullæ j. de præb. & dig.*
*Cùm nonnullæ ij. de præb. & di.*
*Cùm præexcelſa. de rel. & ven. ſanct.*

D

*Debent ſuperioribus. de offic. jud. ordin.*
*Declarationes. de decim.*
*Deteſtanda. de ſepult.*
*Dignum arbitrantes. de Iudæis*
*Diſpendiis. de poſtul. præl.*
*Diſcipulorum. de celeb. miſ.*
*Divina. de privil.*
*Divinis. de pœnis.*
*Docta ſanctorum. de vita & hon. cler.*
*Dudum. de ſchiſmaticis.*

E

*Et ſi dominici j. de pæn. & rem.*
*Et ſi dominici ij. de pæn. & rem.*
*Et ſi deceat. de major. & obed.*
*Et ſi in temporalium. de præbe. & dignit.*
*Excommunicamus. de ſent. excommunicationis.*
*Ex debito. de elect.*
*Execrabilis. de præb. & dign.*
*Ex eo. de hær.*
*Exhibita. de privileg.*
*Ex ſuperna. de præb. & dign.*

F

*Frequentes. de jud.*

G

*Grave nimis. de rel. & ven. ſan.*

I

*In delictorum. de dilat.*
*Infidelis. de furtis.*
*Injunctæ. de elect.*
*Inter cunctas. de privil.*

M

*Malitiis. de auct. & uſu pal.*
*Meruit. de privil.*
*Multa mentis. de Iudæis.*

N

*Nuper j. de præb. & dign.*
*Nuper ij. de præb. & dign.*
*Nuper iij. de præb. & dign.*

P

*Paſtoralis. de immun. eccl.*
*Pia ſolicitudinis. de præb. & di.*
*Poſtulaſti. de præb. & dig.*
*Providè. de ſent. excom.*

Q

*Quemadmodũ. de pæn. & rem.*
*Quia cunctos. de offic. juſ.*
*Quia nonnulli. de ſent. exc.*
*Quod olim. de immu. eccl.*

R

*Ratio recta. de relig. dom.*
*Regimini j. de empt. & vend.*
*Regimini ij. de empt. & vend.*
*Rem non novam. de dol. & cont.*

S

*Salvator. de præb. & dig.*
*Sancta Romana. de elect.*
*Sanè in vinea. de ſimon.*
*Sedes Apoſtolica. de off. deleg.*
*Si religioſus. de elect.*
*Spondent. de crim. falſi.*
*Super cathedram. de ſepult.*
*Super gentes. de conſue.*
*Suſcepti. ne ſed. vacan.*

V

*Vas electionis. de cenſi. &c.*
*Vas electionis. de hæret.*
*Viam ambitioſã. de reg. & trã. ad rel.*
*Vices illius. de treug. & pac.*
*Vnam ſanctã. de major. & obed.*
*Vnigenitus. de pœn. & rem.*
*Vt prælatorum. de maj. & obed.*
*Vt quos. de offic. jud. ord.*

FINIS.

# LIBER SEXTVS DECRETALIUM DOMINI BONIFACII PAPAE VIII.

*BONIFACIVS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Doctoribus & ſcholaribus univerſis Bononiæ [a] commorantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*SAcroſanctæ Romanæ Eccleſiæ (quam imperſcrutabilis divinæ providentiæ altitudo, univerſis diſpoſitione incommutabili prætulit Eccleſiis, & totius orbis præcipuum obtinere voluit magiſtratum) regimini præſidentes, curis ſollicitamur continuis, & aſſidua meditatione urgemur: ut juxta creditæ nobis diſpenſationis officium, ſubditorum commodis (in quorum proſperitate utiq; proſperamur) jugi, quantum nobis ex alto conceſſum fuerit, ſollicitudinis ſtudio intendamus. Amplectimur quippe voluntarios pro ipſorum [b] quiete labores, & noctes quandoq; tranſigimus inſomnes, ut ſcandala removeamus ab ipſis: & quas humana natura (novas ſemper deproperans edere formas) lites cotidie invenire conatur, nunc antiquorum [c] declaratione, nunc verò novorum editione jurium, prout nobis eſt poſſibile, reprimamus.*

*Sanè, cùm poſt volumen Decretalium à felicis recordationis Gregorio Papa nono, prædeceſſore noſtro tam providè, quàm utiliter compilatum, nonnullæ ab eo & ab aliis Romanis Pontificibus ſucceſſivè ſuper diverſis dicerentur articulis editæ Decretales: de quarum aliquibus, an Decretales exiſterent, earumq; auctoribus dubitabatur ſollicitè in judiciis & in ſcholis: nos ad apicem ſummi Pontificatus ſuperna diſpoſitione vocati, ſuper hoc cū inſtantia requiſiti à multis [d], ambiguitatem & incertitudinem hujuſmodi, diſpendium pluribus afferentem [e], omninò tollere, ac elucidare, quæ de Decretalibus ipſis teneri, quævé deberent in poſterum refutari, gratia ſuffragante divina, pro utilitate publica deſiderabiliter affectātes: per venerabiles fratres noſtros Guilielmum Archiepiſcopum Ebrudunenſ. [f] & Berengarium Epiſcopum Biterenſ. ac dilectū filium magiſtrum [g] Richardum de Senis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellariū, juris utriuſq; Doctorem, Decretales hujuſmodi diligentius fecimus [h] recenſeri: & tandem pluribus ex ipſis (cùm vel temporales, aut ſibiipſis, vel aliis juribus contrariæ, ſeu omninò ſuperfluæ viderentur) penitùs reſecatis: reliquas, quibuſdam ex eis abbreviatis, & aliquibus in toto, vel in parte mutatis, multiſq; correctionibus, detractionibus, & additionibus (prout expedire vidi-*

---

[a] In uno manuſcripto ita, Paduæ commorantibus: in altero Vaticano ita, Bononiæ, Pariſiis, Aurelianisque commorantibus. [b] eorum. [c] Optimus tex. ſecundùm Doct. quòd declarans non novat. ſimilis tex. in l. hæredes palàm. §. ſed & ſi notam. ff. de teſtamentis. Fon. [d] In dubio juris, ſi Princeps eſt præſens, conſulendus eſt: aliter non valet actus. vide l. cum de novo. C. de legibus. [e] Aliàs, afferentes. [f] Ebredunenſ. [g] Doct. not. quòd Do. vocari poſſunt magiſtri. glo. 3. in Clem. cùm ſit. de ma. ego addo text. in l. quibus præcipua. ff. de verb. ſign. Fon. [h] Nota, quòd poteſtas condendi legem, eſt delegabilis. Do. Fon.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*mus) factis in ipſis, in unum librum, cum nonnullis noſtris conſtitutionibus (in quibus ad correctionem morum, ſubditorumq; [a] quietem multa ſtatuuntur ſalubria, fructus uberes Deo propitio in domo Domini allatura, & plurima in judiciis & extra frequentata dubia decidu(n)tur) redigi mandavimus, & ſub debitis titulis collocari.*

*Quem librum quinq; libris aliis dicti voluminis Decretalium annectendum, Sextum cenſuimus nuncupari: ut idem volumen ſenarium [b] (qui numerus eſt perfectus) librorum illo adjuncto numerum comprehendens, perfectam in [c] rebus agendis formam tribuat, & in moribus diſciplinam.*

*Nec ſine cauſa morem prædeceſſorum noſtrorum (qui cum conſtitutiones aliquas promulgabant noviter, eas mandabant ſub antiquarum ſerie ſituari) omiſimus in hac parte ſervare: hæc [d] enim fecimus, ne infinitos libros deſtrui, & alios non ſine maximis diſpendiis, laboribus & expenſis de novo fieri oporteret.*

*Vniverſitati [e] veſtræ igitur per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus librum hujuſmodi cum multa maturitate digeſtum, quem ſub bulla noſtra vobis tranſmittimus, prompto ſuſcipientes affectu, eo utamini de cætero in judiciis & in ſcholis: nullas alias, præter [f] illas quæ inſeruntur, aut ſpecialiter reſervantur in eo, Decretales aut Conſtitutiones, à quibuſcunque noſtris prædeceſſoribus Romanis Pontificibus poſt editionem dicti voluminis promulgatas recepturi ulterius, aut pro Decretalibus habituri.*

*a* Aliàs ita: Vtrorumque ſubditorum quietem. *b* Conſule Euclidem & alios Mathematicos, ex quibus intelliges, cur numerus ſenarius dicatur perfectus. adde. Macrobium lib. 1. cap. 6. in ſomnium Scipionis. *c* Aliàs ita: In eccleſiaſticis rebus agendis. *d* Hoc. *e* Nota text. hic juncta ſuperſcriptione, quod Scholares & Doct. ſimul faciunt univerſitatem. Do. Philip. Fon. *f* Nota quòd dictio Præter, ſequens negativam includit. Do. hic Rom. conſil. 328. Fon.

DE SVM-

# DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

## TITVLVS PRIMVS.

### CAPITVLVM VNIC.

*Spiritus Sanctus æternaliter à Patre & Filio, tanquam ab uno principio & unica ſpiratione procedit. Ioan. Andr.*

Gregorius X. in generali Concilio Lugdunenſi.

FIdeli ac devota profeſſione fatemur a, quòd Spiritus Sanctus æternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principiis, ſed tanquam ex uno principio: non duabus ſpirationibus, ſed unica ſpiratione procedit: hoc profeſſa eſt hactenus, prædicavit & docuit, hoc firmiter tenet & prædicat, profitetur & docet ſacroſancta Romana eccleſia, mater omnium fidelium, & magiſtra: hoc habet orthodoxorum Patrum, atque Doctorum Latinorum, pariter & Græcorum incommutabilis & vera ſententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmiſſæ veritatis ignorantiam in errores varios ſunt prolapſi: Nos hujuſmodi erroribus viam præcludere cupientes, hoc ſacro approbante concilio, damnamus & reprobamus omnes, qui negare præſumpſerint, æternaliter Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedere: ſive etiam temerario auſu aſſerere, quòd Spiritus Sanctus ex b Patre & Filio tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex uno procedat.

## DE CONSTITVTIONIBVS.

## TITVLVS II.

### CAP. I.

*Nova conſtitutio Principis tollit primam contrariam, quamvis idnon exprimat. Speciales conſuetudines, & ſtatuta rationabilia non tollit, niſi id exprimat. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

LIcet Romanus Pontifex (qui jura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere) conſtitutionem c condendo poſteriorem, priorem (quamvis de ipſa mentionem non faciat) revocare noſcatur. Quia tamen locorum ſpecialium & perſonarum ſingularium conſuetudines & ſtatuta, (cùm ſint facti, & in facto conſiſtant) poteſt probabiliter ignorare. Ipſis (dum tamen ſint rationabilia) per conſtitutionem à ſe noviter editam (niſi expreſſè caveatur in ipſa) non intelligitur in aliquo derogare.

### CAP. II.

*Duo ſunt dicta. Primum, quòd ſtatuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Secundum, quòd ſtatutum Epiſcopi extra ſuam diœceſim ſubditum non ligat. Ioan. And.*

Idem.

VT animarum a periculis obvietur, ſententiis per ſtatuta quorumcunque ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes. Dum tamen eorum ignorantia craſſa non fuerit aut ſupina. Statuto Epiſcopi, quo (in omnes qui furtum commiſerint) excommunicationis ſententia promulgatur, ſubditi ejus furtum extra ipſius diœceſim committentes, minimè ligari noſcuntur. Cùm extra territorium jus dicenti non pareatur impunè.

## DE RESCRIPTIS.

## TITVLVS III.

### CAP. I.

*Reſcriptum impetratum ab excommunicato, eſt ipſo jure nullum, & inde ſecutum: niſi in cauſa excommunicationis vel appellationis. h. d.*

Gregorius IX.

IPſo jure reſcriptum, vel proceſſus per ipſum habitus non valeat, ſi ab excommunicato (ſuper alio quàm excommunicationis vel appellationis articulo) fuerit impetratum.

### CAP. II.

*Per clauſulam, quidam alii, poſſunt ſoli quatuor conveniri: quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi ſit locus. Ioan. Andr.*

Innocentius III. *in concilio Lugdunen.*

CVm in multis juris articulis infinitas reprobetur, providè duximus ſtatuendum, ut per illam generalem clauſulam, quidam alii, quæ frequenter in literis noſtris inſeritur, ultra tres vel quatuor in judicium non trahantur. Quorum nomina in primo citatorio exprimat impetrator: ne locus fraudi forſitan relinquatur, ſi circa ea poſſit liberè variare.

### CAP. III.

*Si actor contra reum ſuper pluribus perſonalibus literas impetrat ad diverſos, non valent literæ, nec proceſſus earum: & reo condemnabitur in expenſis. Et idem in reo conveniente vel reconveniente actorem, eodem durante judicio. h. d. Ioan. Andr.*

Idem *in eodem.*

DIſpendia litium æquitatis compendio volentes qua poſſumus induſtria coarctare, ſtatutum felicis recordationis Gregorii Papæ noni prædeceſſoris noſtri, ſuper hoc editum ampliantes: Decernimus, ut ſi quis contra alium plures perſonales movere voluerit quæſtiones, non ad diverſos judices, ſed ad eoſdem ſuper omnibus hujuſmodi quæſtionibus literas ſtudeat

---

a *Papa cogetur confiteri. Do. & infidelis deponitur. xl. diſtin. ſi Papa. per gloſſ. vide Magiſtrum & ibi Doct. Theologos lib. 1. ſent. 11. & 11. Tho. p. 1. 4. 36. Art. 2. & 4.* b *aliàs, à Patre.* c *Quæ dicitur quaſi commune ſtatutum, & verbum ſtatuti reſpicit jus ſcriptum. 2. diſt. 4. cum itaq. ſecundum Anch.*

a *Doct. hic not. quod laici ligantur ſtatuto Epiſcopi in favorem animæ facto. c. novit. de Iudæ. c. inter. de purg. can. Font.*

impetrare. Qui verò contrarium fecerit, omni commodo [a] careat literarum: nec proceſſus habitus valeat per eaſdem, reo, ſi eum per ipſas citavit vel fatigaverit, in expenſis legitimis condemnandus. Reus quoque ſi eodem durante judicio actorem ſibi obnoxium dixerit, reconventionis beneficio vel conventionis (ſi contra eum literas impetrare maluerit) de jure ſuo debet apud eoſdem judices experiri: niſi eos ut ſuſpectos poterit recuſare: ſimili pœna (ſi contra hoc fecerit) puniendus.

### CAP. IV.

*Receptus per literas facultatis, ſi ad recipientes ſpectabat receptio, ipſorum, & non Papæ auctoritate intelligitur eſſe receptus: niſi in literis aliud eſſet expreſſum. Si autem receptio non ſpectabat ad eos, tunc Apoſtolica auctoritate dicitur receptus. h. d. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

CVm aliquibus recipiendi aliquem in canonicum alicujus eccleſiæ, non obſtantibus ejuſdem eccleſiæ privilegiis, conſuetudinibus, vel ſtatutis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, per noſtras literas concedimus facultatem, ſi canonicorum receptio aliàs in ipſa eccleſia non ſpectat ad eos, quibus hujuſmodi literæ diriguntur, ſed ex earum viribus recipiunt poteſtatem, is qui recipitur, auctoritate Apoſtolica dignoſcitur eſſe receptus. Si verò canonicorum receptio aliàs pertineat ad eoſdem, non Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur auctoritate receptus: niſi quòd eum auctoritate noſtra reciperent, in noſtris literis caveretur expreſsè.

### CAP. V.

*Reſcriptum papale quod concedit promoto retentionem primorum beneficiorum uſq; ad beneplacitum Papæ, extinguitur mortuo Papa: ſecus ſi ibi dicatur, uſq; ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis: nec intelligitur tale reſcriptum de beneficiis prius non canonicè detentis. h. d. Ioan. And.*

Idem.

SI gratioſè tibi à Romano Pontifice concedatur, ut beneficia [b], quæ tempore tuæ promotionis obtinebas [c], poſſes uſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum retinere: hujuſmodi gratia per ejus obitum (per quem ipſius beneplacitum omninò extinguitur) eo ipſo expirat. Secus autem ſi uſque ad Apoſtolicæ ſedis beneplacitum gratia concedatur prædicta: tunc enim (quia ſedes [d] ipſa non moritur) durabit perpetuò: niſi à ſucceſſore fuerit revocata. Prætextu verò talis conceſſionis, quæ debet (cùm ſit ambitioſa) reſtringi, ea ſolùm beneficia, quæ canonicè obtines, potes licitè retinere.

### CAP. VI.

*Vacatio per mortem, & vacatio per renunciationem ſunt diverſa: & ideò in literis ad beneficia impetratis, uno expreſſo non venit reliquum. h. d. Ioan. Andr.*

Idem.

SVſceptum ab Apoſtolica ſede mandatum, ut ab aliquo beneficii (quod obtinet) reſignatione recepta, ipſum alteri conferas & aſſignes: adimplere non potes, ſi ille antequàm reſignet, rebus eximatur humanis. Cùm non per reſignationem vacaverit, ſed per mortem. Niſi de intentione mandantis aliud appareret expreſsè. Si duo ſuper eodem beneficio literas impetrent, primo eorum per illius obitum, qui tenebat, ſecundo verò per ceſſionem ejuſdem ipſum proponente vacare: ſecundus (cùm beneficium ipſum ceſſione non morte vacaverit) debet primo in ipſius aſſecutione præferri.

### CAP. VII.

*Licet ignorans beneficium ſibi collatum, in impetratione alterius illius mentionem non fecerit, valent literæ: alterum tamen eligit, ſi de jure ſimul teneri non poſſint. Ioan. And.*

Idem.

GRatia, quam ſuper beneficio à ſede Apoſtolica te impetraſſe proponis, vitioſa reputari non debet, quamvis de alio beneficio ab Epiſcopo tuo antea tibi abſenti & ignoranti collato nullam (cùm tempore impetrationis neſcires) feceris mentionem. Vtrumque tamen (ſi talia ſint beneficia, quæ ſimul nequeant de jure teneri) habere non potes: ſed eligas, quod ex eis malueris retinere.

### CAP. VIII.

*Si reſtituatur quis ad gratiam revocatam, ſine alterius præjudicio intelligitur reſtitutus: unde alteri ante reſtitutionem impetranti, præferri non debet. h. d. Ioan. And.*

Idem.

QVamvis is, cujus gratia (per quam mandabatur [a] in certa eccleſia provideri de beneficio proximè vacaturo) per nos fuerat revocata, reſtituatur à nobis denuò ad eandem: non tamen ei, cui poſt revocationem, & ante reſtitutionem prædictas, ſimilis in eadem eccleſia gratia facta fuit, (niſi de hoc [b] expreſsè dixerimus) anteferri debebit. Cùm talis reſtitutio (ubi aliud non exprimitur) intelligatur fieri ſine juris præjudicio alieni.

### CAP. IX.

*In literis ad beneficia impetratis inſpicitur tempus datæ: unde per illas beneficium curatum obtinere non poterit, qui licet nunc ſit major, illo tempore minor erat. h. d. Ioan. And.*

Idem.

SI eo tempore, quo tibi de beneficio cum cura, vel ſine cura mandavimus provideri, ad obtinendum curatum beneficium, idoneam [c] non habebas ætatem: tibi, licet nunc legitimæ effectus ſis ætatis, auctoritate literarum hujuſmodi (cùm tempore datæ ipſarum adhuc non eſſes idoneus) de beneficio curam animarum habente nequaquam poterit provideri. Beneficium autem ſine cura (cùm ad ipſum ſufficientem tunc ætatem haberes) per eas licitè poteris obtinere.

### CAP. X.

*Gratia generalis non præjudicat ſpeciali, & debet facere mentionem de præcedenti privilegio, conſuetudine vel ſtatuto. h. d. Zenze.*

Idem.

SI propter tua debita perſolvenda fructus beneficiorum primi anni, quæ in tua vacabunt diœceſi (non obſtantibus quibuslibet conſuetudinibus, privilegiis, vel ſtatutis, per quæ noſtra impediri poſſet conceſſio) uſque ad quinquennium de ſpeciali gratia concedimus: intentionis noſtræ nequaquam exiſtit, ſi fructus hujuſmodi, eccleſiæ tuæ fabricæ vel alteri uſui, ſeu cuicunque ſingulari perſonæ, de ſpeciali conſuetudine, privilegio, vel ſtatuto forſitan debeantur: quòd eis per conceſſionem ipſam (niſi hoc expreſsè caveatur in [d] ea) præjudicium aliquod generetur.

### CAP. XI.

*Cauſæ ab Apoſtolica ſede, vel ejus legato committi debent dignitatem obtinentibus, vel canonicatum eccleſiæ cathedralis. Nec tractari debent niſi in civitatibus, vel locis inſignibus. h. d. uſq; ad §. Cùm verò.*

a Hoc eſt, ſi virtute primi reſcripti adverſarius erat in mora, mala fide interrupta præſcriptione propter ſecundū reſcriptum ad alium, omnes iſti effectus pereunt. Phi. Et vide c. procedere etiam in delegatis ab inferioribus à Papa. Anch. Phi. Do. Font. b Quid nomine beneficii intelligatur, vide Docto. in c. cùm olim. de præben. & dig. Plura beneficia ſine diſpenſatione tenere licet. §. eod. tit. gratia. Dom. c obtines, poſſis, &c. d In Codic. Barbat. ſedes Apoſtolica.

a Hodie hujuſmodi mandata de providendo omninò ſunt ſublata per Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 19. b niſi hoc, &c. c quæ ſit idonea ætas in quolibet ordinato, tradit Pannor. c. ſicut inordinata. de præb. d Papa in beneficialib. præjudicare poteſt alterius juri. nam in beneficialibus omnia poteſt. c. 2. infr. de præbend.

Idem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem.

Statutum a quod circa judices à ſede Apoſtolica deputandos nuper edidimus, cùm quædam contenta in eo, quæ pro communi utilitate credebantur inducta (ut experientia docuit) tendere dignoſcantur ad noxam: ſanctione præſenti (quam irrefragabiliter obſervari mandamus) ſuadente utilitate, in melius duximus reformandum. Sancimus igitur ut nullis, niſi dignitate prædictis, aut perſonatum obtinentibus, ſeu eccleſiarum cathedralium canonicis, cauſæ auctoritate literarum ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum ejuſdem de cætero committantur: nec audiantur alibi, quàm in civitatibus, vel locis inſignibus, ubi poſſit commodè copia peritorum b haberi.

*Actore & reo ejuſdem diœceſis exiſtentibus, cauſa committi non poteſt extra illam, niſi in ſex caſibus, in quibus tamen non trahetur ultra unam dietam. Et niſi in duobus ultimis caſibus impetrans juramentum fidem fecerit de illis, repelletur à judice: & in expenſis condemnabitur. hoc dicit, uſq; ad §. Cùm autem Domin.*

Cùm verò ejuſdem civitatis ſeu diœceſis fuerint actor & reus, extra ipſas cauſa non committatur, nec conveniatur aliquis eorundem. Niſi ab Epiſcopo contra aliquem de ſua diœceſi, vel ab aliquo contra eum, aut contra ejus capitulum, ſeu contra univerſitatem civitatis, villæ aut caſtri fuerit actio dirigenda: vel niſi actor eandem civitatem ſeu diœceſim intrare non audens, aut ſui adverſarii potentiam meritò perhorreſcens, eum intra ipſas nequeat convenire ſecurè: in his quippe caſibus extra illam civitatem & diœceſim poſſit contra prædictos cauſa committi: nullus tamen eorum ultra unam dietam à fine ſuæ diœceſis valeat conveniri. Sed & in duobus ultimis caſibus, niſi impetrans de prædicto timore (quem in literis commiſſionis exprimere teneatur) primò fidem judici faciat ſaltem per proprium juramentum, judex ipſe nullatenus in cauſa procedat, ſed partes à ſua juriſdictione dimittens, impetrantem eundem in expenſis legitimis alteri parti condemnet.

*Actor contra reum diverſæ diœceſis debet impetrare delegatum, in diœceſi rei vel in alia non propria, nec ultra unam dietam diſtantem. Dominicus.*

Cùm autem actor & reus civitatum & diœceſum fuerint diverſarum, ſi actor in civitate vel diœceſi rei judicem habere recuſet, ipſum non in ſua, ſed in alia civitate vel diœceſi liberè impetrare valeat, reumque trahere ad eandem: dummodo locus, ad quem eum traxerit, ultra unam dietam (ſicut in caſu alio præmittitur) minimè ſit remotus.

*Delegatus extra locum commiſſionis, nec partes citare, nec cauſam cognoſcere poteſt ſine expreſſo partium conſenſu, nec ſubdelegare niſi perſonis aliis, quàm hic expreſſis. h.d. Ioan. And.*

In nullo quoque caſuum prædictorum judex extra civitatem ſeu diœceſim, in quibus deputatus fuerit, citet partes, nec de cauſa ſibi commiſſa cognoſcat: niſi ad id expreſſus acceſſerit earundem c aſſenſus. Neque alibi, quàm intra illas, & perſonis duntaxat deſignatis ſuperius, committat d quomodolibet vices ſuas.

*Delegatus nihil debet à partibus recipere, niſi eſculentum & poculentum liberè oblatum, quod paucis poſſit conſumi diebus: vel moderatas expenſas, ſi non ſunt pauperes, quando pro neceſſitate vel utilitate cauſæ extra domicilium pergeret. hoc dicit. Dominic.*

Inſuper ut gratis, & cum omni puritate judicium coram ipſo procedat, nullum munus vel quicquam aliud (niſi forſan eſculentum vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis conſumi poſſit diebus; vel niſi cùm ipſum propter cauſam ſibi commiſſam contigerit extra ſuum domicilium proficiſci, moderatas expenſas) recipere ab eiſdem partibus qualitercunque præſumat. Proviſurus attentè quòd in ipſis expenſis modum nequaquam excedat: nec plus ab una parte, quàm ab alia exigat, cùm commune gerat negotium, utriuſque: quòdque (ubi cauſæ ſic commiſſæ utilitas vel neceſſitas non exegerit) occaſionem propter habendas expenſas proficiſcendi extra domicilium non aſſumat: ſed & ubi notabiliter fuerint pauperes a litigantes, etiam pro expenſis nil prorſus exigat ab eiſdem.

*Delegatus niſi indigeat, non aſſumat aſſeſſorem: aliàs de ſuo illi provideat. Si eget, non ſuſpectum partibus aſſumet, cum moderato ſalario à partibus ſolvendo.*

Aſſeſſorem autem, ut quandoque b faciunt aliqui fraudulenter (niſi eo indigeat, quod conſcientiæ relinquatur ejuſdem) ſibi nequaquam adjungat: alioquin de ſuo proprio providere teneatur eidem. Si autem indigeat, ipſum neutri parti ſuſpectum aſſumens, ei de competenti ſalario, providè moderando ab eo, faciat à partibus communiter provideri.

*Delegatus taxare debet ſalarium notariorum, nec participare debet cum ipſis vel aſſeſſoribus in ſalario. h.d. Dom.*

Notarium verò vel notarios, in cauſa ſibi commiſſa ſcribentes, qui utplurimùm in exigendo ſalario metas rationis excedunt, (ut ad ipſius ſpectat officium,) prudenter refrenet. Nec cum ipſis, aut cum aſſeſſore præfato lucrum participet ullo modo.

*Delegatus recipiens aliquid contra prohibitionem hujus capituli, tenetur reſtituere, non obſtante dantis remiſſione. Ioan. Andr.*

c Si quid autem contra conſtitutionem præſentem receperit, ad ipſius reſtitutionem integram teneatur. Nulla eorum quibus reſtitutio facienda fuerit, remiſſione ullatenus profutura eidem.

*Delegatus non debet vocare teſtes, niſi ſtatu cauſæ requirente: & producens illis adminiſtrare debet expenſas in veniendo & redeundo. Dominicus.*

Pro ferendo quoque teſtimonio (prætextu cujus aliqui alios fraudulenter interdum à judicibus vocari procurant, ut eos laboribus & expenſis fatigent, aut extorqueant aliquid ab eiſdem) nullum ullatenus d convocet: niſi quando conditio & ſtatus cauſæ requirent. Sed nec tunc, niſi à producente competentes (vocato pro teſtimonio, veniendo, ſtando, & redeundo) faciat miniſtrari expenſas.

*Geſta contra decretalem ſunt ipſo jure nulla. h.d. Et non dividitur.*

Quidquid autem contra præmiſſa vel eorum aliquod contigerit attentari, ſit ipſo jure irritum & inane.

CAP. XII.

*Sola præventa præſentatio & receptio in canonicum ſecundi impetrantis in eadem eccleſia, non excludit primum impetrantem, à præbenda vacante tempore ſuæ receptionis, vel poſt à vacante ante ſuam receptionem vel præſentationem: & hoc ſi per proceſſum executoris, vel interpoſitionem decreti pro primo impetrante affecta extiterat: niſi dolo vel negligentia excluderetur ab eadem. h.d. Dominic.*

Idem.

Tibi qui gratiam in e Bituren. eccleſia impetraſti à nobis certo executore conceſſo, qui te in canonicum recipi faceret, & de præbenda tibi (ſi qua in eadem eccleſia tunc vacabat: alioquin de vacatura f proximè)

a *Nota, appellatione ſtatuti comprehendi jus commune F. vide Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 10.* b *nomine peritorum qui intelligantur, vide Archidiac. in ca. ut commiſſ. ꝫ de hær.* c *eorundem.* d *Vid. Bar. in l. mulcta. ff. de cond. & demonſt. & Bald. in l. ſ. de hær. inſt. Fun.*

a *Paupertas excuſat ab onere expenſarum. Dom.* b *Iura diſponunt ſuper eo quod non fit ſæpe, ſed quandoq;. Do.* c *Vid. l. ſi rem. §. omnis. ff. de pig. ac.* d *convocent.* e *Briten ſi. al. Betarenſi.* f *Hodie mandata de providendo, & gratias expectativas omninò ſuſtulit Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform.*

provideret; alius ſimilem gratiam, poſt tuam impetrationem obtinens in eadem, licet prius, quàm tu ſuas literas præſentaverit, & in canonicum ſit receptus, in præbenda tempore tuæ receptionis, vel etiam pòſt vacante (ex quo alteri ante tuam receptionem collata non extitit) anteferri non debet. Idem quoque ſi ante receptionem tuam in canonicum vacaviſſet præbenda, per proceſſum tui executoris, qui ei, ad quem præbendæ collatio pertinebat, notificaverat, quòd eam volebat per hujuſmodi poteſtatem conferre: aut interdixerat ne conferret eandem, ſeu illam ſuæ reſervaverat collationi: præſertim cum interpoſitione decreti affecta: tunc enim tibi & non alteri debet præbenda hujuſmodi aſſignari. Quinimò ſi ante receptionem & præſentationem etiam tuam, præbenda vacavit, idem erit cenſendum, ſi in hujuſmodi gratia tibi facta decretum à nobis fuerat, irritum & inane, quod contra ipſam contingeret attentari. In prædictis *a* itaque caſibus debes tu præbendam vacantem potius, quàm impetrator ultimus obtinere: dum tamen dolus tibi non poſſit, vel notabilis negligentia imputari.

CAP. XIII.

*Si primo ſub conditione provideri mandatur, & ſecundus purè impetrans (priuſquam veniat conditio) à Papa vel executore ſuo canonicatum obtineat, in aſſecutione præbendæ primo præfertur. Ioan. Andr.*

Idem.

SI pro te alicui directa fuerint ſcripta noſtra, ut tibi de canonicatu, & præbenda eccleſiæ *b* Bituren. (ſi ad id accederet Epiſcopi & capituli eccleſiæ prælibatæ aſſenſus) auctoritate Apoſtolica provideret. Alter poſtmodum impetrans, qui ex collatione Apoſtolicæ ſedis, vel executoris ſuper hoc deputati proviſione (priuſquam Epiſcopi & capituli prædictorum aſſenſus ad proviſionem tibi accederet faciendam) canonicatum obtinuit Bituren. (licet tu interveniente poſtea prædictorum aſſenſu dicti prioris mandati auctoritate in canonicum ipſius eccleſiæ ſis receptus) in præbenda vacante tibi meritò antefertur.

CAP. XIV.

*Hæc eſt ſolennis decretalis, & per Ioan. Andr. ſubtiliter gloſſata: & poteſt ſic ſecundùm eum ſummari: Si inter duos impetrantes non apparet prioritas, &c. hæc decretalis duo membra diſtinguit, & in ſecundo ſubdiſtinguit. Et partes patent ſecundùm Ioan. Andr. licet gloſſa prima latius ſummet.*

Idem.

DVobus *c* ſuper proviſione ſimili ſibi facienda in eadem eccleſia, literas à nobis obtinentibus una die, certis eis executoribus deputatis, ſi non appareat, quis primò impetraverit ex eiſdem, is eorum, cui canonicatum contulimus, eſt in præbenda præferendus alteri, qui à nobis canonicatum non extitit aſſecutus: licet priuſquam alius eis (ad quos ſpectat canonicorum receptio, & collatio præbendarum) ſuas præſentaverit literas, & ab eis in canonicum ſit receptus. Si verò neutri eorum vel utrique canonicatum contulimus, tunc (ex quo in gratia ſunt æquales) is, qui primò præſentaverit, erit potior in præbenda. Quòd ſi forſan ambo ſimul in præſentando concurrant, ii ad quos (ut præmittitur) ſpectat canonicorum receptio & collatio præbendarum, vel eorum major pars, ex eis alterum, quem voluerint, eligere teneantur: quo electo, alius omninò careat impetratis: niſi ex tenore literarum ipſius expreſsè appareat, quòd utrique ipſorum voluerimus providere.

CAP. XV.

*Omnes indulgentiæ conceſſæ à Bonifacio, vel ſuis prædeceſſoribus, clericis, de percipiendis perpetuò fructibus ſuorum beneficiorum in abſentia, ſunt revocatæ. Et profitetur Papa ſe illas in poſterum non daturum. Ioan. Andr.*

Idem.

QVia per ambitioſam importunitatem petentium, nos, quàm nonnulli prædeceſſores noſtri Romani Pontifices, indulgentias perpetuas multis conceſſimus de percipiendis fructibus beneficiorum ſuorum, (diſtributionibus *a* quotidianis duntaxat exceptis) ſive illis eſſent, ſive in eccleſiarum ſuarum altera reſiderent, aut in Romana curia moram traherent, ſeu alio [illegible]co, vel etiam ubicunque: ex quo inſolentia [illegible] vagandi, & diſſolutionis præparatur materia: [illegible] cultus divinus, quem deſideramus augeri: & officium plerunque (propter quod beneficium eccleſiaſticum [illegible]tur) omittitur. Nos volentes emendare [illegible] quantum poſſumus adverſus futura cavere, omnes hujuſmodi ſimiles indulgentias (perſonis, non eccleſiis [illegible] dignitatibus datas) penitus revocamus. Et [illegible] ceſſionem noſtris volumus exulare temporibus. Quodque nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus [illegible]camus.

DE CONSVETVDINE

TITVLVS IV.

CAP. I.

*Prætextu conſuetudinis etiam juratæ, vel quantumque [illegible] obſervatæ, non poteſt quis niſi unicum perſonatum, dignitatem [illegible] aliud perpetuum officium, ſimul cum canonia & præbenda in [illegible] quæ eccleſia abſq; diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ obtinere, vel [illegible] obtenta tenere: & contra præſumptum, irritum eſt omninò. Io. Andr.*

Bonifacius VIII.

COnſuetudinem *b*, quam in veſtra eccleſia [illegible]tam aſſeritis tanto tempore, quòd in contrarium memoria non exiſtit, videlicet quòd ipſius eccleſiæ canonici duos perſonatus, aut duas dignitates, [illegible] præpoſituras, ſeu adminiſtrationes, aut duo officia, [illegible] eorum alterum cum reliquo inſimul & præbendas [illegible]ſint in ea licitè abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ [illegible]tinere: corruptelam (cùm ſacris ſit inimica canonibus, & de ambitionis radice proceſſerit) meritò [illegible] eam auctoritate Apoſtolica reprobamus, [illegible] ipſius obſervantiam, etiam ſi juramento firmata [illegible] (cùm juramentum iniquitatis vinculum non exiſtit) [illegible]cernimus non teneri: Statuentes, ut (cùm unum [illegible]cium vix dignè valeat aliquis adimplere) nulli liceat [illegible] cætero, niſi unicum perſonatum vel dignitatem, aut [illegible]poſituram, ſive adminiſtrationem, vel officium perpetuum, quocunque nomine cenſeantur *c*, cum [illegible] da inſimul abſque diſpenſatione dictæ ſedis in [illegible] clesia obtinere, vel jam obtenta *d* tenere. Quod [illegible] quoquam ſecus præſumptum fuerit, irritum [illegible] nò.

CAP. II.

*Non valet conſuetudo, quòd ab officiali Epiſcopi ad Epiſcopum appelletur. Ioan. Andr.*

Idem.

NOn putamus illam conſuetudinem [illegible] tempore de facto ſervatam conſonam rationi, [illegible] ab officiali Epiſcopi ad eundem Epiſcopum [illegible] pellari. Ne ab eodem ad ſeipſum (cùm ſit idem [illegible]torium utriuſque) appellatio interpoſita videatur.

a *Quoq.* b *Biterenſis.* c *Meminiſſe ſemper oportet eorum quæ ſanxivit Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 19.*

a *Appellatione fructuum veniunt manualia, ut annotat [illegible]* *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 7. de refor. c. 2. & 4. [illegible] Do. Font.* b *Vide Conc. Trid. ſeſſ. [illegible] de reform. c. 17.* c *al. cenſeatur.* d *Conſtitutio [illegible] declaratoria extenditur ad præterita, etiamſi contra ſe habeat [illegible] ſuetudinem, dummodo declaret illam non valere. Do. Phi. Font.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAP. III.

*Valet conſuetudo præſcripta, quòd Epiſcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo ſubditorum exceſſus, ſui capituli conſilium requirere non teneatur. Ioan. And.*

Idem.

NOn *a* eſt (dumtamen aliàs ſit præſcripta *b* canonicè) conſuetudo, quam allegat Epiſcopus, reprobanda: quòd in inquirendis *c*, puniendis, & corrigendis ſubditorum exceſſibus, conſilium ſui capituli requirere minimè teneatur.

CAP. IV.

*Per reſcriptum Apoſtolicum, quo de præbenda primò vacatura mandabatur alicui provideri, laudabilis illius eccleſiæ conſuetudo non tollitur: hinc eſt quòd ſi ibi eſt conſuetudo, quòd antiquiores canonici vacantes præbendas poſſint optare gradatim: illo obſtante mandato poterit antiquior vacantem optare præbendam: & expectatis per xx. dies optare volentibus, executor de non optata providebit eidem: ſi autem præbendam vacantem in curia Papa conferret, tunc illam antiquior optare non poterit. Ioan. And.*

Idem.

CVm in tua *d* eccleſia (in qua conſuetudo habetur, quòd antiquiores canonici gradatim meliores ſi voluerint, poſſint cùm vacant, per ſe, vel per alios optare præbendas:) provideri mandamus alicui de præbenda, nulli alii de jure debita, proximò inibi vacatura: hujuſmodi non obſtante mandato, poterunt ipſi antiquiores juxta conſuetudinem eandem optare, cùm præbenda vacabit: & illa quæ optata non fuerit (ſi nulli ſit debita) erit illi pro quo ſcripſimus, conferenda. In præbendis verò ſed. Apoſtol. vacantibus (cùm de ipſis per Rom. Pontif. ordinatur) locus prædictæ conſuetudini non exiſtit. Ne autem prætextu ejuſdem conſuetudinis, proviſiones auctoritate Apoſtolica faciendæ, ultra debitum differantur: ſtatuimus, ut executores ſuper ipſis proviſionibus deputati, optare volentes per viginti dies duntaxat *e* expectent: quibus elapſis liberè in non optatis ad exequenda ſibi mandata procedant: præfata conſuetudine non obſtante.

## DE POSTVLATIONE PRAElatorum.

### TITVLVS V.

CAP. I.

*Si quis eligat poſtulando, vel poſtulandum, vel in poſtulandum: vel poſtulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendum: talis electio vel poſtulatio eſt irrita ipſo jure. Si autem dicat, Eligo & poſtulo, prout melius de jure valere poteſt, idem: niſi probabiliter dubitaretur, an eſſet eligendus vel poſtulandus, & tunc conſenſus tempore eligat alteram viam, electionis ſcilicet vel poſtulationis: qua electa ad alteram redire non poterit. hoc dicit Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

PErpetuo prohibemus edicto, ne ſub aliqua ex iis formis, quas pernicioſa curioſitas adinvenit: eligo poſtulando, & *f* poſtulo eligendo, aut eligo poſtulandum, & poſtulo eligendum: cùm nec vera electio, nec vera poſtulatio reſultet ex ipſis, quin ſibi potius invicem adverſentur: aut ſub illis *g* verbis, eligo in poſtulandum, vel poſtulo in eligendum: cùm rem imperfectam ſignificare noſcantur: ad faciendas electiones vel poſtulationes de cætero procedatur: ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum decernentes. Sub ea etiam forma, eligo & poſtulo, prout poteſt melius de jure valere (cùm incertitudinem contineat) quenquam poſtulari vel eligi prohibemus: ſtatuentes, quod contra factum fuerit, viribus omninò carere, niſi quando probabiliter dubitatur, utrùm quis ſit eligendus, vel potius poſtulandus: quo caſu is, qui ſic poſtulatus fuerit *a* aut electus, conſenſus tempore viam electionis vel poſtulationis (ne in incerto vagetur) eligere neceſſariò teneatur: redeundi ad aliam *b* (poſtquam unam elegerit) ſibi licentia penitus interdicta.

## DE ELECTIONE ET ELECTI poteſtate.

### TITVLVS VI.

CAP. I.

*Si aliquid opponatur contra proviſionem, electionem, vel poſtulationem factam ad perſonatum, dignitatem, vel canoniam, in perſonam vel formam: & ob hoc fuerit appellatum ad Papam: appellans & defendens, & quorum intereſt, à die objectionis, intra menſem arripiant iter eundi ad Papam. Ioan. Andr.*

Innocentius IV. *in Concilio generali Lugdunen.*

STatuimus, ut ſi quis electionem, poſtulationem, vel proviſionem factam impugnat, in formam *c* objiciens aliquid vel perſonam, & propter hoc ad nos appellari contigerit: tam is, qui opponit, quàm qui defendit, & generaliter omnes quorum intereſt, & quos cauſa contingit, per ſe, vel per procuratores, ad cauſam inſtructos ad ſedem Apoſtolicam à die objectionis, iter arripiant intra menſem.

*Si pars altera expectata per xx. dies poſt adventum alterius non venerit, in negotio procedatur. Ioan. Andr.*

Sed ſi pars alia *d* non venerit, per viginti dies poſt adventum alterius expectata, in electionis negotio, non obſtante cujuſdam abſentia (ſicut de jure fuerit) procedatur. Hæc autem in dignitatibus, perſonatibus, & canoniis obſervari volumus, & mandamus.

*Non probans quod in formam opponit, condemnatur parti alteri in expenſis: non probans quod objicit in perſonam, eſt à beneficiis triennio ſuſpenſus: & perpetuò privatus, ſi ſe interim ad illa miſcuerit. hæ pœnæ locum non habent, ſi legitimè pateat eum calumnioſum non fuiſſe. Ioan. Andr.*

Adjicientes, ut qui plenè non probaverit, quod in formam opponit, ad expenſas, quas propter hoc pars altera *e* ſe feciſſe docuerit, condemnetur. Qui verò in probatione defecerit, ejus quod objicit in perſonam, à beneficiis eccleſiaſticis triennio noverit ſe ſuſpenſum: ad quæ ſi intra illud tempus propria temeritate ſe ingeſſerit, eis ipſo jure perpetuò ſit privatus, nullam ſuper hoc de miſericordia ſpem aut fiduciam habiturus. Niſi manifeſtiſſimis conſtiterit documentis, quòd ipſum à calumniæ vitio cauſa probabilis & ſufficiens excuſaret.

CAP. II.

*Vota conditionalia & alternativa & incerta in electionibus reprobantur, & habentur pro non adjectis: & recidunt in purè conſentientes. Ioan. Andr.*

Idem.

IN electionibus & poſtulationibus, ac ſcrutiniis, ex quibus jus oritur eligendi, vota conditionalia, alternativa *f* vel incerta penitus reprobamus: Statuentes, (ut hujuſmodi votis pro non adjectis habitis) ex puris

---

a *Vid. de conſuet. c. fin. Do.* b *al. legitimè.* c *al. requirendis.* d *Vid. cap. 2. de don. & nota quòd eccleſia dicitur eſſe prælati, quod intellige quoad adminiſtrationem, quia prælatus non eſt dominus.* e *de dictione, duntaxat, vide Archid. in c. ſtatutum. §. inſuper. ſup. de reſcr. & Bart. & Alex. in l. 1. ſi quis jus dic. non obt.* f *al. ſeu poſtulando. al. vel.* g *dictio, verbis, deeſt in manuſ. cod.*

a *Alit. & electus. quam lectionem gloſſa agnoſcit, verbo, ſic.* b *Vid. c. ut quis duas. infr. tit. prox. l. eum qui duob. ff. de acquis. her. Fon.* c *Ille dicitur impugnare actum, qui opponit aliquid contra formam actus: vel contra perſonam in cujus commod. dirigitur executio actus. Vid. gl. in c. perſonas. ſup. de app.* d *alia vel altera.* e *adverſa.* f *Et incerta.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſenſibus celebretur electio: voce illorum, qui non purè conſenſerint, ea vice *a* in alios reſidente.

## CAP. III.

*Ponitur cauſa conſtitutionis, & juris veteris conſervatio. Joann. Andr.*

Gregorius X. *In generali Concilio Lugdunen.*

VBi periculum *b* majus intenditur, ibi proculdubio eſt plenius conſulendum. Quàm gravibus autem ſit onuſta diſpendiis, quot & quantis ſit plena periculis eccleſiæ Romanæ prolixa vacatio, exacti conſideratio temporis edocet, & conſiderata prudenter illius temporis diſcrimina manifeſtant. Hinc nos evidens evocat ratio, ut (dum reformandis etiam minoribus noſtra ſolerter vacat intentio) ea quæ periculoſiora ſunt, nequaquam abſque remedio reformationis accommodę relinquamus. Ideoque omnia quæ pro vitanda diſcordia in electione Rom. Pontificis, à noſtris ſunt prædeceſſoribus, & præcipuè à felicis recordationis *c* Alexand. Papa III. ſalubriter inſtituta, omninò immota in ſua firmitate manere cenſentes: nihil enim detrahere illis intendimus, ſed quod experientia deeſſe probavit, præſenti conſtitutione ſupplere.

*Ponitur quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio, quando moritur in civitate, in qua cum ſua curia reſidebat.*

Hoc ſacro concilio approbante ſtatuimus: ut ſi eundem Pontificem (in civitate, in qua cum ſua curia reſidebat) diem claudere contingat extremum: cardinales qui fuerint in civitate ipſa præſentes, abſentes expectare decem diebus tantummodo teneantur: quibus elapſis (ſive abſentes venerint, ſive non) extunc omnes conveniant in palatio, in quo idem Pontifex habitabat: contenti ſinguli ſingulis tantummodo ſervientib⁹ clericis vel laicis, prout duxerint eligendum: illis tamen, quibus patens neceſſitas id ſuggerit indulgeri, duos habere permittimus, eiſdem *d* electionis arbitrio reſervato.

In eodem autem palatio unum conclave (nullo intermedio pariete, ſeu alio velamine) *e* omnes inhabitent in communi: quod (reſervato libero ad ſecretam cameram aditu) ita claudatur undique, ut nullus *f* illud intrare valeat vel exire. Nulli ad eoſdem cardinales aditus pateat, vel facultas ſecretè loquendi cum eis: nec ipſi aliquos ad ſe venientes admittant: niſi eos, qui de voluntate omnium cardinalium inibi præſentium, pro iis tantùm quæ ad electionis inſtantis negotium pertinent, vocarentur. Nulli etiam fas ſit ipſis cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere, vel ſcripturam. Qui verò contra fecerit, ſcripturam mittendo vel nuncium, aut cum aliquo ipſorum ſecretè loquendo, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. In conclavi tamen prædicto aliqua feneſtra competens dimittatur, per quam eiſdem cardinalibus ad victum commodè neceſſaria miniſtrentur: ſed per eam nulli ad ipſos patere poſſit ingreſſus: verùm ſi (quod abſit) intra tres dies poſtquam (ut prædicitur) conclave præfatum iidem cardinales intraverint, non fuerit ipſi eccleſiæ de paſtore proviſum: per ſpacium quinq; dierum immediatè ſequentium, ſingulis diebus, tam in prandio, quàm in cœna uno ſolo ferculo *g* ſint contenti: quibus (proviſione non facta) decurſis, extunc tantummodo panis, vinum & aqua miniſtrentur eiſdem: donec eadem proviſio ſubſequatur. Proviſionis quoque hujuſmodi pendente negotio, dicti cardinales nihil de camera Papæ recipiant: nec de aliis eidem eccleſiæ tempore vacationis obvenientibus [illegible] que: ſed ea omnia ipſa vacatione durante, ſub [illegible] jus fidei & diligentiæ camera eadem eſt commiſſa [illegible] ſtodia maneant: per eum diſpoſitioni futuri Pontificis reſervanda. Qui autem aliquid receperint, teneantur extunc à receptione quorumlibet redituum ad [illegible] ſpectantium abſtinere: donec de receptis taliter [illegible] riam ſatisfactionem impendant. Iidem quoque cardinales accelerandæ proviſioni ſic vacent attentius, quod ſe nequaquam de alio negotio intromittant: niſi forſan neceſſitas adeò urgens incideret, quod eos oporteret de terra ipſius eccleſiæ defendenda, vel ejus parte aliqua providere: vel niſi aliquod tam grande, [illegible] evidens periculum immineret, quòd omnibus & ſingulis cardinalibus præſentibus concorditer videretur [illegible] celeriter occurrendum. Sanè ſi aliquis ex [illegible] Cardinalibus conclave prædictum (ut ſupra exprimitur) non intraverit: aut intrans abſque manifeſta causa [illegible] firmitatis exierit: ipſo minimè requiſito, nec in eodem electionis negotio ulterius admittendo, per alios [illegible] eligendum ſummum Pontificem liberè procedatur. [illegible] verò infirmitate ſuperveniente, idem conclave [illegible] aliquem exire contingat, ipſa etiam infirmitate [illegible] te poterit, ejus ſuffragio non requiſito *c*, ad [illegible] procedi: ſed ſi ad alios poſt ſanitatem ſibi [illegible], ſeu ante, redire voluerit: vel etiam ſi alii abſentes [illegible] per decem dies diximus expectandos) ſuperveniant [illegible] re integra, videlicet antequam eidem eccleſiæ ſit de paſtore proviſum, in eodem negotio, in illo ſtatu [illegible] ipſum invenerint, admittantur, præmiſſa tam de [illegible] ſura, quàm de ſervientibus, cibo, ac potu, & reliquis cum aliis ſervaturi.

*Quid juris, quando moritur Romanus Pontifex extra civitatem in qua erat cura.*

Porrò ſi quando Romanum Pontificem extra civitatem prædictam (in qua erat cum ſua curia reſidens) contigerit ab hac luce migrare: teneantur cardinales in civitate, in cujus territorio, ſeu diſtrictu idem Pontifex obiit, convenire, niſi ſit forſitan interdicta, vel contra eccleſiam Romanam in aperta rebellione perſiſtat: quo caſu in alia viciniori conveniant, quæ ſimiliter nec [illegible] ſubjaceat, nec ſit (ut prædicitur) apertè rebellis. [illegible] etiam civitate tam quoad expectationem abſentium, quàm quoad habitationem communem, clauſuram & cætera omnia in domo Epiſcopali, vel alia qualibet [illegible] dem cardinalibus deputanda, eadem obſerventur [illegible] ſuperius obeunte dicto Pontifice in ea, in qua cum curia reſidebat, ſunt expreſſa.

*Dat executores huic juri cum pœnis. Ioan. And.*

Præterea (quia parum eſt jura condere, niſi ſit, qui eadem tueatur) adjiciendo ſancimus: ut Dominus [illegible] liique rectores, & officiales civitatis illius, in qua [illegible] mani Pontificis electio fuerit celebranda, auctoritate noſtra, & ejuſdem approbatione concilii poteſtate [illegible] tradita, præmiſſa omnia & ſingula plenè ac [illegible] biliter ſine fraude ac dolo aliquo faciant obſervari [illegible] cardinales ultra quàm præmittitur, arctare [illegible] Super his autem taliter obſervandis, ſtatim [illegible] ſummi Pontificis obitu, coram clero & populo [illegible] ſo civitatis ipſius ad hoc ſpecialiter convocandis, [illegible] ſtent corporaliter juramentum. Quòd ſi præmiſſa [illegible] genter non obſervaverint, aut fraudem in eis, vel [illegible] ea commiſerint, cujuſcunque ſint præeminentiæ, [illegible] ditionis, aut ſtatus, omni ceſſante privilegio, [illegible] ſententiam excommunicationis incurrant, & [illegible] tuò ſint infames: nec unquam eis porta dignitatis [illegible] teant: nec ad aliquod publicum officium admittantur [illegible]

a *Deponens vota hic expreſſa, non privatur poteſtate eligendi, ſed vox ſua non computatur. Do. Fon.* b *Vid. Conc. Lateran. ſub Alex. III. cap. 1. & Clem. ne Roma. de elect.* c *In Conc. Later. ca. 1. & refertur c. licet de vitanda. extra de elect.* d *al. ejuſdem.* e *Vid. l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. & Do. in c. cauſam. de teſt. & Bald. in d. l. ſi non ſpeciali.* f *In antiq. exemplar. illuc.* g *Vid. gl. in c. no tales. de conſ. diſt. 1. Fon.*

a *Ipſis.* b *In antiq. Codicibus ita: ad eligendum* [illegible] *endum Pontificem liberè, &c.* c *Hæ duæ voces, ad eliſionem* [illegible] *ſunt in antiq. Codicibus.* d *In antiq. deſunt.*

tur. Ipſos inſuper feudis, & bonis cæteris, quæ ab eadem Romana eccleſia, vel quibuſlibet aliis eccleſiis obtinent, ipſo facto decernimus eſſe privatos: ita quòd ad eccleſias ipſas plenè ac liberè revertantur, adminiſtratorum earundem eccleſiarum arbitrio ſine contradictione aliqua diſponenda. Civitas verò prædicta non ſolùm ſit interdicto ſuppoſita, ſed & *a* Pontificali dignitate privata.

*Obteſtatur cardinales, ut in electione Roman. Pontificis deponant omnem privatum affectum: & caſſat omnia pacta, obligationes, & juramenta, quæ data vel facta eſſent de aliquo eligendo.*

Cæterùm (quia cùm arbitrium, vel inordinatus captivat affectus, vel ad certum *b* aliquem obligationis cujuſque neceſſitas adigit, ceſſat electio, dum libertas adimitur eligendi) cardinales eoſdem obſecrantes per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, per aſperſionem ſui pretioſi ſanguinis obteſtamur, ut penſantes attentius quid eis immineat, cùm agitur de creatione *c* vicarii Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri, rectoris univerſalis eccleſiæ, gregis dominici directoris, omni privatæ affectionis inordinatione depoſita, & cujuſlibet pactionis, conventionis, obligationis neceſſitate, nec non condicti & intendimenti contemplatione ceſſantibus, non in ſe reciprocent conſiderationis intuitum, vel in ſuos: non quæ ſua ſunt, quærant: non commodis privatis intendant, ſed nullo arctante ipſorum in eligendo judicium, niſi Deo: puris & liberis mentibus, nuda electionis conſcientia, utilitatem publicam liberè proſequantur: omni conatu & ſolicitudine, prout poſſibilitas patitur, id acturi tantummodo, ut eorum miniſterio acceleretur utilis & pernéceſſaria totius mundi proviſio, idoneo celeriter eidem eccleſiæ ſponſo dato. Qui autem ſecus egerint, divinæ ſubjaceant ultioni, eorum culpa (niſi gravi propter hoc peracta pœnitentia) nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conventiones, obligationes, condicta & intendimenta omnia, ſive juramenti, ſive cujuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, caſſamus, irritamus, & viribus decernimus omninò carere: ita quòd nullus ad illa obſervanda, quomodolibet ſit adſtrictus: nec quiſquam ex eorum tranſgreſſione notam vereatur fidei non ſervatæ, ſed non indignæ laudis titulum potius mereatur: quum lex etiam humana teſtetur, Deo magis tranſgreſſiones hujuſmodi, quàm jurisjurandi obſervationes acceptas.

*Monet omnes fideles, ut ſtatim audita ſummi Pontificis morte, ejus celebrent exequias: & quotidie orent pro vegili, concordi, & utili proviſione Rom. eccleſia. prælati autem in ſuis prædicationibus ipſos ſubditos ad hoc hortentur: & eis frequentiam orationum, & obſervantiam jejuniorum indicant. hoc dicit. Ioan. And.*

Quia verò fidelibus non eſt, tam de ſolicita quantumcunque inventione fidendum, quam de inſtantia orationis humilis & devotæ ſperandum: huic adjicimus ſanctioni, ut in omnibus civitatibus, cæteriſque locis inſignibus, ubi primùm de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit, à clero & populo, ſolennibus pro eo exequiis celebratis, ſingulis diebus (donec de ipſius eccleſiæ proviſione indubitanter rumor pertulerit veritatem) humiles preces fundantur ad Dominum: apud eum *d* devotis orationibus inſiſtatur, ut ipſe, qui concordiam facit in ſublimibus ſuis, ſic efficiat eorundem cardinalium corda in eligendo concordia, quòd proviſio celer, concors, & utilis (prout animarum ſalus exigit, & totius orbis requirit utilitas) ex ipſorum unanimitate ſequatur. Et ne tam ſalubre præſentis ſanctionis edictum ignorantiæ negligi prætextu contingat: diſtrictè præcipimus, ut Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi & alii eccleſiarum prælati, cæterique, quibus conceſſum eſt proponere verbum Dei, clerum & populum, propter hoc ſpecialiter frequentiùs congregandos in ſuis ſermonibus ad ſupplicum precum ſuffragia, pro celeri & felici exitu tanti negotii frequentanda, ſolerter hortentur: & ipſis eadem auctoritate, non ſolùm orationum frequentiam, ſed *a* obſervantiam (prout circumſtantiæ penſandæ ſuaſerint) jejuniorum indicant.

## CAP. IV.

*Appellantes contra electiones, poſtulationes, vel proviſiones, omnia quæ objicere intendunt contra perſonam vel formam, tenentur exprimere: & jurare, quòd illa credunt vera eſſe, & ea ſe poſſe probare. Super non expreſſis, ipſi, vel adhærentes eis, non audientur: niſi de novo emergant, vel perveniant, vel superveniat probandi facultas: ſuper quo jurare debebunt. Statutum Innoc. editum contra non probantes, quæ objiciuntur in perſonam vel formam, in ſuo robore conſervatur. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

VT circa electiones, poſtulationes, & proviſiones eccleſiaſticas viam malitiis (prout eſt poſſibile) præcludamus, ne diutius periculosè *b* vacent eccleſiæ: vel perſonatuum, dignitatum, & aliorum eccleſiaſticorum beneficiorum proviſio differatur. Edicto perpetuo providemus, ut (ſi quando aliqui electionibus, poſtulationibus, vel proviſionibus ſe opponunt, proponendo aliqua contra electionis, poſtulationis, ſeu proviſionis formam, aut perſonas eligentium, vel electi, ſive illius, cui erat proviſio facienda ſive facta, & propter hoc contigerit appellari) appellantes in inſtrumento publico, ſeu literis ſuper appellatione confectis, omnia & ſingula exprimant, quæ in formam intendunt objicere vel perſonas: Coram perſonis authenticis, aut perſona, quæ ſuper hoc teſtimonium perhibeant veritati, corporali præſtito juramento, quòd credunt ea, quæ ſic exprimunt, eſſe vera, & ſe poſſe probare. Alioquin tam opponentes, quàm (tempore appellationis interpoſitæ, vel poſtmodum) adhærentes eiſdem, objiciendi aliqua (quæ non fuerint in hujuſmodi literis vel inſtrumentis expreſſa) poteſtatem ſibi noverint interdictam: niſi aliquid poſtea forſan emerſerit: vel ſuper antiquis ſupervenerit probandi facultas: aut aliqua antiqua in opponentium notitiam de novo pervenerint, quæ appellantes appellationis tempore emiſſæ veriſimiliter ignorare potuerint, & etiam ignorarint. Super hujuſmodi autem ignorantia, & ſuperveniente facultate probandi, fidem per proprium præſtandum corporaliter faciunt juramentum: hoc adjiciendum in juramento eodem, quòd ad ea probanda credunt ſe ſufficientes probationes habere. Illa ſanè, quæ felicis recordationis, Innocentius Papa quartus contra non plenè probantes ea (quæ in formam vel perſonam objecerant) ſtatuit, in ſuo volumus robore permittere.

## CAP. V.

*Electus ante confirmationem adminiſtrare non debet per ſe, vel per alium, in totum, vel in partem, ſub quocunque colore; qui contrà fecerint, ipſo jure privati ſunt jure ex electione quæſito. Ioann. Andr.*

Idem *in eodem.*

AVaritiæ *c* cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas, aliquorum animos occupantes, eos in illam *d* temeritatem impellunt, ut quæ ſibi à jure interdicta

a In aliquot manuſcript. ſed etiam Pontificali. b In antiquioribus codicibus, vel ad certum aliquid obligationis. c Vide Turrecrematam in ſumma de eccleſia, lib. 2. cap. 36. d alias, & apud eum.

a al. Sed & obſervantiam. b Vid. Conc. Lat. ſub Innoc. III. c. 23. & refertur ext. de elect. can. ne pro defectu. c Vid. Lambertinum de jure patron. l. 2. p. 1. q. 5. art. 1. d Qui dicantur agere actum temerarie, vid. text. qui ſi. ſint legit. per venerabilem. ver. videbatur. & per Ioan. And. in cle. 1. de ſepult.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

noverint, exquiſitis fraudibus uſurpare conentur. Nonnulli ſiquidem ad regimen eccleſiarum electi, quia eis (jure prohibente) non licet ſe ante confirmationem electionis celebratæ de ipſis, adminiſtrationi eccleſiarum (ad quas vocantur) ingerere: ipſam ſibi tanquam procuratoribus, ſeu œconomis committi procurant. Cùm itaque non ſit malitiis hominum indulgendum: nos latius providere volentes, hac generali conſtitutione ſancimus, ut nullus de cætero adminiſtrationem dignitatis (ad quam electus eſt) priuſquam celebrata de ipſo electio confirmetur, ſub œconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de novo quæſito colore, in ſpiritualibus vel temporalibus, per ſe vel per alium, pro parte vel in totum, gerere vel recipere, aut illis ſe immiſcere præſumat. Omnes illos, qui ſecus fecerint, jure (ſi quod eis per electionem quæſitum fuerit) decernentes eo ipſo privatos.

### CAP. VI.

*Eligentes, quàm citò commodè poſſunt, electionem electo præſentent. Electus intra menſem conſentiat: aliàs privatus eſt jure quæſito, niſi conditio perſonæ ipſum excuſet. Poſt conſenſum confirmationem petat intra tres menſes, aliàs electio viribus vacuetur. Ioann. Andr.*

Idem *in eodem.*

QVàm ſit eccleſiis ipſarum diſpendioſa vacatio, quàm periculoſa etiam eſſe ſoleat animabus, non ſolùm jura teſtantur, ſed etiam magiſtra rerum efficax experientia manifeſtat. Cupientes itaque competentibus remediis vacationum diuturnitatibus obviare, hoc perpetuo decreto ſtatuimus: ut ſi quando fuerit electio in aliqua eccleſia celebrata, electores electionem ipſam (quàm citiùs commodè poterunt) electo præſentare, ac petere conſenſum ipſius procurent *a*. Electus verò illum adhibere intra menſem à tempore præſentationis hujuſmodi teneatur. Quem ſi electus ipſe ultra præſtare diſtulerit, jure (ſi quod ei ex ſua electione fuerit acquiſitum) extunc ſe noverit eo ipſo privatum. Niſi forſan ea ſit electæ perſonæ conditio, ut electioni de ſe celebratæ abſque ſuperioris ſui licentia, ex prohibitione, ſeu quavis proviſione ſedis Apoſtolicæ, conſentire non poſſit: quo caſu idem electus, ſeu electores ipſius, conſentiendi licentiam ab ejus ſuperiore (cum ea celeritate, quam ſuperioris ipſius præſentia vel abſentia permiſerit) petere ſtudeant & habere. Alioquin, ſi lapſo tempore pro ejuſdem ſuperioris præſentia vel abſentia (ut præmittitur) moderando, hujuſmodi licentiam eos nequaquam obtinere contingat, electores extunc ad electionem aliam procedendi liberam habeant facultatem. Cæterùm quivis electus intra tres menſes poſt conſenſum electioni de ſe celebratæ præſtitum, confirmationem electionis ipſius petere non omittat. Quòd ſi (juſto impedimento ceſſante) intra hujuſmodi trimeſtre tempus omiſerit, electio eadem eo ipſo viribus vacuetur.

### CAP. VII.

*Si non ſequatur electio, non eſt quis ex conſenſu in ſcrutinio ſcienter habito in indignum, eligendi poteſtate privatus. hoc dicit. Ioann. Andr.*

Idem *in eodem.*

PErpetuo *b* ſanctionis oraculo declaramus, quòd ſcienter in electionibus nominantes indignum, propter ſuffragium in ſcrutinio præſtito (niſi adeò in eo perſtiterint, quòd ex votis eorum communis electio ſubſequatur) nequaquam eligendi poteſtate priventur. Licet pro eo, quòd indignum nominando, ſcienter contra conſcientias ſuas *c* agunt, & divinam vindictam, & Apoſtolicæ ultionis *d* metum (quem qualitas facti ſuaſerit) poſſint non immeritò formidare.

a *al. feſtinent.* b *al. perpetuæ ſanctionis, &c.* c *al. agant.* d *In omnibus antiq. exemplarib. motum.*

### CAP. VIII.

*Eligens, vel electioni conſentiens, contra electum (niſi ex nova cauſa, vel noviter ei pandita) ſe nequit opponere, vel [illegible] h.d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

NVlli licere decernimus (poſtquam in ſcrutinio nominaverit aliquem, & electio fuerit ſubſecuta, vel poſtquam præſtiterit electioni de ipſo ab aliis celebratæ conſenſum) illum ſuper electione ipſa (niſi cauſis poſtea emergentibus) impugnare: vel niſi [illegible]rum ipſius antea celata, de novo pandatur [illegible]tas: ſeu alicujus alterius latentis vitii, vel defectus, quem veriſimiliter ignorare potuerit) veritas reveletur. Super hujuſmodi autem ignorantia fidem faciat proprio juramento.

### CAP. IX.

*Contra electum à duplo majori parte, vel electores ipſius, ab aliqua parte poteſt opponi, quod votum extenuet: ſed non opponitur, quod votum annullet. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

SI quando contigerit (duabus electionibus celebratis) partem alteram eligentium duplo majorem à numero inveniri: contra electores qui partem minorem ſic excedunt, ad extenuationem zeli meriti, vel dignitatis ipſorum, reliquis, vel electis ab eis, aliquid opponendi omnem præſenti decreto interdicimus facultatem. Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum redderet ipſo jure, id eis non intelligimus interdictum.

### CAP. X.

*Appellatio judicialis vel extra, devolvit cauſas electionum Epiſcoporum & ſuperiorum ad Papam: ſi in ſcriptis, & ex cauſa probabili fuerit interjecta: aliàs non. Et ab ea poſſunt partes ſine pravitate recedere, priuſquam Papæ præſentata fuerit. Et an omnino intervenerit pravitas, inferiores judices ante omnia debent inquirere: quam ſi repererint, de cauſa non cognoſcent, ſed ſtatuent partibus terminum, in quo cum actis & munimentis ſe Apoſtolico conſpectui repræſentent. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

QVamvis conſtitutio felicis recordationis Alexandri Papæ quarti prædeceſſoris noſtri cauſas electionum Epiſcopalium, ſeu ſuper electionibus Epiſcoporum exortas, non immeritò majoribus cauſis annumerans, cognitiones ipſarum per appellationem quaſlibet devolvi aſſerat ad Apoſtolicæ ſedis examen: Nos tamen & temerariam appellantium audaciam & effrenatam appellationum frequentiam refrenare volentes, hac generali conſtitutione duximus providendum: ut ſi extra judicium in prædictis electionibus, vel in aliis dignitatibus Epiſcopatu majoribus celebratis, expreſſa cauſa manifeſtè frivola *c* contigerit appellari, per appellationem hujuſmodi nequaquam ad ſedem eandem negotium devolvatur. Sed cùm electionum earundem negotiis, in judicio, vel extra judicium appellatur in ſcriptis, ex cauſa probabili, quæ probata deberet legitima reputari, ad ſedem ipſam hujuſmodi negotia deferantur. Cæterùm in præmiſſis omnibus caſibus liceat partibus ab hujuſmodi appellationibus (nulla tamen interveniente pravitate) recedere, antequam præfatæ ſedi fuerint præſentatæ. Inferiores autem judices (quorum erat ipſarum cauſarum cognitio appellatione ceſſante) an in hoc pravitas interceſſerit, ante omnia diligenter inquirant: & ſi eam interceſſiſſe repererint, ſe de cauſis ipſis nullatenus intromittant, ſed præfigant dictis partibus terminum peremptorium competentem, in quo cum

a *Vid. Panorm. in cap. 2. De conſtit. & Bal. conſ.* [illegible]
b *Vid. gloſſ. in cle. ad compeſcendas, de ſequeſt. poſſ. & fru.* [illegible]
c *Frivola cauſa appellandi quæ dicantur, vide in cap. cum appellationib. 7. de appell. hoc lib.*

omnibus

omnibus actis & munimentis ſuis Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent.

### CAP. XI.

*Si inter reliqua, quæ objiciuntur promovendo ad dignitatem, objicitur evidens defectus ſcientiæ vel perſonæ, illud ante omnia examinari debebit. Et ſi reperietur falſum, opponens à proſecutione negotii repellitur: & punitur perinde ac ſi defeciſſet in probatione omnium objectorum. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

SI fortè inter cætera, quæ objiciuntur electo aut poſtulato, ſeu aliàs promovendo ad aliquam dignitatem, evidentem ſcientiæ, vel alium perſonæ defectum opponi contingat: in diſcuſſione objectorum illum ſtatuimus ordinem incommutabiliter obſervandum, ut promovendus ſuper defectu ipſo ante omnia ſubjiciatur examini: cujus eventus examinandis aliis, aut dabit initium, aut negabit. Cæterùm ſi præmiſſi examinis exitus hujuſmodi oppoſitiones docuerit veritate deſtitui, opponentes omninò à proſecutione cauſæ, in qua talia objecerunt, excludimus: & perinde puniri decernimus, ac ſi penitus in probatione omnium, quæ objecerant, defeciſſent.

### CAP. XII.

*Qui gravaverit aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel ejus conſanguineos, vel eccleſias ſeu bona, pro eo, quod eum, pro quo rogabatur, eligere noluit, ipſo facto excommunicatus eſt. Ioan. An.*

Idem *in eodem.*

SCiant cuncti, qui clericos vel quaſlibet alias perſonas eccleſiaſticas (ad quos, in aliquibus eccleſiis, monaſteriis aut aliis piis locis ſpectat electio) pro eo, quòd rogati, ſeu aliàs inducti, eum pro quo rogabantur ſive inducebantur, eligere noluerint, vel conſanguineos eorum, aut ipſas eccleſias, monaſteria, ſeu loca cætera, beneficiis ſive aliis bonis ſuis (per ſe vel per alios) ſpoliando, ſeu aliàs injuſtè perſequendo *a*, gravare præſumpſerint: ſe (ipſo facto) excommunicationis ſententia innodatos.

### CAP. XIII.

*Primò punit uſurpantes de novo cuſtodiam vacantium eccleſiarum. Secundò punit clericos & Monachos, hoc fieri procurantes. Tertiò punit clericos ſe talibus non opponentes. Quartò ponit qualiter debeant ſe habere habentes talem cuſtodiam ab antiquo. Ioann. Andr.*

Idem *in eodem.*

GEnerali conſtitutione ſancimus, univerſos & ſingulos (qui regalia, cuſtodiam, ſive guardiam, advocationis ſeu defenſionis titulū in eccleſiis, monaſteriis, ſeu quibuſlibet aliis piis locis, de novo uſurpare conantes, bona eccleſiarum, monaſteriorum, aut locorum ipſorum vacantium occupare præſumunt) quantæcunque dignitatis honore præfulgeant: Clericos etiam eccleſiarum, Monachos monaſteriorum, & perſonas cæteras locorum eorundem, qui hoc fieri procurant, eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere. Illos verò, qui ſe (ut deberent) talia facientibus non opponunt, de proventibus eccleſiarum ſeu locorum ipſorum, pro tempore, quo præmiſſa ſine debita contradictione permiſerint, aliquid percipere diſtrictius inhibemus. Qui autem ab ipſarum eccleſiarum cæterorumq; locorum fundatione, vel ex antiqua conſuetudine jura ſibi hujuſmodi vindicant, ab illorum abuſu ſic prudenter abſtineant, & ſuos miniſtros in eis ſolicitè faciant abſtinere, quòd ea, quæ non pertinent ad fructus ſive reditus provenientes vacationis tempore non uſurpent: nec bona cætera, quorum ſe aſſerunt habere cuſtodiam, dilabi permittant, ſed in bono ſtatu conſervent.

### CAP. XIV.

*Parœcialis eccleſia nemini conferatur, qui non ſit idoneus ſcientia, moribus, & ætate: & ſi conferatur non attingenti xxv. annum, non valet collatio. Ille autem, cui talis eccleſia collata fuerit, tenetur perſonaliter reſidere, & intra annum ſacerdos fieri: ſi autem promotus non fuerit, elapſo anno privatus eſt ipſo jure. Super reſidentia autem prælatus ejus ad tempus poterit diſpenſare. Ioann. Andr.*

Idem *in eodem.*

LIcet canon à felicis recordationis Alexand. Papa III. præd. noſtro editus, inter cætera ſtatuerit, ut nullus regimen eccleſiæ parœcialis ſuſcipiat, niſi xxv. annum ætatis attigerit, ac ſcientia & moribus commendandus exiſtat. Quodque talis ad regimen aſſumptus hujuſmodi, ſi monitus non fuerit præfixo à canonibus tempore in Presbyterum ordinatus, à regiminis ejuſdem amoveatur officio, & alii conferatur. Quia tamen in obſervatione canonis memorati ſe multi exhibent negligentes: nos periculoſam illorum negligentiam volentes juris executione ſuppleri, præſenti decreto ſtatuimus, ut nullus ad regimen parœcialis eccleſiæ aſſumatur, niſi ſit idoneus moribus *a*, ſcientia, & ætate: Decernentes collationes de parœcialibus eccleſiis, iis qui non attigerint xxv. annum de cætero faciendas, viribus omninò carere. Is etiam, qui ad hujuſmodi regimen aſſumetur, ut gregis ſibi crediti diligentius curam gerere poſſit, in parœciali eccleſia, cujus rector extiterit, reſidere *b* perſonaliter teneatur. Et intra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandum, ſe faciat ad ſacerdotium promoveri. Quòd ſi intra idem tempus promotus non fuerit, eccleſia ſibi commiſſa (nulla etiam præmiſſa monitione) ſit præſentis conſtitutionis auctoritate privatus. Super reſidentia verò (ut præmittitur) facienda, poſſit ordinarius gratiam diſpenſationis ad tempus facere, prout cauſa rationabilis id expoſcit.

### CAP. XV.

*Parœcialis eccleſia non commendetur, niſi conſtituto in ætate legitima & ſacerdotio: & illa tunc demum, cùm neceſſitas vel utilitas exigit; talis autem commenda ultra ſex menſes non duret. Quod contra prædicta factum fuerit, eſt irritum ipſo jure. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

NEmo deinceps parœcialem eccleſiam, alicui non conſtituto in ætate legitima, & ſacerdotio, commendare præſumat: nec tali etiam niſi unam: & evidenti neceſſitate, vel utilitate ipſius eccleſiæ ſuadente. Hujuſmodi autem commendam (ut præmittitur) ritè factam declaramus ultra ſemeſtris temporis ſpacium non durare: Statuentes, quicquid ſecus de commendis eccleſiarum parœcialium actum fuerit, eſſe irritum ipſo jure.

### CAP. XVI.

*Hæc decret. fuit multùm utilis ſuo tempore, antequam Papa reſervaret ſibi proviſiones Epiſcopatuum. Gloſſ. prima ponit ſummarium: & ſecunda diviſionem. Dominicus.*

Nicolaus tertius.

CVpientes eccleſiarum vacationibus *c* periculoſis occurrere, ac malignantium ſubterfugiis obviare: jam proviſis remediis, alia (quæ patenter ipſa rerum experientia ad earum expeditionem indicavit utilia) remedia experta ſubjungimus: & quod felicis recordationis Gregorius Papa x. prædeceſſor noſter (de electionibus præſentandis electis, & ipſorum electorum petendo ac adhibendo conſenſu) ſalubriter ſtatuit, in ſuo robore (cum infra ſcripti temporis moderatione) in præſentandis electionibus permanere volentes, ſed quod de trimeſtri tempore poſt conſenſum ad petendas

a Vid. cap. felicis, infr. de pœnis, cum ibi not.

a *Idem cavetur in concil. Lat. ſub Innoc. III. cap. 30. & in conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap. 3. & ſeſſ. 24. de refor. ca. 12.* b *Idem cavetur in conc. Trid. ſeſſ. 6. de refor. cap. 2.* c *Vacatio ſimpliciter dicta continet omnem modum vacandi. vide c. ſuſceptum. de reſcrip. ſup. eod. Phil. Font.*

confirmationes inſtituit (quoad illas, quæ petuntur vel peti debent à ſede Apoſtolica) temperantes (cùm interdum aliquorum locorum vicinitas minus exigat, aliquorum *a* diſtantia prolixius tempus expoſcat) hac generali & in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ut omnes electi cathedralium, vel regularium eccleſiarum (quorum electionum confirmationes, vel infirmationes, ad ipſius ſedis examen deducit immediata ſubjectio, vel appellatio interjecta devolvit) intra unum menſem poſt conſenſum, vel poſt obtentam de ipſorum electione notitiam (ſi eam debito tempore non contigerit præſentari) ad ſedem ipſam iter arripiant: & extunc ſive intra præſcriptum tempus iter arripuerint ſive non, abſque fraude, quàm citò poterunt commodè (locorum conſiderata diſtantia) petituri ſuarum electionum confirmationes, vel proſecuturi electiones ſuas, quibus poterunt modis licitis comparere (cum omnibus actis, juribus, & munimentis ſuis, & proceſſus ſuos contingentibus) coram nobis perſonaliter teneantur. Quòd ſi per viginti dies (poſt lapſum ex qualitate locorum moderandi temporis) expectati, ſive eligentes, ſive opponentes venerint, ſive non, perſonaliter comparere, & ſuarum electionum confirmationem, vel proſecutionem, ſeu executionem petere (nulla juſta cauſa interveniente) contempſerint: de qua intra prædictos viginti dies propoſita, intra quindecim dies poſt tempus hujuſmodi (coram nobis, vel alio, ſeu aliis deputando, vel deputandis à nobis ſi admittenda videbitur) teneantur apud ſedem ipſam facere plenam fidem. Niſi vel intra eoſdem viginti dies, ſeu prædictos quindecim, eo caſu tantùm, cùm ad prædictam cauſam propoſitam, ut prædicitur, & admiſſam probandam conceſſi fuerint, talia & tam veriſimilia proponi contingeret, quæ *b* judicio præſentis electos ipſos ab infra ſcripta pœna meritò excuſarent: & propter quæ forſitan videretur eidem ad prædictam comparitionem tempus prolixius indulgendum. Inſuper etiam eo caſu, quoad perſonalem electorum comparitionem excuſandam, aliquam juſtam cauſam proponi contigerit, vel admitti: niſi tunc intra idem tempus juſto impedimento ceſſante per procuratorem ad præmiſſa omnia ſufficienter inſtructum, & nihilominus ipſa cauſa ceſſante (ut præmittitur) ſe perſonaliter præſentaverint: electiones de ipſis factas, eo ipſo viribus vacuantes, ipſos omni jure (ſi quod eis per electionem hujuſmodi quæſitum eſſet) decernimus eſſe privatos. Electos verò, qui ſe ſine actis, juribus & munimentis ſuis, & proceſſus ſuos contingentibus perſonaliter vel per procuratorem (ut præmittitur) præſentaverint: ea volumus ex contemptu conſtitutionis hujuſmodi, eo caſu pœna percelli, ut pro exhibendis illis alibi, quàm apud ſedem ipſam (niſi ex juſta cauſa) non poſſint dilationem aliam obtinere. Ad hæc, ut diligens inquiſitio ſuper electionibus, & eligentibus, & electis ac aliis præmiſſa contingentibus, plena informatio poſſit haberi (quam informationem per procuratores, qui ut plurimum conſtituuntur abſentes, & proceſſus ignari, curſus cauſarum non ſentit de facili provenire) de ipſis electoribus duæ perſonæ ad minus, ſuper negotio ipſo (ut de electis præmittitur) ſufficienter inſtructæ (quando electionem concordem eſſe contigerit) infra idem tempus, per *c* capitulum expenſis bonorum ad prælatum ipſius eccleſiæ (de cujus electione agitur) pertinentium, ſi ſint diſcreta, alioquin communium: vel per ipſum capitulum aliunde proviſorum (ſi de ipſis diſcretis, vel communibus tunc adhiberi non poſſint) ad omnia [illegible] (inquam) plenariè, tranſmittantur. Si verò in diſcordia electio, vel electiones ipſæ proceſſerint: [illegible] perſonæ ad minus de parte qualibet (cùm ſunt plures) vel de parte electi (cùm electio una proceſſerit) [illegible] ceſſariis & moderatis expenſis electorum. Quòd ſi electi exhibere contempſerint (niſi forſan ipſis [illegible] tatum impotentia pro qualitate negotii excuſet) [illegible] mni jure ipſis ex tali electione quæſito priventur. [illegible] quando unicus eſt electus, cui aliquis vel aliqui ſe opponunt, eo caſu tam opponens, quàm opponentes hujuſmodi, ſi duo tantùm, vel ſi plures, duo ad minus ex ipſis opponentibus, expenſis ipſorum opponentium propriis plenè (ut dictum eſt, cum actis & munimentis) inſtructi *a* compareant: ut per præmiſſas perſonas, vel negotium plenariè inſtrui, vel ſedes [illegible] valeat informari, an eccleſiarum utilitate [illegible] aliis inſpectis circumſtantiis, ſuper habendis [illegible] probationibus, ſeu quibuſcunque aliis [illegible] enda *b* commiſſio: vel (æquitate ſuadente) [illegible] potius, apud ſedem ipſam in probationibus [illegible] arctandæ. Cæterùm ſi eligentes electiones [illegible] corditer, vel in diſcordia celebratas, intra [illegible] (poſtquam commodè poterunt) electis [illegible] diſtulerint: ipſos, qui culpabiles in hoc extiterint [illegible] ad ſe) à proceſſus proſecutione totaliter excluſos, omnibus beneficiis ſuis, quæ in ipſa eccleſia (de cujus electione agitur) obtinent: per triennium continuum (extunc inchoandum) volumus eo ipſo fore ſuſpenſos: ad quæ ſi intra illud tempus ſe propria temeritate, [illegible] alio quæſito colore ingeſſerint, illis ipſo jure perpetuò ſint privati. Vel ſi perſonas inſtructas, ut præmittitur (etiam ſi opponentes vel electi, mittere vel venire, [illegible] expenſas miniſtrare contemnant) deſtinare neglexerint (niſi eos capituli, vel contradicentium [illegible] ſeu alia juſta & probabilis cauſa evidenter excuſet: [illegible] quo caſu procuratorem ſufficienter inſtructum [illegible] re, & nihilominus ceſſante cauſa dictas perſonas [illegible] gere teneantur) & à totali (quoad ſe) [illegible] proceſſus, & à proventuum beneficiorum (quæ in eccleſia ipſa obtinent) per triennium continuum [illegible] ptione priventur: opponentis vel opponentium (cùm unicus eſt electus) contumacia ſimili pœna [illegible] da: nihilominus tamen in præmiſſis caſibus, quibus eligentes vel opponentes, quoad ſe proceſſus [illegible] tione privantur, electis ſuper hoc in proſecutione [illegible] ris nullum præjudicium generetur. Denique cùm [illegible] poſtulationem concordem vel diſcordem procedi contigerit, & aliqui patientes in ordinibus vel [illegible] ctum, vel his ſimiles, poſtulentur (non qui [illegible] cleſiis allegati, liberum non habent ſine noſtra [illegible] miſſione volatum: circa quos taliter alligatos [illegible] de veteris juris obſervantia immutamus) [illegible] hujuſmodi, & poſtulantes eoſdem, ea moderatione [illegible] ctione perſtringimus, ut eo ſalvo, quòd poſtulati [illegible] juſmodi, nec ſuis poſtulationibus præſtare [illegible] nec (ut de electis dictum eſt) exhibere expenſis [illegible] bus teneantur: ſed poſtulantes ipſi concorditer vel diſcorditer, expenſas ipſas perſonis talibus ſubminiſtrent poſtulatos in veniendo (ſi non diſſenſerint) & poſtulantes in mittendo perſonas inſtructas, (ut in concordi vel diſcordi electione) per omnia (ut ſuprà præmittitur) [illegible] moderatio præmiſſa conſtringat: ut negligentes [illegible]

*a* *Al. ita: & aliquorum, &c.* *b* *Al. ita: quæ in judicio, & cætera.* *c* *Hæc periodus in antiq. codic. ita habet: per capitulum in expenſis, de bonis ad prælatum eccleſiæ de cujus electione agitur pertinentibus, ſi ſint diſcreta: alioquin de communibus vel per ipſum capitulum abundè proviſis, &c.*

*a* *Aliter, inſtructa.* *b* *Hæc periodus ut plurimum in [illegible] exemplaribus ita legitur: Et quando unicus eſt electus, [illegible] quis vel aliqui ſe opponunt in expenſis ipſorum propriis, [illegible] opponens, quàm opponentes hujuſmodi, ſi duo tantùm, vel ſi plures duo ad minus ex ipſis opponentibus in expenſis ipſorum [illegible] um, plenè, &c.*

ta ibidem, ſimilis pœna percellat: nec per hoc, quòd de poſtulatis pro celeri eccleſiarum expeditione ſtatuitur, poſtulationes ipſæ minus dependere intelligantur à gratia, quam antea dependebant. Porrò in ſingulis caſibus ſupradictis, in recuperandis, vel reddendis expenſis eligentium, electorum, poſtulantium, & etiam poſtulati, illud ſervari decernimus, quod juſtum fuerit, ſeu æquitas canonum judicabit.

## CAP. XVII.

*Gloſſa prima dividit, & ſummat totum textum. vide eam. Dominicus.*

### Idem.

FVndamenta militantis eccleſiæ, in montibus ſanctis Propheta *a* rememorans, per montes Apoſtolos & prædicatores patenter inſinuat, quibus tota hujuſmodi ædificii fabrica confidenter innititur: qui firmæ *b* baſes eccleſiæ ſuper fundamento, præter quod nemo aliud ponere poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, velut ſummo angulari lapide ſolidantur: ut veritas, quæ antea legis & Prophetarum præconio vehebatur, per Apoſtolicam turbam in ſalutem univerſitatis exiret: ſicut ſcriptum eſt: *c* In omnem terram exivit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Hujus autem muneris ſacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum voluit officium pertinere, ut in beato Petro Apoſtolorum omnium ſummo, principaliter collocaret: ut ab ipſo quaſi quodam capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet: hunc enim in conſortium individuæ unitatis aſſumptum, id, quod ipſe erat Dominus voluit nominari: dicendo, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: ut æterni templi ſtructura Deo ædificante conſtructa, mirabili munere gratiæ Dei in Petri conſiſteret firmitate, cui Salvatoris noſtri miranda proviſio beatum Paulum in Apoſtolatu gentium per dextras *d* ſocietatis adjunxit. Iſti ſunt per quos Evangelium Romæ reſplenduit. Iſti ſunt ejus Patres, verique paſtores. Iſti ſunt, qui una die pro merito, uno loco, pro gloria, ſub uno perſecutore, pro parili virtute compaſſi, urbem ipſam glorioſo cruore martyrii Chriſto Domino conſecrarunt. Iſti ſunt, qui illam in hanc gloriam provexerunt, ut ſit gens ſancta, populus electus, civitas ſacerdotalis & regia: per ſacram beati Petri ſedem caput totius orbis effecta. Ne autem ipſa mater eccleſia in congregatione & paſtura fidelium temporalibus careret auxiliis, quin potius ipſis adjuta, ſpiritualibus ſemper proficeret incrementis: non abſque miraculo factum eſſe concipitur, ut occaſionaliter Conſtantini Monarchæ à Deo proviſi, ſed curata baptiſmalibus fomentis infirmitas, quandam quaſi adjiceret ipſi eccleſiæ firmitatem, qui quarto die ſui baptiſmatis, unà cum omnibus ſatrapis, & univerſo ſenatu, optimatibus etiam, & cuncto populo, in perſona beati Sylveſtri, ſibi Romanam concedendo urbem relinquens, ab eo & ſucceſſoribus ejus, per pragmaticum conſtitutum diſponendam eſſe (decernens in ipſa urbe utriuſque poteſtatis Monarchiam Romanis Pontificibus) declararet: non juſtum arbitrans, ut ubi ſacerdotii principatum, & Chriſtianæ religionis caput Imperator cœleſtis inſtituit, illic Imperator terrenus habeat poteſtatem: quin magis ipſa Petri ſedes in Romano jam proprio ſolio collocata, libertate plena in ſuis agendis per omnia potiretur, nec alli ſubeſſet homini, quæ ore divino cunctis dignoſcitur eſſe prælata. Decet namque ipſi Romano Pontifici, per fratres ſuos ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales (qui ſibi in executione officii ſacerdotis coadjutores aſſiſtunt) libera provenire conſilia: decet ipſius nullo modo vacillare judicia: ut fratres ipſos nullus ſecularis poteſtatis metus exterreat, nullus temporalis favor abſorbeat, nullus eis terror immineat, nihil eos à veri conſilii ſoliditate removeat: quin (cùm per ipſum Romanum Pontificem in quibuſcunque negotiis contingeret eorum peti conſilia in conſulendo) per omnia liberi eidem Romano Pontifici in omnibus, quæ pro tempore imminent, liberè conſulant & aſſiſtant, ipſaque Romani Pontificis vicarii Dei, quæ ſuis temporibus occurrerit electio, & eorundem *a* cardinalium (cùm expedierit) facienda promotio, in omni libertate procedant.

Dignè itaque ad urbem ipſam ejusque regimen aciem noſtræ conſiderationis extendimus, ut felici ducta regimine, præſervetur à noxiis, & optatis ſemper proficiat incrementis. Nunquid obduxit oblivio, quæ urbi, quæ incolis nota diſpendia intulerunt hactenus peregrina regimina? Nunquid non hæc deſtructio mœnium, deformatio proveniens ex ruinis, luce clarius manifeſtant? Nunquid non hæc fidelium contrectata *b* depoſita? Nunquid non hæc ipſa veneranda Dei templa præſidentis, manu ſacrilega diebus noſtris nefariè violata, proclamant? Quid plura? Nonne ipſius urbis retrò actis temporibus incorrupta conſtantia, ſub regentis *c* eo tempore nefando ſubverſa eſt regimine? ipſamque urbem ſpeculum fidei tanta reſperſit infamia, ut à matre ſua Romana eccleſia filia prædilecta deviare compulſa, quondam Conradinum, qui de venenoſa radice Federici quondam Romani Imperatoris, colubri tortuoſi, juſto ipſius eccleſiæ judicio reprobati, prodiiſſe videbatur in regulum: quique ad exterminium Romanæ matris eccleſiæ manifeſtis indiciis unà cum ſuis fautoribus aſpirabat, & in contemptum Dei & ſuæ matris, ac ipſius urbis opprobrium patenter reciperet *d*, recepto faveret, conſtituens ſe per hæc *e* tam patentis hoſtis ſuæ matris eccleſiæ filiam adjutricem. Hoc ipſi Romæ præſtiterunt ſenatores incogniti, hoc præſides improviſi, ut glorioſa civitas redderetur ingloria, ſua ſtabilitas vocaretur inſtabilis, ſuæque conſtantiæ antiquata ſoliditas, linguis hominum vocaretur infirma. Proinde officii noſtri debitum circa hujuſmodi tam periculoſos eventus, ad libram moderaminis erigentes, tantæ ſubverſionis occaſiones ita ſalubris remedii appoſitione præcidimus, ne illorum (qui ipſam Rempublicam laudabiliter hactenus gubernaverunt) videamur gloriam ſuggillare vel merita: quæ illis apud infallibilem & ſcientem omnia retributorem, de jam perlatis quæſita laboribus ſalva perſiſtunt. Vt ergo circa regimen ipſum talis adhibeatur in omnibus cum diſcretione ſolertia, per quam ipſi Roman. eccleſ. plena libertas (quæ in omnibus & per omnia ſibi debetur) optata proveniat: vitentur jam experta pericula, & Romanus *f* populus ab opprimentium protectus incurſibus ſedeat, ſedendo quieſcat in pulchritudinem *g* pacis, in tabernaculis fiduciæ, & temporalium requie opulenta, de fratrum noſtrorum conſilio, hac irrefragabili & in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus: & quandocunque & quotieſcunque ſenatoris electio vel alterius quocunq; nomine cenſeatur, qui quocunq; modo vel quocunque titulo ipſius urbis debeat præeſſe regimini, in poſterum imminebit: nullus Imperator ſeu Rex Romanorum, aut alius Imperat. vel Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes aut Baro, vel quicunque alterius notabilis

a *Pſal. 86.* b *1. Corinth. 3.* c *Pſalm. 18. Roman. cap. 10.* d *al. ſocietates.*

a *Quales Cardinales eligi debeant, habetur in concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1. circa finem.* b *aliter, contracta.* c *Hac periodus ita legitur: Sub regentis eo tempore ſubverſa regimine: ipſam urbem ſpeculum fidei, &c.* d *Alias, exciperet.* e *al. hoc. al. per hanc.* f *al. ita: & Romanorum populus.* g *al. pulchritudine.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præeminentiæ, potentiæ ſeu poteſtatis, excellentiæ vel dignitatis exiſtat, frater, filius vel nepos *a* eorum ad tempus vel in perpetuum, ſeu quivis alius, ultra annaſe ſpacium quovis modo, colore vel cauſa, per ſe vel aliam perſonam quomodolibet ſubmittendam in ſenatorem, capitaneum, patricium, aut rectorem, vel ad ejuſdem urbis regimen ſeu officium nominetur, eligatur, ſeu aliàs etiam aſſumatur, abſque licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali: per ipſius ſedis literas conceſſionem licentiæ hujuſmodi ſpecialiter exprimentes. Quòd ſi ſecus factum fuerit, nominationem, electionem & aſſumptionem hujuſmodi decernimus eſſe nullas, ac carere omni robore firmitatis: & non ſolùm nominatores, electores, & aſſumptores, verùm etiam nominati, electi & aſſumpti, ſi hujuſmodi nominationi, electioni, ſeu aſſumptioni conſenſerint, aut ſe de ipſis quolibet modo intromiſerint, intendentes & obedientes eiſdem, & in hoc omnes dantes ipſis nominatoribus, electoribus, aſſumptoribus, aut nominatis, electis, vel aſſumptis, auxilium, conſilium vel favorem, publicè vel occultè, cujuſcunque dignitatis vel præeminentiæ, conditionis aut ſtatus extiterint, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant, ac nihilominus ipſos nominatos, electos ſeu aſſumptos, ſi contra conſtitutionem præſentem prædictis nominationi, electioni vel aſſumptioni conſenſerint, aut ſe quoquo modo illis ingeſſerint *b*, & eorum poſteros in perpetuum omnibus feudis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratiis & honoribus, quæ à prædicta ſeu aliis tenent eccleſiis, cenſemus eſſe privatos: ita quòd illi, ad quos eorum collatio, conceſſio ſeu diſpoſitio pertinet, reſumendi ea, aut retinendi, concedendi ſeu conferendi aliis, ſeu de aliis etiam diſponendi (prout ad eos pertinet) liberam habeant poteſtatem: & ne taliter nominari, electi vel aſſumpti de ſua pertinacia vel contemptu valeant gloriari, nos quælibet mandata, præcepta, ordinationes & ſtatuta, quæ fecerint, omnesque ſententias, quas tulerint, & quicquid penitus in contractibus & obligationibus ſeu quibuſcunque aliis, urbis nomine, vel tanquam ſenatores, capitanei, patricii aut rectores, vel officiales ipſius egerint, irrita prorſus ex nunc & vacua nunciamus. Iudices verò & tabelliones, qui ſuper his aut eorum aliquibus contra præſentis conſtitutionis edictum patrocinari vel inſtrumenta conficere fortè præſumpſerint, judicatus & tabellionatus officiis ſe noverint eſſe privatos. Contemptores quoque, ſeu violatores præmiſſorum, vel aliquorum, vel alicujus eorum, ab hujuſmodi excommunicationis ſententia (præterquam in mortis *c* articulo) abſolvi non poſſint, niſi per Romanum Pontificem, vel de ipſius petita & obtenta licentia ſpeciali: non obſtantibus aliquibus privilegiis, indulgentiis, conceſſionibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus & ſtatutis quacunque firmitate vallatis, quæ in præmiſſis omnibus nolumus aliquibus vel alicui ſuffragari: ſed omnia, quoad illa decernimus non tenere. Vt *d* autem cives Romanorum, qui ex ipſa urbe naturalem duxiſſe noſcuntur originem, aut quivis alii qui in ipſa ejúſve territorio, non advenæ, ſed continui habitatores *e* extiterant, quoad honores ipſius urbis, aut regimen gratioſis functionibus potiantur: non intendimus, quòd præſens conſtitutio tales excludat, quin ad unum annum duntaxat, vel ad aliud tempus brevius nominari ad [illegible] gimen, & officium eligi valeant, ac aſſumi: etiamſi prædictorum Principum & aliorum fratres, filii vel nepotes exiſtant: aut étiamſi extra urbem & ipſius territorium ſub nomine comitatus, baroniæ, ſeu cujuſcunque alterius tituli in *a* hominibus vel locis aliquibus juriſdictionem ſeu poteſtatem aliquam temporalem vel perpetuam obtinerent: dummodo prædicta juriſdictio vel [illegible] extra urbem & territorium præfata conſiſtens, [illegible] tæ præeminentiæ vel notabilis potentatus exiſtat, [illegible] am *b* obtinentes ejus occaſione vel cauſa [illegible] cluſis à dicto urbis regimine (ut præmittitur) præſentis conſtitutionis oraculo rationabiliter includantur.

## CAP. XVIII.

*Canonicis cathedralis eccleſiæ ipſo jure vel per ſententiam (præterquam in caſu negligentiæ) eligendi poteſtate privatis, ad [illegible] jus devolvitur eligendi: in inferioribus eccleſiis ſemper ad proximum ſuperiorem devolvitur, h.d.*

Bonifacius octavus.

QVanquam in caſu *c* negligentiæ ſit ſtatutum à jure, ut eccleſia cathedrali vacante, ſi per eos ad quos ſpectat, non fuerit electio de prælato intra tempus debitum celebrata, eligendi poteſtas ad ſuperiorem proximum devolvatur: hoc tamen non eſt ad [illegible] extendendum. Igitur ſi electores in hujuſmodi eccleſia vel ipſo jure cùm eligunt ſcienter indignum, vel per ſententiam cùm formam traditam in generali concilio non obſervant, eligendi poteſtate priventur: non ad dictum ſuperiorem, ſed ad Romanum Pontificem poteſtas eadem devolvetur. Secus autem in inferioribus eccleſiis eſt cenſendum.

## CAP. XIX.

*Conſtitutione, Vt circa. non ſatisfecit appellans, qui [illegible] juravit ſe credere oppoſita eſſe vera, vel quæ ſufficere [illegible] Ioann. Andr.*

Idem.

IS, qui contra electionis formam vel electi perſonam aliquam aliqua objiciens, ad ſedem Apoſtolicam appellavit, corporali à ſe præſtito juramento, quòd illa, quæ in appellatione ſua expreſſerat, vel ea, quæ de [illegible] deberent ſufficere, vera eſſe credebat, & ſe poſſe probare: non eſt ſuper objectis vel expreſſis hujuſmodi audiendus. Cùm non ſimpliciter, ſicut tenebatur juxta conſtitutionem felicis recordationis Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri, editam in concilio generali Lugdunenſi, juraverit, expreſſa eadem ſeu objecta ſe credere vera eſſe, & ſe poſſe probare: ſed indeterminatè illa, vel ea, quæ deberent ſufficere de eiſdem.

## CAP. XX.

*Qui contra certam perſonam ne eligatur appellat, conſtitutionem, Vt circa. ſervare tenetur. Ioan. Andr.*

Idem.

QVi contra certam & nominatam *e* perſonam, ne ab aliis eligatur, ad ſedem Apoſtolicam [illegible] fiat electio, duxerit appellandum, debet per omnia in appellando ſervare formam conſtitutionis felicis recordationis Gregorii Papæ x. prædeceſſ. noſtri [illegible]

a *Vid. l. infr. §. ij. ff. de gr. & Bart. in l. omnes populi. gl. in c. nonnulli. de reſcript.* b *Dicit Pet. de Anch. niſi hoc fuiſſet expreſſum pœna privationis feud. non tranſiviſſet in filium, quod tamen ipſe latius diſtinguit. Pont.* c *Quia tunc nulla eſt caſuum reſervatio, & ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt. concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de caſuum reſerv.* d *alit. ut autem cives Romani.* e *aliàs, extiterint.*

a *alit. In nominibus.* b *Dictio, eam, deeſt in manuſcriptis Codicibus.* c *Pœna impoſita per jus in caſu negligentiæ, [illegible] eludit caſum delicti, & ſic non parificantur negligentia & delictum. [illegible] In concilio Lateranenſi generali ſub Innocent. III. cap. [illegible]* [illegible] *generali concilio Lateran. ſub Alexan. III. cap. 4.* e *[illegible] perſona certa, licet ſuo nomine non nominetur. ut. de [illegible] licet ex quadam. Nota argumentum, quòd allegans [illegible] ficit, quòd allegat principium ipſius, abſque eo quòd totum [illegible] producat. ſup. c. proximo. Dom.*

editæ in concilio Lugdunenſ. ac ſi electione jam facta eum contingeret appellare. Alioquin non obſervans, pœnæ conſtitutionis ejusdem ſe noverit ſubjacere.

## CAP. XXI.

*Si compromiſſum eſt in plures ut eligant, per unum facienda eſt electionis pronunciatio, ſicut quando proceditur per formam ſcrutinii: aliter electio facta non tenet. Ioan. And.*

Idem.

Sicut *a* cùm per formam ſcrutinii ad electionem proceditur, eſt per unum pronuncianda & facienda communis electio, ſecundùm canonica inſtituta: ſic & per unum debet fieri, cùm per formam proceditur compromiſſi. Quamvis in arbitris compromiſſariis lex *b* humana innuat, quòd ab eis omnibus ſi pronunciatio facienda: alioquin à pluribus compromiſſariis facta ſimul electio, eo ipſo viribus non ſubſiſtat. *c*

## CAP. XXII.

*Decret. ſuprà eodem, licet canon. in collegiatis parœcialibus eccleſiis, & aſſumptis ad ipſarum regimen, locum non habet. Ioan. And.*

Idem.

Statutum *d* felicis recordationis Gregorii X. Papæ prædeceſſoris noſtri de iis, qui ad parœcialium eccleſiarum regimen aſſumuntur *e*, promovendis ad ſacerdotium intra annum, alioquin eisdem eccleſiis ſint privati, quòd (cùm ſit pœnale) *f* reſtringi potius convenit, quàm laxari: declaramus ad collegiatas eccleſias, etiam ſi aliàs parœciales extiterent, & aſſumptos ad earum regimen non extendi, ſed antiqua jura ſervari debere potius in eisdem.

## CAP. XXIII.

*Si compromiſſarius ſecundùm traditam ſibi metam (ſcrutatis & in ſcriptis redactis voluntatibus ſingulorum) illum eligat, in quem non major pars capituli, ſed plures aliorum comparatione conſenſerant: non tenet electio, cùm præter formas concilii fuerit celebrata. Ioan. And.*

Idem.

Si cui eligendi poteſtas data fuerit ſub hac forma, ut ipſe ſecretò & ſigillatim votis ſingulorum de capitulo exquiſitis, & in ſcriptis redactis illum eligat, in quem plures de capitulo partium *g* comparatione minorum conſenſerint, licet conſentientes majorem partem totius capituli non attingant: ipſeque facto hujuſmodi ſcrutinio & in ſcriptis redacto, juxta traditam ſibi formam eum, in quem non major pars, ſed plures de dicto capitulo, quàm in quenquam alium direxerant vota ſua, duxerit eligendum. Talis electio (cùm præter formas, quas generale concilium ſervari ſtatuit in electionibus celebrandis, decernens eas ſi aliter fierent, non valere, fuerit attentata) robur non obtinet firmitatis.

## CAP. XXIV.

*Ex vocatione quocunq; modo facta in diſcordia de religioſo mendicante ad prælaturam extra adminiſtrationem ſui ordinis, non acquiritur illi jus: nec conſentire poterit etiam de prælati licentia. Idem de vocatione facta à minori parte numero ad quamlibet prælationem de religioſo non mendicante: & ſecus factum irritum decernit. Et ponit iſtud cap. unum ſpeciale in mendicantibus. Ioan. And.*

a *Vid. conc. Lat. ſub Innoc. III. c. 24. ubi traduntur varia electionum formæ.* b *Leges civiles poſſunt allegari in foro canonico: de quo ſuprà de no. oper. nun. c. 1. & 2. Doct.* c *al. ſubſiſtit.* d *Vid. Card. conſ. 30.* e *Cap. licet Canon. locum habet qualitercunq; ſit proviſum de parochiali eccleſia: cùm dicat textus, aſſumuntur, quod congruit cuilibet modo proviſionis.* f *Nota jura pœnalia ſtrictè eſſe interpretanda. c. in pœnis. de reg. juris.* g *Appellatione majoris partis intelligitur de majori parte totius, non autem de majori parte comparatione aliarum minorum.*

Idem.

Quorundam *a* oculos ſic vitium ambitionis excæcat, quòd quaſi ſuæ profeſſionis immemores, qua contemptis honoribus, abjectis divitiis, ſpretisque deliciis, arbitrium proprium ſubjugarunt alterius ditioni, retrò reſpiciunt ad aratrum manu miſſa, dum præcipitanter ruunt in litigiorum anfractus *b*, & cauſarum ſtrepitibus ſe involvunt, & extra adminiſtrationes proprii ordinis ſolium prælaturæ conſcendere moliuntur, electionibus, poſtulationibus ſeu proviſionibus de ſe in diſcordia celebratis, improvidè præſtando conſenſum, præbendi aſſenſum à ſuo ſuperiore nonnunquam extorta licentia potius, quàm obtenta: ex quo animarum & eccleſiarum diſpendia noſcimus proveniſſe, & proventura majora in antea veriſimiliter formidamus. Volentes igitur huic peſti ſalubri remedio obviare, præſenti conſtitutione ſancimus, ut nulli religioſo prædicatorum, minorum, eremitarum ſancti Auguſtini, aut quorumlibet mendicantium ordinum ex electione, poſtulatione, proviſione, ſeu vocatione ad aliquam extra adminiſtrationem ſui ordinis prælaturam in diſcordia de ſe facta jus de cætero acquiratur: nec eorum aliquis tali electioni, poſtulationi, proviſioni, aut vocationi quoquo modo valeat conſentire: etiam ſi magiſtri, aut miniſtri, vel prioris generalium eorundem ad id acceſſerit licentia vel conſenſus. Circa *c* religioſos quoque alios cujuſcunque conditionis vel ſtatus exiſtant, volumus hoc ſervari: ut nec ipſi electionibus, poſtulationibus, proviſionibus, aut vocationibus, à minori parte numero ad prælationes quaslibet de ſe factis (quæ hoc ipſo, quòd à minori parte proceſſerint, nullum prorſus tribuant jus eisdem) ſuum audeant præſtare conſenſum: etiamſi ſuper hoc aſſenſus vel licentia ſuorum intervenerit prælatorum. Nos enim quicquid contra præmiſſa vel eorum aliquod à quoquam contigerit attentari, omninò decernimus irritum & inane.

## CAP. XXV.

*Non poteſt electus duas electiones proſequi, petendo confirmationem ex illis: etiamſi proteſtetur ſe contentum altera, per quam conſequi poſſit ſuæ intentionis effectum: neceſſe ergo habet alteram eligere: qua electa, ad alteram redire non poterit. Ioan. And.*

Idem.

Ut quis duas *d* electiones de ſe in aliqua eccleſia celebratas proſequatur inſimul, & confirmationem petat ex eis (cùm non niſi ex una ipſarum valeat jus habere) rationi conſonum non putamus. Etiam ſi ſe contentum eſſe velle altera, per quam ſuæ intentionis conſequi poſſit effectum, in initio proteſtetur. Oportet ergo eam (ne cum ipſius eccleſiæ, vel ſui adverſarii, ſi quem habet, diſcrimine in incerto vagetur) eligere, quam proſequi velit ex illis: & confirmationem petere tantummodo ex eadem. Regreſſum ad aliam, cui per electionem alterius renunciare, ſibique jus ex ea non competere profiteri videtur, nullatenus habiturum.

## CAP. XXVI.

*Si electus non conſentit, vel poſt conſenſum renunciat, vel moritur, vel propter occultum ſui vitium electio caſſatur: eligentes ad eligendum extunc integrum tempus habebunt: niſi circa id egerint fraudulenter. Ioan. And.*

a *Declarat hunc text. prout in clem. quod circa. de elec.* b *dictio, &c. deeſt in manuſcr. Luc. 9.* c *Vide Oldrad. conſ. 103. & conc. Trid. ſeſſ. 25. tit. de reg. c. 6.* d *Nota ex hoc ca. poſſe quem obtinere duplicem electionem in eadem eccleſia, tamen confirmationem quærere non poſſe, niſi ex una. Item non poſſe aliquem cauſare titulum ſuper eadem re, niſi ex una cauſa. vide text. in c. inter dilectos. de fide inſtrum.*

Idem.

SI electio ex eo non ſortiatur effectum, quia electus conſentire recuſat, vel poſt conſenſum renunciat juri ſuo, aut fortè diem claudit extremum, ſeu propter occultum ejus vitium irritatur: electores (quia jam fecerant quod ſpectabat ad ipſos, intra juris terminum eligendo) habebunt à diſſenſu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac ſi vacatio nova eſſet, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam. Dummodo nil fraudulenter egerint in præmiſſis.

CAP. XXVII.

*Si religioſus non obtenta licentia conſentit electioni de ſe factæ extra ſuum monaſterium, non valet conſenſus, & irrita eſt electio.*

Idem.

SI religioſus *a* (cujus arbitrium *b* non ex ſua, cùm velle vel nolle non habeat, ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cujus imperio ſe ſubjecit, voluntate dependet) electioni de ſe ad prælationem aliquam extra ſuum monaſterium, vel ſuam eccleſiam celebratæ, ſui ſuperioris, qui dare ipſam valeat, non petita licentia, & obtenta præſumpſerit conſentire: conſenſus ſic præſtitus non teneat, & in pœnam præſumptionis illius electio eadem ipſo facto viribus vacuetur omninò.

*Solus ſuperior ſine conventu dare poteſt ſuo religioſo conſentiendi & tranſeundi licentiam. h.d.*

Quia verò utrum religioſis conſentiendi electionibus de ſe factis, & ad prælationes, ad quas electi fuerint, tranſeundi à ſuis ſuperioribus, ſine fratrum *c* conſilio, licentia dari poſſit, cùm jura ſuper hoc ſint varia, dubitatur interdum. Nos ad hujuſmodi dubitationem tollendam, & ut ordinationes eccleſiarum ac monaſteriorum, in quibus tales electi extiterint, celeriùs & faciliùs valeant expediri: decernimus, ut iidem ſuperiores (ſuis irrequiſitis conventibus) electis hujuſmodi conſentiendi & tranſeundi, liberam dare valeant facultatem.

CAP. XXVIII.

*Monachus in Abbatem eligi non poteſt, niſi ſit expreſſe profeſſus. Ad dignitatem autem epiſcopalem & in ſeculari, & in regulari eccleſia, talis eligi poterit.*

Idem.

NVllus religioſus *d* ad abbatiam ſeu prælaturam ſuæ vel alterius religionis de cætero eligatur, niſi antea fuerit ordinem regularem expreſsè profeſſus. Quod ſi ſecus actum *e* fuerit, eo ipſo irritum habeatur.

Ad dignitatem verò epiſcopalem (ad *f* quam novitii eliguntur interdum) talem in ſecularibus vel regularibus eccleſiis eligi minimè prohibemus.

CAP. XXIX.

*Forma electionis tradita per decr. ſuprà eod. Cùm dilecti, non eſt ſublata per ſequens concilium: Quia propter. h.d. Io. An.*

Idem.

CVm expediat concordare jura juribus, & eorum correctiones (ſi ſuſtineri valeant) evitari. Decretalem felicis recordationis Innoc. Papæ III. prædeceſſoris noſtri, quæ innuit ſub ea forma poſſe in electionibus licitè *g* compromitti, ut compromiſſarii ſecretò & ſigillatim voluntatib. omnium inquiſitis, illum, in quem major & ſanior pars capituli conſenſerit, eligere teneantur: declaramus abrogatam non eſſe per ſubſecutum concilium generale: imò poteſt in ipſis electionibus ut priùs procedi licitè per eandem.

CAP. XXX.

*Accedens ad ſedem Apoſtolicam pro inſtruendo negotio [illegible] per Decr. Cupientes. eundo, hac de cauſa ſtando, & redeundo, integre (præter quotidianas diſtributiones) percipit fructus beneficiorum, quos percipere poſſet in ipſa eccleſia reſidendo. Io. Andr.*

Idem.

CVm non deceat alicui ſuum officium eſſe [illegible] ſum: Statuimus ut ij, qui juxta conſtitutionem felicis recordationis Nicolai Papæ tertii prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editam, ad Apoſtolicam ſedem veniunt, vel circa imminentium electionum negotia [illegible] (cùm tales eccleſiarum ſuarum *a* proſequentes [illegible] tem, cenſeri debeant reſidentes) fructus beneficiorum ſuorum, quæ obtinent in illis eccleſiis, quarum negotia proſequuntur, & etiam aliorum, quos recipere [illegible] ſent recipere in ipſis *b* eccleſiis reſidendo, [illegible] tidianis diſtributionibus duntaxat exceptis [illegible] ad ſedem propterea veniendo eandem, ibidemque [illegible] cauſa morando, & ad ipſas eccleſias redeundo, [illegible] ſonaliter in eiſdem eccleſiis reſiderent. Non [illegible] tibus quibuslibet conſuetudinibus vel ſtatutis eccleſiarum ipſarum contrariis, ſeu privilegiis quibuſcunque, per quæ præmiſſorum effectus poſſet quomodolibet impediri.

CAP. XXXI.

*Is, qui opponit evidentem defectum ſcienter [illegible] promovendum ad aliquam dignitatem, pœnitere non poteſt [illegible] ſam reddit. Ioan. Andr.*

Idem.

AB eo qui contra electum vel poſtulatum ſeu promovendum ad aliquam dignitatem, inter cætera, [illegible] objicit, evidentem *d*, notorium ſeu manifeſtum [illegible] vel alium perſonæ defectum opponit: ipſius defectus oppoſitio, vel ejus qualitas nequeunt poſtea revocari. Cùm enim opponens (ſi quod de defectu oppoſuit hujuſmodi, deſtitui veritate contingat) à proſecutione [illegible] debeat omninò excludi, & puniri perinde ac ſi in probatione omnium, quæ objecerat defeciſſet: [illegible] (poſtquam ad oppoſitionem eandem [illegible] in præjudicium ejus, contra quem oppoſuit, [illegible] nitere.

CAP. XXXII.

*Canonicus impubes ad electionem non vocatus, [illegible] contemptu.*

Idem.

EX eo quòd ad electionem Epiſcopi, que [illegible] lari conſtituto ætate, in tua eccleſia [illegible] cum cæteris ejuſdem eccleſiæ canonicis non fuiſti [illegible] ſus: de contemptu conqueri, aut electionem [illegible] impugnare non potes. Cùm tam juris *e* quàm [illegible] iſtat, ut tales (cùm diſcretione careant) ad [illegible] electione ſuffragium nullatenus admittantur.

*Non profeſſi cum profeſſis, vel converſi laici cum clericis [illegible] ni intereſſe non debent. h.d.*

In eccleſiis quoque regularibus, vel monaſteriis, qui non ſunt tacite vel expreſsè profeſſi, non debent [illegible] profeſſis, vel converſi laici cum clericis, electionibus intereſſe.

CAP. XXXIII.

*Si ab electione cathedralis vel regularis eccleſiæ, [illegible] ſa probabili appelletur ad Papam, ea pendente confirmatio per ordinarium non valet. Requirit Decr. Cupientes [illegible] quòd electus veniat, ſed quòd uſq; ad finem negotium [illegible]*

a *Vid. Clem. cum conceſſa. de elect. & extrav. Benedicti. quæ incipit, Si religioſus. de elect.* b *vid. tex. iv. c. vij. judic. Dom.* c *Nota quòd monachi dicuntur fratres. c. cauſam. ſup. de jud. Dom. allegat. ibi c. pen. infr. eod. de privil. Fon.* d *Vid. Clem. cum rationi. de elect.* e *al. ita: factum fuerit.* f *al. ita: ad etiam novitii, &c.* g *dictio. licitè, deeſt hic in antiq. cod.*

a *Suum poteſt dici id, quod eſt ſuum in parte, & [illegible] nam eccleſia non eſt tota canonici: unde gloſſ. [illegible] illis.* b *al. ita in dictis eccleſiis.* c *al. ita: [illegible] quibuslibet aliis conſuetudinibus.* d *Vid. tex. [illegible] ſignifi. cap. 2.* e *Vid. ca. inquiſitionis. ſuprà [illegible] nium.*

*& habet locum etiam cum appellatur à confirmatione vel proviſione. Ioan. Andr.*

Idem.

SI poſtquam ab electione in cathedrali vel regulari eccleſia celebrata, fuerit in ſcriptis ex cauſa probabili, quæ probata deberet legitima reputari, ad ſedem Apoſt. appellatum, electionem ipſam per ordinarium confirmari contingat: hujuſmodi confirmatio, niſi priùs fuerit canonicè ab appellatione ipſa receſſum (cùm ſit ab eo, qui non potuit *a* de facto præſumpta) nullam obtinebit roboris firmitatem. Si verò electus, qui juxta conſtitutionem felicis recordationis Nicolai Papæ tertii prædeceſſoris noſtri, ad dictam ſedem venerat pro electionis ſuæ negotio proſequendo, de Romana curia ſine licentia receſſerit, antequam hujuſmodi negotium ſit finitum, ejus electio auctoritate conſtitutionis ipſius (quæ non ſolùm, ut quis veniat, ſed etiam ex ſui mente exigit, quòd uſque ad finem negotium proſequatur) eo ipſo viribus evacuatur *b* omninò. Cùm autem ab electionis confirmatione vel facta proviſione per eum, ad quem propter inferiorum negligentiam fuerat devoluta eligendi poteſtas, ad ſedem appellatur eandem: conſtitutionem prædictam in veniendo & mittendo, & aliis, quæ perſtringantur, in ea convenit obſervari.

## CAP. XXXIV.

*Diſpenſare poſſunt Epiſcopi & ſuperiores cum habentibus parœciales eccleſias ſibi ſubjectas, quouſq; ad ſeptennium ſtudendo non teneantur ad ſacerdotium promoveri: ad ſubdiaconatum tamen debent promoveri intra annum: aliàs ſunt privati. Et illo durante ſeptennio debet in illis eccleſiis idoneus poni vicarius, de fructibus eccleſiæ ſuſtinendus. Elapſo ſeptennio debet rector intra annum in Presbyterum promoveri.*

Idem.

CUm ex eo, quod felicis recordationis *c* Gregorius Papa X. prædeceſſor noſter ſtatuit in concilio Lugdun. ut ad regimen parœcialium eccleſiarum ſumpti, ſe ad ſacerdotium promoveri faciant intra annum, à ſibi commiſſi regiminis tempore connumerandum *d:* & perſonaliter reſideant in eiſdem. Alioquin ſi intra idem tempus promoti non fuerint, hujuſmodi eccleſiis abſque monitione alia ſint privati. Nonnullis extunc parœciales eccleſias recuſantibus acceptare, legendi & proficiendi (cum eis facultates non ſuppetant, nec ab eccleſiarum prælatis de aliis beneficiis in pleriſque mundi partib. interdum provideatur eiſdem) opportunitas ſit ſublata, in grande univerſalis eccleſiæ (quam ad ſui regimen viris literatis permaximè noſcitur indigere) diſpendium & jacturam. Nos ſuper hoc multorum inſtantia excitati frequenter, volentes cupientibus in ſcientia proficere, ut fructum in Dei eccleſia ſuo tempore adferre valeant opportunum, utiliter providere: præſenti conſtitutione ſancimus, ut Epiſcopi eorumq; ſuperiores cum iis, qui hujuſmodi ſubjectas ſibi eccleſias obtinent vel obtinuerint, in futurum diſpenſare poſſint liberè, quòd uſque ad ſeptennium literarum ſtudio inſiſtentes promoveri minimè teneantur, niſi ad ordinem ſubdiaconatus duntaxat: ad quem intra prædictum annum recipiendum (ne ſicut à multis de Chriſti patrimonio ſublimatis olim factum eſſe dignoſcitur, à ſtatu retrocedere valeant clericali) omninò adſtringi volumus: & niſi receperint, pœna contenta in dicto concilio eo ipſo percelli. Porrò ſeptennio prædicto durante, iidem Epiſcopi & ſuperiores ſolicitè provideant & procurent, ut per bonos ſufficientes vicarios, ab eis in hujuſmodi eccleſiis deputandos, animarum cura diligenter exerceatur, & deſerviatur laudabiliter in divinis: quibus de ipſarum eccleſiarum proventibus neceſſaria congruè miniſtrentur. Elapſo verò dicto ſeptennio *a* ij, cum quibus fuerit (ut præmittitur) diſpenſatum, ad diaconatus & presbyteratus ordines intra annum ſe faciant promoveri: alioquin extunc dictam pœnam (niſi juſta de cauſa id omiſerint) ipſo jure ſe noverint incurſuros.

## CAP. XXXV.

*Quatuor dicit. Primò, quòd ad pœnam privationis rectoris parœcialis eccleſiæ non promoti requiritur, quòd annus integer ſit completus. Secundò, quòd annus ille non currit juſtè impedito. Tertiò, quòd poſt privationem, eccleſia eidem conferri non poteſt. Quartò, quòd non promotus, ſi eo animo receperat eccleſiam ut fructus anni perciperet, tenetur ad reſtitutionem ipſorum. Et qui ea mente contulit, eccleſiam ſervare debet indemnem. Ioan. Andr.*

Idem.

COmmiſſa tibi parœcialis eccleſia, quanquam tantum de anno tranſiverit, quòd intra ipſum nequeas juxta ſtatutum generalis concilii Lugdunenſis ad ſacerdotium promoveri: non eſt niſi tunc demum, cùm ex toto *b* fuerit ipſe annus elapſus cenſenda vacare, nec poteſt alteri antea te nolente conferri. Annus autem hujuſmodi, qui à tempore illo incœpit, quo ipſius eccleſiæ regimen commiſſum tibi extitit, & poſſeſſionem ejus pacificam habuiſti, vel per te ſtetit quo minus haberes eandem, tibi non currit, ſi promoveri juſto impedimento detentus intra tempus hujuſmodi nequiviſti. Porrò ſi infra dictum tempus non fueris rationabili cauſa ceſſante promotus, tibi eccleſia ipſa, qua dicti ſtatuti auctoritate jam privatus exiſtis (ne ſtatutum ipſum fiat ludibrio, debitoque fruſtretur effectu: & non rebus, ſed verbis, cùm ſit potius contrarium faciendum, lex impoſita videatur) nullatenus ea vice poterit iteratò conferri. Cæterùm ſi promoveri ad ſacerdotium non intendens parœcialem receperis eccleſiam, ut fructus ex ea per annum percipias, ipſam poſtmodum dimiſſurus (niſi voluntate mutata promotus fueris) teneberis ad reſtitutionem fructuum eorundem: cùm eos receperis fraudulenter: illum autem, qui eam tibi contulit, cùm te non crederet ad hujuſmodi ordinem promovendum (præter divinam, quam exinde incurrit offenſam) ad ſervandam indemnem eandem eccleſiam decernimus obligari.

## CAP. XXXVI.

*Abbas exemptus legitur in Epiſcopum: ſed tranſire non poteſt ſine licentia Papæ vel legati de latere.*

Idem.

SI Abbatem eccleſiæ Romanæ immediatè ſubjectum in veſtrum Epiſcopum elegiſtis, reprehendi exinde nulla ratione poteſtis: ei tamen ab alio, quàm à nobis vel Apoſtolicæ ſed. legato, ſi ſit in provincia, de latere *c* noſtro miſſus, dari non poteſt licentia ſuum deſerendi monaſterium, & ad veſtram eccleſiam tranſeundi.

*Legatus de latere poteſt confirmare electiones Epiſcoporum exemptorum: reliqui non, ſine ſpeciali mandato. Io. And.*

Hujuſmodi verò legatus, qui majus omnibus poſt Rom. Pontificem in provincia ſibi decreta imperium cenſetur habere, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & exemptorum electiones poteſt ex officio confirmare. Alii autem legati hoc nequeunt: niſi id eis à ſede ipſa ſpecialiter ſit commiſſum.

---

a *Geſta à judice incompetenti ſunt nulla. ad hoc ſuprà de jud. c. ſi clerici. cum ſi. Dom.* b *alias, vacuatur.* c *Aliàs ita: Gregorius Papa prædeceſſor noſter.* d *Numerandum.*

a *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ultra ſeptennium cum curato ſuper non promotione ad ſacerdotium.* b *Ubi ſtatutum præcipit certam pœnam ſolvendam intra annum, illa pœna peti non poteſt, donec annus totaliter ſit elapſus.* c *De triplici genere legatorum, vide gloſ. in c. j. de off. leg. & Do. meum Brunellum in lib. de poteſt. legati. Font.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAP. XXXVII.

*Si compromiſſarius non eligit intra tempus juris, ad proximum ſuperiorem devolvitur poteſtas providendi. Si eligit, ſed indignum, indiſtinctè redit ad compromittentes: niſi id ſcienter ratum habuerint. Idem ſi electus idoneus non conſentit. Si compromiſſarius ſcienter eligit indignum, ipſe ſolus ab eccleſiaſticis beneficiis triennio eſt ſuſpenſus, niſi id compromittentes ſcienter ratum habuerint. Et pœna prædicta ſuſpenſionis non habet locum in Epiſcopo compromiſſario, nec in electione inferiorum Epiſcoporum. Et reſtringitur illa pœna ad beneficia, quæ obtinet in eccleſia offenſa. Et idem in beneficiis illius, qui deficit in probatione ejus, quod objicit in perſonam. Ioan. Andr.*

Idem.

SI compromiſſarius, in quem defuncto *a* Epiſcopo transfertur eligendi poteſtas, negligenter intra tempus à jure ſtatutum eligere prætermittat: ad ſuperiorem proximum poteſtas devolvitur providendi, ſibique compromittentes imputent, qui in talem poteſtatem hujuſmodi tranſtulerunt.

Si verò eligat, ſed indignum, tunc ſive ſcienter id fecerit (cùm dolus ipſius eis, qui non ſunt in culpa, non debeat imputari) *b* ſive etiam ignoranter (cùm ſuo ſit functus officio) eligendi poteſtas (niſi & ipſi ſcienter electionem talem ratam habuerint) liberè revertitur ad eoſdem. Idem fit, cùm elegit idoneum, ſed electus renuit conſentire.

Porrò eo caſu, cùm ſcilicet indignus eligitur ab eodem, compromittentes (quos illius odio non convenit prægravari) nequaquam (niſi ſicut præmittitur ratum habuerint) puniuntur: ſed ipſe (ut pœna ſuum auctorem teneat) à beneficiis eccleſiaſticis triennio, juxta Lateranenſe concilium, ſuſpenditur ipſo jure. Hujuſmodi quoque pœna, nec in Epiſcopo, ſi ad eligendum fiat compromiſſarius, ſic peccante (cùm de jure nullam ſententiam ſuſpenſionis incurrat, niſi de ipſo expreſſa mentio habeatur) nec in aliorum quàm Epiſcoporum & ſuperiorum ipſorum electionibus, cùm peccatur in ipſis, vindicat ſibi locum. Reſtringitur etiam dicta pœna ſolùm ad ea beneficia, quæ ſic peccans, in illa obtinet eccleſia, quam taliter eligendo, ſpecialiter noſcitur offendiſſe. Et idem in illius beneficiis eſt cenſendum, qui alicujus electionem, poſtulationem, aut proviſionem impugnans, in probatione deficit ejus, quod objicit in perſonam.

## CAP. XXXVIII.

*Procurator ad appellandum ſecundùm formam ca. Ut circa. non eſt idoneus, niſi omnia objecta, & forma juramenti in procuratorio exprimantur. h. d. ſecundùm Pan.*

Idem.

PRocurator ad appellandum contra electionem, poſtulationem, aut proviſionem alicujus *c*, non aliter idoneus de cætero reputetur, quàm ſi omnia, quæ in formam objicere vel perſonas, & propter quæ appellare intendit, ſingulariter & clarè in ejus procuratorio ſint expreſſa. Habeatque ſpeciale mandatum jurandi corporaliter in eorum animas, quorum procurator exiſtit, quòd ipſi credunt expreſſa hujuſmodi vera eſſe, & ſe poſſe probare.

## CAP. XXXIX.

*Caſſata confirmatione, vel caſſa nunciata propter defectum juriſdictionis, vel ſolennitatem omiſſam: non propter hoc electio caſſata dicitur. Ioan. And.*

Idem.

SI confirmationem electionis *a* propter debitam juris ſolennitatē in confirmatione ipſa omiſſam, vel etiam, quia ipſe qui confirmavit, confirmandi non habuit poteſtatem, caſſari ſeu caſſam & irritam nunciari contingat: non propter hoc præcedens electio (ſi aliàs ſit canonica) intelligitur infirmari.

## CAP. XL.

*Si vacante cathedrali, regulari, vel collegiata eccleſia, ſingulares perſonæ capituli vel conventus occupant bona à prælatis dimiſſa, vel vacationis tempore obvenientia, donec plenè reſtituant, ab officio & quibuſcunq; beneficiis ſunt ſuſpenſi: non obſtantibus privilegiis, ſtatutis, conſuetudinibus quacunq; firmitate vallatis. Io. And.*

Idem.

QVia ſæpè *b* contingit, quòd cathedralibus & regularibus ac collegiatis eccleſiis vacantibus, capitula, conventus, collegia *c*, & ſingulares earundem perſonæ bona à prælatis ipſarum dimiſſa, vel vacationis tempore obvenientia, quæ in utilitatem dictarum eccleſiarum expendi, vel futuris deberent ſucceſſoribus fideliter reſervari, occupant, inter ſe dividunt, ſurripiunt, dilapidant, diſſipant, & conſumunt in earum grave diſpendium & jacturam. Nos ipſorum auſus reprimere, ac eccleſiarum indemnitatibus præcavere volentes: decernimus ut ii, qui præmiſſa de cætero præſumpſerint, eo ipſo ſint, & tamdiu maneant ab officio & beneficiis quibuſcunque ſuſpenſi, donec plenè reſtituerint quicquid de bonis receperint ſupradictis. Non obſtantibus quibuslibet privilegiis vel indulgentiis, aut contrariis conſuetudinibus, conſtitutionibus, vel ſtatutis, juramento, confirmatione ſedis Apoſtolicæ, aut alia quacunque firmitate vallatis: quæ omnia, quoad hoc, auctoritate Apoſtolica revocamus, caſſamus, & irritamus, ac nullius deinceps volumus eſſe firmitatis.

## CAP. XLI.

*Decretalis, Ut circa. ſolum in extrajudicialibus appellationibus locum habet: in judicialibus autem antiqua jura ſervanda ſunt. h. d. Ioan. And.*

Idem.

COnſtitutio felicis recordationis Greg. Pap. prædeceſſoris edita in concilio Lugdun. formam exponens ſecundùm quam ab iis, qui in *d* electionibus, poſtulationibus, aut proviſionibus ſe opponunt, debeat appellari: locum ſibi non vindicat, niſi ſolùm cùm in eis extra judicium appellatur.

Quando verò in judiciis *e* in hujuſmodi negotiis appellari contingit, anteriora jura (cùm per eam immutata non fuerint) obſervari oportet.

## CAP. XLII.

*Habens plenam adminiſtrationem cathedralis eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus, juriſdictionalia exercere poteſt, ſacramentalia non, niſi Epiſcopus fuerit. h. d. Domi.*

Idem.

IS, cui procuratio ſeu adminiſtratio cathedralis eccleſiæ plena & libera in ſpiritualibus & temporalibus à ſede Apoſtolica (cui ſoli hoc competit) eſt commiſſa, poteſt (a-lienatione bonorum immobilium duntaxat excepta) omnia, quæ juriſdictionis epiſcopalis exiſtunt, & quæ poteſt electus exequi confirmatus, liberè exercere.

Illa quippe, quæ miniſterium conſecrationis exigere noſcunt (niſi fuerit Epiſcopus) per alios faciat Epiſcopos expediri.

---

a *Electio poteſt fieri antequam Epiſcopus tradatur ſepulturæ. de quo vide c. Bonæ. ſuprà eodem.* b *Vide l. fin. C. de acq. poſ. ubi ejus delictum concernit proceſſum & pœnam. de Anch. Font.* c *dictio, alicujus, deeſt in manuſcrip. codicib.*

a *Secundùm Doctor. iſte text. habet locum etiam in aliis confirmationibus. vide Felinum in c. conſtitutus. de reſcrip.* b *Iura debent adaptari iis, quæ ſæpè contingunt. vide ... l. ... ſponſ. impub. literas.* c *Quomodo puniantur ... l. aut facti. ff. de pœn. c. ſi civitas. de ſen. excom. de Anch.* d *dictio, in, deeſt in manuſc.* e *al. in judicio.*

## CAP. XLIII.

*Monialis non eligit, niſi peregerit duodecimum annum, & ſic tacitè vel expreſſè profeſſa: nec eligitur niſi peregerit triceſimum annum, & fuerit expreſſè profeſſa. hoc dicit prima pars uſq; ibi. ſane. Ioan. And.*

### Idem.

INdemnitatibus *a* monaſteriorum monialium, quæ frequenter propter electiones in diſcordia celebratas, in ipſis grandia in ſpiritualibus & temporalibus diſpendia patiuntur, occurrere deſiderabiliter affectantes: ſtatuimus, ut cùm in eis fuerit electio facienda, nulla monialis (niſi duodecimum annum peregerit, & profeſſa fuerit tacitè vel expreſsè) ad eligendum cum aliis admittatur. Nec in abbatiſſam, aut prioriſſam (ubi per prioriſſam monaſterium gubernatur) de cætero eligatur aliqua, niſi triceſimum annum compleverit, & expreſsè profeſſa fuerit ordinem regularem.

*Non obſtante contradictione, vel appellatione quacumq; electa à duabus partibus numero, cùm per ſcrutinium proceditur, examinatione præmiſſa per officium præſidentis confirmatur & benedicitur. Item publicato ſcrutinio, antequam ad actus extraneos ſe divertant, eligentes poſſunt accedere ad illam, quæ majorem partem conventus numero habet, & ſi per acceſſum ad duas partes pervenerit (ſicut in primo caſu) confirmabitur & benedicetur: non tamen adimetur contradicentibus poteſtas denunciandi vel accuſandi, cùm abbatiſſa fuerit benedicta, & poſſeſſionem adepta. Item de objectis contra electam à majori parte conventus, quæ tamen duas partes, nec à principio, nec per acceſſum habet, ante confirmationem ſine ſtrepitu & figura judicii inquiretur. Ipſa tamen (alienatione bonorum, & monialium receptione ſibi interdicta) interim miniſtrabit. Item à minori parte electa nullum jus acquiritur, nec aliæ poſſunt accedere ad eam: nec ibi ſit collatio numeri ad numerum. h.d.*

Sanè *b* ſi ad electionem per formam ſcrutinii procedatur, & (votis in diverſa diviſis) electiones *c* per plures in diſcordia celebrari contingat: ea, quæ à duabus partibus numero fuerit celebrata (exceptione ſeu contradictione aut appellatione quacunque partis alterius non obſtante) per ſuperiorem (prius tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum, diligenti examinatione præmiſſa) ſi aliàs inventa fuerit canonica, confirmetur: & confirmatæ electæ (ſi abbatiſſa extiterit) benedictio impendatur. Si autem nulla earundem electionum à partibus fuerit celebrata duabus tunc (non obſtante quòd ſit publicatum ſcrutiniū, & ad electionem proceſſum) poſſint moniales, quæ in aliam vel in alias dixerant vota ſua, licitè per conſenſum (antequam ad actus divertant extraneos) omni pravitate ceſſante, ad illam accedere, quæ ab aliis majorem partem conventus numero facientibus eſt electa. Et ſi per acceſſum hujuſmodi ad duas partes perveniri poterit, illis, quæ antea in eam conſenſerant computatis *d*, confirmetur & benedicatur, ac ſi duas partes ab initio habuiſſet, ut in caſu proximo eſt præmiſſum *e*. Verùm ſi quæ fuerint moniales, quæ poſtquam in præmiſſis caſibus talis confirmata & benedicta extiterit, ac poſſeſſionem ſuæ adminiſtrationis fuerit aſſecuta, voluerint in modum denunciationis vel accuſationis, ut à dignitate dejiciatur adepta, proponere aliquid contra ipſam, eis per prædicta proponendi, minimè ſit ſublata facultas. Si verò ad illam, quæ à majori parte (ut præmittitur) eſt electa, noluerint aliæ accedere moniales: vel ſi acceſſerint, non tot tamen, quòd cum aliis prius in eam conſentientibus faciant duas partes: tunc ſuper *a* objectibus partis alterius, ſi quæ fuerint, & ſuper aliis, quæ in tali negotio ſunt ex officio inquirenda, plenè ſine ſtrepitu judicii & figura per ſuperiorem inquiratur primitus antè, quàm confirmetur electio, vel etiam infirmetur: ſed interim præſentis conſtitutionis auctoritate in ſpiritualibus & temporalibus liberè adminiſtret: ſic tamen quòd de rebus monaſterii nil penitus alienet, nec aliquam in monialem recipiat quoquo modo. Si qua verò à minori parte conventus numero nominata fuerit vel electa, ex nominatione vel electione hujuſmodi (quas Epiſcopo quòd pars minor eas fecerit, vires aliquas nolumus obtinere) ipſi jus aliquod quomodolibet non quæratur: nec ad eam ab aliis per conſenſum in hoc caſu valeat acceſſus haberi. Vt autem cùm per prædictam formam proceditur, facilius in hujuſmodi monialium electionibus ad concordiam veniatur: decernimus, ut non zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, ſed ſolùm numeri ad numerum fiat collatio in eiſdem.

*Electa per compromiſſum benedictio impendetur non obſtante minoris partis contradictione: ſed ſi major ſe ei opponat, liberè adminiſtrabit, nec confirmabitur. Si autem ei ſe opponat pars in duplo major, non adminiſtrabit, nec confirmabitur, ſed expectabit litis eventum. h.d.*

Cæterùm ſi per formam compromiſſi fuerit in electione proceſſum, & electæ pars aliqua ſe opponat: ſi minor, ipſius (ut in forma ſcrutinii ſtatuitur) confirmetur electio, & eidem benedictio impendatur, partis ejuſdem contradictione, vel exceptione, aut appellatione qualibet non obſtante: ſed per hoc denunciandi vel accuſandi eam poſtmodum ſibi via minimè ſit præcluſa. Si major, ejus (donec de objectis *b* & aliis, ut in eadem forma ſcrutinii præmittitur, fuerit inquiſitum) confirmatio vel infirmatio differatur: ſed interim (ut prædicitur) liberè adminiſtret, niſi forſan pars opponentium extiterit duplo major: tunc enim adminiſtrare ipſam nolumus, ſed litis eventum potius expectare.

*Si ab opponentibus in caſibus præmiſſis appellatur, conſtitutio, Ut circa. ſervabitur: ſed moniales ad ſedem Apoſtolicam perſonaliter non venient, ſed procuratores ſecundùm conſtitutionem, Cupientes mittent. h.d. Ioan. And.*

Porrò ſi in hujuſmodi electionum negotiis contigerit (in illis duntaxat caſibus, in quibus oppoſitiones juxta præmiſſa fuerint admittendæ) ad ſedem Apoſtolicam appellari: appellantes formam conſtitutionis felicis recordationis Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri editæ in concilio Lugdunenſi diligentius ſervare teneantur. Sed cùm eas propter ſexus verecundiam *c*, ſuæque conditionis ſtatutum nō deceat, nec ipſis expediat publico cœtui demonſtrari, aut extra ſua monaſteria evagari: nolumus quòd electæ, vel etiam eligentes aut appellantes, ſeu hæ, contra quas appellatum fuerit, ad eandem ſedem perſonaliter veniant quoquo modo. Sed procuratores ſufficienter inſtructos juxta conſtitutionem piæ memoriæ Nicolai Papæ tertii prædeceſſoris noſtri, ad ſedem ipſam tranſmittant: per eos electionum ac appellationum & poſtulationum ſuarum proſecuturæ negotia, prout juſtitia ſuadebit pœnam in dicta conſtitutione contentam ipſo jure (ſi hoc non fecerint) incurſuræ.

*Ponentes vel nutrientes diſcordiam in electione monialium, ipſo jure ſunt excommunicati. h.d. Ioan. And.*

Poſtremò ij, quos ad dirigendas in hujuſmodi electionibus moniales eaſdem deinceps contigerit evocari, ab his prorſus abſtineant, per quæ inter eas ſuper

---

a *De materia hujus 1. §. vide quod noviſſimè diffinivit conc. Trid. ſeſſ. 25 tit. de regular. & monial. c. 7. vide conc. Agathenſ. ca. 19.* b *de articulo hujus §. & ſeq. vide quod noviſſimè ſancivit concil. Trid. ſeſſ. 25 tit. de regularib. & monialib. c. 6.* c *in antiq. codic. ita: electiones plures in diſcordia abſq; dictione, Per.* d *al. ita: & confirmatur, & benedicetur.* e *al. expreſſum.*

a *Al. ita: ſuper objectis partis alterius, ſi qua, &c.* b *al. objectionib.* c *Vide hic effectum verecundiæ per Ancha. & l. filius. ff. de condi. inſti. Font.*

faciendis ipſis electionibus oriri *a* poſſit diſcordia, vel exorta nutriri: aliàs eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſe noverint ſubjacere.

*Hæc conſtitutio locum habet in monialibus regulariter viventibus, & in canonicis ſecularibus: hoc excepto quòd non debeant, niſi profeſſa, eligere vel eligi, quod non poteſt ſibi vindicare locum in canonicis ſecularibus: per hoc tamen Papa non approbat ſtatum dictarum canonicarum ſecularium. h. d. Ioan. And.*

Supradicta ſiquidem, nedum in monaſteriis, in quibus ſunt moniales viventes ſub aliqua de religionibus approbatis: ſed *b* etiam in illis ubi ſunt juxta quarundam provinciarum conſuetudinem mulieres, quæ nec propriis renunciant, nec profeſſionem faciunt regularem, ſed vivunt ut in ſecularibus eccleſiis canonici ſeculares: volumus per omnia obſervari, eo (quod ſuprà dicitur) duntaxat excepto, ut non eligantur, nec eligant non profeſſæ, cùm in ipſis hoc locum ſibi nequeat vindicare: per hoc tamen earum ſtatum, ordinem ſeu regulam nolumus nec intendimus approbare.

*Iura de virorum electionibus tractantia, per hoc capitulum non ſunt mutata. h. d.*

At hæc licet præmiſſa, quæ in multis à jure communi diſcrepare noſcuntur, circa electiones in quibuslibet mulierum monaſteriis faciendis ex *c* certis cauſis rationalibus ſpecialiter duxerimus ſtatuenda: intentionis tamen noſtræ nequaquam extitit *d* per illa, quoad electiones in aliis virorum monaſteriis, vel quibuſvis eccleſiis celebrandis aliquid immutetur: ſed jura præcedentia in ſua omninò remaneant *e* firmitate.

## CAP. XLIV.

*Si ordinarius poſt receſſum appellationis interjectæ ad curiam, in cauſis electionum epiſcopatuum, non inquiſito an pravitas intervenerit, procedit, confirmat, vel conſecrat, prædicta non tenent: & ipſe ab Epiſcoporum confirmatione & conſecratione ſuſpenſus eſt per annum. h. d. Dominicus de ſancto Geminiano.*

Idem.

PRovida conſideratione generale concilium Lugdun. conceſſit, ut ab appellationibus in judicio, vel extra judicium ad ſedem Apoſtolicam in electione Epiſcoporum, & eorum ſuperiorum negotiis interjectis, per quas ad ſedem ipſam eadem negotia deferuntur, partes (nulla interveniente pravitate) recedere valeant antequam ipſi ſedi Apoſtolicæ appellationes eædem fuerint præſentatæ: ſed inferiores judices, quorum eſt (appellatione ceſſante) negotiorum cognitio eorundem, ſi in hoc pravitas interceſſerit, ante omnia diligenter inquirant: & ſi eam interceſſiſſe repererint, ſe non intromittant ullatenus de eiſdem: ſed præfigant ipſis partibus peremptorium terminum competentem, quo cum actis & munimentis ſuis Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent. Verùm cùm nonnulli conceſſione hujuſmodi abutentes *f*, fiam (inquiſitione præfata omiſſa) cognitionem in eiſdem negotiis interponant, ad confirmandas electiones, & conſecrandos electos temerè procedendo. Nos ſuper hoc expreſſius providere volentes, confirmationes & conſecrationes hujuſmodi, & quoſcunque proceſſus alios, quos (inquiſitione præmiſſa non habita) contigerit de cætero in talibus negotiis attentari, decernimus, nullius penitus exiſtere firmitatis: & confirmantes & conſecrantes eoſdem (ut in eo quo peccaverint puniantur *g*) ab Epiſcoporum confirmatione ac conſecratione per annum continuum [illegible] jure fore ſuſpenſos.

## CAP. XLV.

*Si Papa ſibi proviſionem eccleſiæ cathedralis reſervavit [illegible] & decrevit, non eſt vitiata electio, quæ præceſſerat: [illegible] quæ reſervationem ſequuntur, carent effectu. Ioan. And.*

Idem.

SI eo tempore, quo proviſionem alicujus eccleſiæ cathedralis ex quavis cauſa diſpoſitioni ſeu [illegible] ſedis Apoſtolicæ reſervamus, inhibentes ne ad electionem vel proviſionem faciendam in ea quomodolibet procedatur, & decernentes ſi ſecus ſuper hoc a quoquam ſcienter vel ignoranter attentatum extiterit, irritum & inane, jam ad electionem forſitan ſit proceſſum [illegible] Præſenti conſtitutione ſancimus, quòd licet reſervatio, inhibitio, & decretum hujuſmodi non afficiant electionem vel alia, quæ præcedunt, efficiunt tamen ut effectu careant ea, quæ poſtmodum ſubſequuntur.

## CAP. XLVI.

*Abſens plures procuratores ad actum electionis dare poteſt in ſolidum, & non aliter: & in altero admittendo [illegible] uſq; ad §. Porrò. Dominicus.*

Idem.

SI quis juſto impedimento detentus in electione [illegible] tioni nequeat commodè intereſſe, poteſt [illegible] (prout dicitur in concilio *a* generali) ſed & [illegible] committere vices ſuas, dum tamen eorum cuilibet [illegible] ſolidum poteſtatem: & erit tunc melior conditio occupantis. Verùm ſi ambo concurrant inſimul, & pariter [illegible] admitti, audiri eos non expedit: quia poſſent vota [illegible] dirigere in diverſos, ſicque res non haberet exitum [illegible] quod ab eis hoc caſu fieret, non valeret: ſed is admittatur duntaxat, quem capitulum vel pars major elegerit, vel ſi concordare nequeant, is qui primò *b* in inſtrumento vel literis procurationis extiterit nominatus.

Si autem nullus ipſorum in ſolidum fuerit deputatus, tunc propter rationem eandem ipſorum aliquis non debebit admitti: ſibique imputet, qui ſic eos [illegible] diſcretè.

*Procurator ad eligendum conſtitutus, unum [illegible] num nomine domini ſui eligere non poteſt: niſi à domino [illegible] perſona ſpeciali mandatum habeat. h. d.*

Porrò cùm unus eſt procurator ſimpliciter conſtitutus, ſi is unum ſuo & alium domini ſui nomine in ſcrutinio nominandum duxerit, nihil agit: niſi de certa eligenda perſona ſibi dominus dederit ſpeciale mandatum, [illegible] enim in illam ejus, & in aliam ſuo nomine licitè poterit conſentire.

*Canonicus abſens (licet nullus de capitulo ejus procurator eſſe velit, & ipſe procuratorem, qui non ſit de capitulo, nolente [illegible] lo deputare non poſſit) votum per literas exprimere non poteſt, cùm cujuslibet votum ſit ſecretè & ſigillatim in ſcrutinio exprimendum. h. d.*

Abſens quoque (licet nullus de collegio velit eſſe procurator ejuſdem, nec ipſe nolente capitulo extraneum [illegible] leat deputare) non poterit aliquatenus per literas exprimere votum ſuum, quod non eſt ante ſcrutinium, [illegible] in ipſo ſcrutinio ſecretè & ſigillatim tantummodo exprimendum.

## CAP. XLVII.

*Si apparet coëlectus, vel ſe opponens ei, qui confirmationem [illegible] ille vocabitur nominatim: aliàs fiet in eccleſia citatio generalis [illegible] ſe confirmationi volentes opponere veniant peremptorio [illegible] aliter confirmatio facta non tenet. Ioan. And.*

Idem.

QVoniam electione non in concordia celebrata [illegible] ſuperior, ad quem electionis ipſius confirmatio [illegible]

a *Doct. not. quòd pœna ſtatuta procurantibus ortum diſcordiæ, non ligat jam ortam nutrientes. Font.* b *Aliàs ita: ſed & in illis etiam ubi, &c.* c *In manuſcriptis ita: ex certis cauſis & rationabilibus, &c.* d *aliàs, exiſtit.* e *aliàs, maneant.* f *Vid. gloſſ. in clem. 1. de jure patr.* g *Vid. gloſſ. l. 1. ff. de divor. in princip. & Bart. in l. præter att. § hocq; interdictum. ff. de nov. op. nunciat.*

a *In concil. generali Later. ſub Innoc. III. c. 24.* b [illegible] *in Chriſto pater. & l. ſi ſervus communis. de ſtip. ſer. &* [illegible] *bus. de offic. deleg. Font.*

pertin

pertinet, conſuevit interdum ſuæ confirmationis celeritate, præferens cupiditatem propriam juri, & inordinatum affectum etiam æquitati, competitorem aliquando, sibi alius, vel eos, qui ſe volunt opponere, quando electus eſt unicus, ſupplantare: dum nullis vocatis, & non diſcuſſo negotio per repentinam confirmationem citò (contra doctrinam Apoſtoli *a*) imponit manus electo. Nos volentes huic morbo & fraudibus obviare, præſenti conſtitutione ſancimus, confirmationes tales viribus omninò carere, ipſasque decernimus irritas & inanes. Vocationem autem hujuſmodi nominatim ubi eſt coëlectus, vel apparet oppoſitor *b*; aliàs generaliter in eccleſia, in qua electio facta eſt, ut ſi qui ſint, qui ſe velint opponere, compareant aſſignato peremptorio termino competenti, faciendam eſſe cenſemus. Quæ etiam ſi electio in concordia celebrata fuerit, volumus obſervari.

## DE RENVNCIATIONE.

### TITVLVS VII.

### CAP. I.

*Romanus Pontifex poteſt liberè papatui renunciare. h. d. ſecundum Zen.*

Bonifacius VIII.

QVoniam *c* aliqui curioſi diſceptantes de iis, quæ non multum expediunt, & plura ſapere, quàm oporteat (contra doctrinam Apoſtoli) temerè appetentes, in dubitationem ſolicitam, an Rom. Pont. (maximè cùm ſe inſufficientem agnoſcit ad regendã univerſalem eccleſiam, & ſummi pontificatus onera ſupportanda) renunciare valeat papatui, ejuſque oneri & honori, deducere minus providè videbantur. Celeſtinus Papa quintus prædeceſſor noſter [dum ejuſdem eccleſiæ regimini præſidebat] volens ſuper hoc hæſitationis cujuſlibet materiam amputare: deliberatione habita cum ſuis fratribus eccleſiæ Romanæ Cardinalibus [de quorum numero tunc eramus] *d* de noſtro & ipſorum omnium concordi conſilio & aſſenſu auctoritate Apoſtolica ſtatuit & decrevit, Romanum Pontificem poſſe liberè reſignare. Nos igitur, ne ſtatutum hujuſmodi per temporis curſum oblivioni dari, aut dubitationem eandem in recidivam diſceptationem ulterius deduci contingat, ipſum inter conſtitutiones alias ad perpetuam rei memoriam de fratrum noſtrorum conſilio duximus redigendum.

### CAP. II.

*Si in fraudem expectantis primam vacaturam, cùm in proximo credentur pinguis vacare, renunciet aliquis tenuem, quam habebat: non tenetur expectans illam recipere, imò illa dimiſſa expectabit aliam ſine fraude vacantem. Et ſi illi renuncianti illa pinguis poſtea conferatur, hoc ipſo probata ſit fraus, & carebit utraq;.*

Idem.

SI te præbendam *e* vel dignitatem, in aliqua eccleſia proximo vacaturam auctoritate Apoſtolica expectante, aliquis præbendam ſeu dignitatem tenuem obtinens in eadem, fraudulenter ei renunciet, ut illa primò ſic vacante præcludatur tibi via per conſequens ad obtinendum præbendam vel dignitatem aliam pinguiorem, quæ per mortem alicujus vel aliàs in ipſa eccleſia creditur veriſimiliter in proximo vacatura, per renunciationem hujuſmodi (dummodo de præmiſſa fraude appareat, ſaltem per aliquas probabiles conjecturas, ut quia dictæ renunciationis tempore is, qui præbendam vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate gravi detinebatur: vel aliquid aliud imminebat, propter quod illius præbenda ſeu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur) nullum tibi volumus obſtaculum interponi, quo minus (præbenda vel dignitate prædicta ſic fraudulenter renunciata omiſſa) poſſis dictam pinguiorem cùm eam vel aliam, ſi prius ipſam vacare contigerit, auctoritate præfata liberè petere, veluti tibi debitam, & habere.

Cæterùm ſi prædicto renuncianti hujuſmodi præbenda vel dignitas pinguior forſitan conferatur: eo ipſo dicta fraus intelligatur eſſe probata, & idem renuncians habita omninò careat & ambita.

## DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRÆLATORUM.

### TITVLVS VIII.

### CAP. I.

*Iuriſdictio ſuffraganei excommunicati, ad metropolitanum non devolvitur. Ioan. Andr.*

Innocentius III.

ROmana *a* eccleſia: & infrà. Edictum verò per Remenſem provinciam publicatum, ut à ſubditis Epiſcoporum ipſius provinciæ pro audiendis & terminandis eorum cauſis liberè ad Remenſem curiam accedatur, penitus revocamus. Quia etiamſi tenerentur iidem Epiſcopi pro ſuis culpis vinculo excommunicationis adſtricti, non tamen ex culpis ipſis (cùm id non inveniatur à jure conceſſum) ad Remenſem Archiepiſcopum juriſdictio devolveretur eorum. Sed alia fortè pro illis pœna ipſis canonica poſſet infligi.

### CAP. II.

*Si ille, qui præeſt, eſt negligens & remiſſus, debet ſuperior illi dare idoneum coadjutorem h. d. Ioan. And.*

Idem *baronibus & comitibus regni Portugalliæ.*

GRandi non immeritò: & infrà. Mandamus, quatenus dilectum filium nobilem virum comitem Bolon. præfati Regis Portugalliæ fratrem, de devotione, probitate ac circumſpectione multipliciter commendatum, qui eidem Regi (ſi abſque legitimo decederet filio) jure regni ſuccederet: quique examinatæ dilectionis affectu, quo vos & prædictum regnum proſequitur, magnanimitate ac potentia ſibi plurimum ſuffragantibus, regnum ipſum maturius reformaturus firma credulitate ſperatur: præſertim cùm ad curam & adminiſtrationem generalem, & liberam regni ejuſdem, tam *b* pro ſæpedicti Regis, quàm ipſius regni utilitate ſi providè attendatur, ac ad defenſionem eccleſiarum, monaſteriorum, aliorumque piorum locorum regni præfati, & perſonarum eccleſiaſticarum, tam religioſarum, quàm ſecularium, nec non viduarum, orphanorum, & cæterorum ibidem degentium, ac deperditorum inibi recuperationem ſalubriter (ut in Domino confidimus) ſit aſſumptus, cùm ad vos acceſſerit (fidelitate, homagio, juramento, ſeu pacto, ſi aliquibus fortè præfato Regi, vel cuicunque alii perſonæ tenemini, aut etiam ipſius Regis prohibitione: dummodo perſonam ejus, & vitam, ac legitimi ſui filii, ſi aliquem ipſum habere contigerit, fideliter conſervetis, debitum eis exhibentes honorem: nequaquam obſtantibus) in civitatibus,

a 1. Tim. 5. b *Vid. Innoc. c. inter quatuor. de major. & obed. & l. ſi. C. de jur. delib.* c *Vid. Ludovicum Gomeſium in regula cancellariæ, de infirmis reſignantibus. Paul. ad Roman. cap. 12.* d *Vide l. jus ſenat. C. de dig. l. 12.* e *Hodie gratiæ quæ dicuntur expectativæ, ſive ad vacaturam, omninò ſublatæ ſunt per concilium Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 10.*

a *Huc ſpectant tradita per Ioan. And. in c. novit. & per Felin. in cap. paſtoralis. extra de offic. leg.* b *al. ita: non minus pro ſæpedicti Regis, quàm, &c. al. ita: tam pro ſpe dicti Regis, quàm, &c.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

caſtris, villis, & munitionibus regni prædicti, cum omnibus ſuis recipere, ac ejus diſpoſitioni, ordinationi, & mandatis univerſaliter ſinguli, & ſingulariter univerſi per omnia, & in omnibus intendere abſque difficultate qualibet procuretis: impendentes ſibi contra quoslibet repugnantes, ac etiam violenter conſilium, auxilium, & favorem: de reditibus, proventibus, omnibusque præfati regni juribus ſine diminutione aliqua plenariè reſpondendo: ut de illis dicto Regi, ſecundùm quod ſuam decet excellentiam, ſibi ac ſuis & præfati regni neceſſitatibus pro tempore, ac negotiorum emergentium qualitate valeat providere. Alioquin venerabilibus fratribus noſtris Bracarenſi *a* Archiepiſcopo, & Epiſcopo Colimbrenſi, damus noſtris literis in præceptis *b*: ut vos ad id monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota, compellant.

Per hoc autem non intendimus memorato Regi, vel ipſius legitimo filio (ſi quem habuerit) prædictum regnum adimere: ſed potius ſibi & eidem regno deſtructioni expoſito, ac vobis ipſis in vita ipſius Regis *c* per ſolicitudinem & providentiam comitis conſulere ſupradicti.

## CAP. III.

*Epiſcopo à paganis, vel à ſchiſmaticis capto, non Archiepiſcopus, ſed capitulum adminiſtrat: niſi Papa quàm citò hoc fieri poterit, ſuper hoc per capitulum conſulendus aliter ordinaret. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

SI Epiſcopus à paganis *d* aut ſchiſmaticis capiatur: non Archiepiſcopus, ſed capitulum, ac ſi ſedes per mortem vacaret illius, in ſpiritualibus & temporalibus miniſtrare debebit: donec eum libertati reſtitui, vel per ſedem Apoſtolicam (cujus intereſt eccleſiarum providere neceſſitatibus) ſuper hoc per ipſum capitulum quàm citò commodè poterit conſulendam, aliud contigerit ordinari.

## CAP. IV.

*Eccleſia cathedrali vacante, ſolus Papa viſitatorem deputat, niſi Archiepiſcopus propter negligentiam, vel doloſam capituli adminiſtrationem cum cauſa cognitione deputaret. hoc dicit Domin.*

Idem.

ECcleſiæ *e* cathedrali vacanti viſitator ab alio, quàm à Rom. *f* Pontifice deputari non poteſt: Niſi fortè capitulum in ſpiritualibus & temporalibus negligenter, aut perperam adminiſtret. Tunc enim Archiepiſcopus ob negligentiam vel malitiam capituli (eo vocato, cauſæque ſuper hoc cognitione præmiſſa) viſitatorem, ſeu adminiſtratorem eidem eccleſiæ licitè poterit deputare.

*Viſitator eccleſiæ vacantis ab inferiore à Papa deputatus, temporalia & ſpiritualia adminiſtrat: excepta beneficiorum collatione ad Epiſcopum pertinente. h. d. Dom.*

Hujuſmodi quoque viſitator, quamquam ſpiritualium & temporalium adminiſtrationem legitimam cenſeatur habere, beneficia tamen, quæ ad collationem pertinent Epiſcopi, conferre non poteſt, ſi ab alio, quàm à Romano Pontifice fuerit deputatus.

# DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM, ET QUALITATE ORDINANDORUM.

## TITULUS IX.

## CAP. I.

*Epiſcopus Italiæ ultramontanum non ordinet, niſi de ſpeciali licentia Papæ, vel per patentes literas Epiſcopi ſui, continentes juſtam cauſam quare nolit vel non poſſit illum ordinare: ſi ſecus factum fuerit, ordinans punietur pœna condigna, & ordinatus manebit ſuſpenſus: ita quòd etiam à pœnitentiario Papæ, ſine ipſius ſpeciali licentia abſolvi non poterit. Ioan. Andr.*

Clemens IV.

SÆpè contingit, quòd nonnulli clerici vinculo excommunicationis adſtricti, aut apoſtatæ, ſeu irregulares, vel aliàs ordinum ſacrorum ſuſceptione indigni, ſuam patriam, in qua de his habetur notitia fugientes, ſe in remotis partibus faciunt ad hujuſmodi ordines promoveri. Nos igitur volentes animarum ipſorum periculis obviare, ſtatuimus, ut nullus Epiſcopus Italiæ de cætero aliquem ultramontanum clericum ordinare præſumat, niſi à nobis ſpecialem licentiam habeat, vel ab Epiſcopo, de cujus diœceſi traxit originem ordinandus, vel in cujus diœceſi beneficiatus exiſtit *a*, per ſuas patentes literas cauſam rationabilem continentes, quare ipſum nolit, aut nequeat ordinare. Eos verò, qui contra præmiſſa contigerit ordinari, manere volumus abſque ſpe diſpenſationis, ſuper hoc à ſede Apoſtolica obtinendæ, ſuſpenſos, ac ordinantes pœnitentia condigna puniri. Omnibus noſtris pœnitentiariis inhibemus diſtrictè, ne abſque licentia noſtra ſpeciali cum talibus ordinatis diſpenſent, vel ſuas eis tradant literas, per quas cum ipſis debeat diſpenſari.

## CAP. II.

*Qui ſcienter ordinaverint clericum alienum, per annum à collatione ordinum ſunt ſuſpenſi: & poſtquam ſuſpenſio fuerit manifeſta, poterunt ſubditi ſine ipſorum licentia à vicinis Epiſcopis ordinari. Ioan. And.*

Gregorius X. *in generali concilio Lugdunenſi.*

EOs, qui *b* clericos parœciæ alienæ abſque ſuperiorum ordinandorum licentia ſcienter, ſeu affectata ignorantia, vel quocunque alio figmento quæſito præſumpſerint ordinare, per annum à collatione ordinum decernimus eſſe ſuſpenſos. His quæ jura ſtatuunt contra taliter ordinatos in ſuo robore duraturis. Clericis quoque parœciæ taliter ſuſpenſorum, poſtquam eorum ſuſpenſio fuerit manifeſta, abſque ipſorum etiam licentia interim recipiendi ordines ab aliis vicinis Epiſcopis, ita tamen canonicè, liberam concedimus facultatem.

## CAP. III.

*Epiſcopus originis, domicilii, vel eccleſiaſtici beneficii commendatitias ad ordines dare poteſt, inferiores prælati non niſi ex privilegio: nec officiales Epiſcoporum, ſed ii, qui habent adminiſtrationem ſpiritualium, illas benè concedunt.*

Bonifacius VIII.

CUm nullus *d* clericum parœciæ alienæ, præter ſuperioris ipſius licentiam, debeat ordinare: ſuperior intelligitur in hoc caſu Epiſcopus, de cujus diœceſi eſt is, qui ad ordines promoveri deſiderat oriundus, ſeu in cujus diœceſi beneficium obtinet eccleſiaſticum, ſeu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem. Inferiores quoque prælati, religioſi vel alii, niſi eis, quòd ſuos clericos, aut ſubditos, poſſint à quo voluerint, Epiſcopo facere ordinari, à ſede Apoſt. ſpecialiter ſit indultum, nec officiales Epiſcopi (cùm ad hoc ſe ipſius officium non extendat) hujuſmodi nequeunt licentiam impartiri. Epiſcopo autem in remotis agente, ipſius in ſpiritualibus vicarius generalis, vel (ſede vacante) capitulum, ſeu ad quem tunc temporis adminiſtratio ſpiritualium noſcitur pertinere, dare poſſunt licentiam ordinandi.

---

a *De his epiſcopatibus vid. Io. Vaſæum in Annalibus Hiſpaniæ a. 20.* b *al. ita: in mandatis.* c *al. ejuſdem.* d *Sacrarum rerum ſcriptores paganos vacant omnes idolorum cultores.* e *Vid. Marianum Sozinum tract. de viſitatione.* f *Vid. ſuprà de offic. leg. quòd tranſlationem. Dominicus.*

a *Al. extitit.* b *Vide concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. ...* c *al. poteſtatem.* d *Vide conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. ... ſeſſ. 23. de reform. c. 10.*

*Poſſunt Epiſcopi ordinare priores prioratuum non exemptorum, & ipſorum ſocios, quamdiu morantur in illis: licet inde non fuerint oriundi. Ioan. And.*

Religioſi verò à ſuis ſuperioribus in non exemptis prioratibus deputati priores, & eorum ſocii, poſſunt à locorum diœceſanis quamdiu morantur in ipſis prioratibus ordinari licitè, licet non ſint de eorum *a* diœceſibus oriundi.

CAP. IV.

*Epiſcopus, ſeu alius inferior, primam tonſuram infanti non conferat, niſi religionem intret: nec homini illiterato, nec homini alterius diœceſis, abſq; ſui prælati licentia: nec etiam conjugato, niſi religionem intret, aut ad ſacros promoveatur legitimè: aliàs contra faciens punitur, ut hic. h. d. Zen.*

Idem.

NVllus *b* Epiſcopus, vel quivis alius, infanti (niſi fortè religionem intraret) ſeu illiterato, ſed nec abſque ſui ſuperioris licentia homini diœceſis alienæ, clericalem præſumat conferre tonſuram: nec etiam conjugato, niſi volenti religionem intrare, aut ad ſacros ordines promoveri: prout eſt ſacris canonibus definitum. Qui verò contrà fecerit (ut in eo, in quo peccaverit puniatur) per unum annum à collatione clericalis tonſuræ duntaxat noverit ſe ſuſpenſum.

## DE AETATE ET QVALITATE, & ordine præficiendorum.

### TITVLVS X.

CAP. I.

*Epiſcopus diſpenſat cum majore xx. annis in dignitatibus & perſonatibus non curatis, ſi aliud non obſtet. h. d. Dominicus.*

Bonifacius octavus.

PErmittimus, ut Epiſcopi cùm iis, qui xx. annum compleverint, quòd dignitates vel perſonatus, quibus animarum cura non imminet, valeant obtinere, poſſint (ſi *c* aliud non obſtat canonicum) liberè diſpenſare.

## DE FILIIS PRESBYTERORUM, & aliis illegitimè natis.

### TITVLVS XI.

CAP. I.

*Cum illegitimè natis diſpenſant Epiſcopi in minoribus ordinibus, & beneficio ſine cura: dummodo ſit tale in quo aliàs diſpenſare poſſint: in aliis diſpenſatio Papæ requiritur. Ioan. And.*

Bonifacius octavus.

IS, qui defectum patitur *d* natalium, ex diſpenſatione Epiſcopi licitè poteſt (ſi ei aliud canonicum non obſiſtat) ad ordines promoveri minores, & obtinere beneficium, cui cura non imminet animarum: dummodo ſit tale ſuper quo per ipſum Epiſcopum valeat diſpenſari: ad ordines quoque majores, vel *e* beneficia curam animarum habentia, ſuper quibus nequit Epiſcopus diſpenſare, ſine diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ promoveri non poteſt.

*Si diſpenſatum fuerit cum aliquo, quòd non obſtante illo defectu poſſit ad curatum beneficium promoveri: prætextu illius diſpenſationis non poterit duo beneficia inſimul obtinere. Ioan. And.*

a al. Ipſorum. b *Vid. concilium Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 4.* c *In manuſc. ita: ſi aliud canonicum non obſiſtat.* d *al. ita: patitur in natalibus.* e *In aliquot antiquis codicib. ita: vel beneficia ſuper quibus nequit, &c. abſq; illis verbis curam animarum habentia.*

Ille verò, cum quo per ſedem diſpenſatur eandem, ut (præmiſſo non obſtante defectu) valeat ad beneficium, etiam ſi curam animarum habeat, promoveri: nequit prætextu diſpenſationis hujuſmodi (quam exorbitantem à jure oportet veluti odioſam reſtringi) niſi unicum beneficium obtinere.

CAP. II.

*Si ille, cum quo ſuper defectu originis in curato beneficio fuerit diſpenſatum, eo tacito ſuper pluralitate diſpenſationem obtineat, non valet diſpenſatio. Ioan. And.*

Idem.

SI is, cum quo fuit per ſedem Apoſtolicam diſpenſatum, ut (non obſtante defectu natalium, quem patitur) ad omnes ordines promoveri valeat, & obtinere beneficium, etiam ſi curam habeat animarum, diſpenſationem aliam (tacito de prædicto defectu) poſtmodum obtineat à ſede præfata, ut duo aut plura beneficia ſimilem curam habentia poſſit recipere, ſi ei aliàs canonicè conferantur, & ea ſimul licitè retinere: talis diſpenſatio (cùm non ſit veriſimile ſedem ipſam cum illo prædictum patiente defectum voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum, eidem in pluralitate beneficiorum hujuſmodi diſpenſare) velut per ſurreptionem obtenta, nullius penitus eſt momenti.

## DE DIGAMIS.

### TITVLVS XII.

CAP. I.

*Digamus nudatus eſt omni privilegio clericali, & adſtrictus ſeculari foro: nec valet conſuetudo in contrarium: & prohibetur ei ſub anathemate, ne tonſuram deferat. Ioan. And.*

Gregorius X. *In concilio generali Lugdunen.*

ALtercationis antiquæ *a* dubium præſentis declarationis oraculo decidentes, digamos omni privilegio clericali declaramus eſſe nudatos: & coërcitioni fori ſecularis additos: conſuetudine contraria non obſtante. Ipſis quoq; ſub anathemate prohibemus deferre tonſuram, vel habitum clericalem.

## DE OFFICIO VICARII.

### TITVLVS XIII.

CAP. I.

*Succeſſor officialis excommunicati, excommunicatus non eſt, niſi in crimine damnato communicet: illa autem, quæ exercet, illo excommunicato manente, non valent, ſi jurisdictione ſolùm ab eo recepta hoc facit. Ioan. And.*

Innocentius quartus.

ROmana eccleſia: *& infrà.* Cùm Rhemen. Archiepiſcopus in officialem alicujus ſuffraganei ſui excommunicationis ſententiam ex aliqua rationabili *b* cauſa profert: illos, qui vices ipſius gerunt, propter hoc excommunicationis vinculo non adſtringit. Cùm non communicent ob id officiali eidem in crimine, qui eccleſiaſticæ cenſuræ diſtrictione, pro eo quòd ſuum exercent officium, non arctantur. Ea tamen, quæ ipſi gerendo hujuſmodi vices agunt, eo taliter excommunicato manente (ſi jurisdictionem tantùm recipiunt ab eodem) non poſſunt obtinere vigorem.

CAP. II.

*Ex generali commiſſione non poteſt officialis inquirere, corrigere, deponere, & punire ſubditorum exceſſus. Ioan. And.*

a *Vid. Ancharan. conſil. 124. & de multiplici pœna bigamorum agit Ioan. Montaigne tractat. de bigamia q. 5.* b *Vid. concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Bonifacius octavus.

LIcet *a* in officialem Epiſcopi per commiſſionem officii generaliter ſibi factam cauſarum cognitio transferatur: poteſtatem tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum exceſſus, ſeu aliquos à ſuis beneficiis, officiis *b* vel adminiſtrationibus amovendi, transferri nolumus in eundem: Niſi ſibi ſpecialiter hæc committantur.

CAP. III.

*Ex generali commiſſione officialis beneficia conferre non poteſt. Ioan. Andr.*

Idem.

CVm in generali conceſſione nequaquam illa veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus: nec regulariter donare valeat is, cui bonorum adminiſtratio etiam libera eſt conceſſa: officialis, aut vicarius generalis Epiſcopi, beneficia conferre non poſſunt. Niſi beneficiorum collatio ipſis ſpecialiter ſit commiſſa.

## DE OFFICIO ET POTESTATE judicis delegati.

### TITVLVS XIV.

CAP. I.

*Conſervator à manifeſtis defendit injuriis, & judicialem indaginem non exercet.*

Innocentius IV.

STatuimus *c*, ut conſervatores, quos plerunq; concedimus, à manifeſtis injuriis & violentiis defendere poſſint, quos eis committimus defendendos. Nec ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, ſuam poſſint extendere poteſtatem.

CAP. II.

*In coactionibus & pœnis pontificali dignitati defertur.*

Alexander IV.

QVia Pontificali dignitate præditis ob reverentiam ſacri officii, quod exercent, plurimùm deferri convenit, & eos plus aliis honorari decet: ut cùm à judicibus, vel conſervatoribus à ſede Apoſtolica deputatis contra eos, ad coactiones aliquas, ſive pœnas fuerit procedendum, gradus & modeſtia in hujuſmodi proceſſu ſervetur.

Ita quòd (eis quadam condigna reverentia ſupportatis) ingreſſus primò ipſis eccleſiæ, vel ſacerdotale interdicatur miniſterium: ac deinde ab officio ſuſpendantur, & ſubſequenter aggravetur cenſura eccleſiaſtica contra eos. Niſi fortè aliter fieri ſuaſerit nimia contumaciæ protervitas ſive culpa.

CAP III.

*Delegato procedente cum duobus ſubdelegatis non in totum, ad Papam, non ad condelegatos appellari debet. h. d. Ioan. Ad.*

Bonfacius VIII.

SI duo ex tribus à ſede Apoſt. delegatis, duobus aliis non in totum ſubdelegaverint vices ſuas, ipſiq; *d* ſubdelegati cum delegato tertio in cauſa proceſſerint delegata, ſi appellatur ab ipſis, non ad condelegatos, ſed ad primum delegantem tantummodo appellari debebit.

CAP. IV.

*Tres caſus ponit, in quibus ſuſpicionis cauſa coram arbitris non tractatur. Primus, cum recuſatur unus ex delegatis datis cum clauſula, quòd ſi non omnes. Secundus, cum recuſatur* [illegible] *Epiſcopi. Tertius, cùm recuſatur officialis. Ioan. Ad.*

Idem in eodem.

SI contra unum ex duobus judicibus cum illa clauſula, quòd ſi ambo intereſſe non poſſunt, alter eorum in cauſa procedat, à ſede Apoſtolica delegatis, ſuſpicionis cauſa legitima proponatur, cauſa ipſa ſuſpicionis coram non recuſato conjudice (ad quem ex [illegible] clauſulæ debet ipſius cauſæ cognitio pertinere) [illegible], & ab eo expediri debebit. Vbi verò non eſt dicta clauſula in reſcripto, debet ſuper hoc ad arbitros [illegible] haberi. Cùm autem ipſe *a* delegatus Epiſcopi [illegible] tur, recuſationis cauſa coram Epiſcopo eſt [illegible]. Idem eſt ſi officialis recuſetur ejuſdem, licet ad ipſum [illegible] eodem officiali nequeat appellari.

CAP. V.

*Diſtinguit tria tempora ad ſciendum, an judex ſubdelegans* [illegible] *mittere poſſit: quia aut non eſt propoſita recuſatio:* [illegible] *tum per eum facta commiſſio tenet. Aut eſt propoſita* [illegible] *pronunciatum ſuper ea: & tunc volente recuſatore* [illegible] *teſt: aliàs non. Aut jam pronunciatum eſt illum eſſe* [illegible] *& tunc etiam volente recuſatore nequit. Ioan. And.*

Idem in eodem.

IVdex ab Apoſtolica ſede datus, quamvis legitimè recuſari valeat, ut ſuſpectus, poteſt licitè [illegible] committere, antequam recuſatio contra ipſum [illegible]. Et ſi in totum commiſerit, recuſari ulterius [illegible] eum commiſſio impugnari nequibit: quod [illegible] de juriſdictione aliquid reſervaſſet. Poſt recuſationem quoq; propoſitam committere (niſi de recuſatoris [illegible] cedat aſſenſu) non poteſt: ſed eo volente hoc poterit [illegible] iamſi recuſatio eadem ſit probata: dummodo pronunciatum non fuerit ſuper ea. Ex tunc enim (cum [illegible] nò judex eſſe deſierit) nulla etiam cum illius aſſenſu poteſt fieri commiſſio per eundem.

CAP. VI.

*Delegatus ſubdelegans, etiam in totum, re integra* [illegible] *ſumere poterit. h. d. Ioan. And.*

Idem.

QVamvis alicui vices tuas in cauſa tibi à ſede Apoſtolica delegata in totum commiſiſſe noſcaris, [illegible] antequam ille juriſdictione uſus fuerit, commiſſio hujuſmodi per te revocetur ab ipſo: vel cùm rebus [illegible] contingat humanis: cauſam ipſam reſumere [illegible]. Cùm juriſdictio (ex quo ipſa uſus non extitit) [illegible] ſeatur in eum efficaciter tranſiviſſe.

CAP. VII.

*Si delegatus ſubdelegavit, quoties abeſſet, vel* [illegible] *mortuus ſit re non integra, ſubdelegatus procedit. Et ſemper* [illegible] *delegato ad delegatum, qui ſibi aliquid juriſdictionis reſervavit* [illegible] *pellari debet, etiam poſt ſententiam. h. d. Ioan. And.*

Idem.

SI delegatus, quoties eum abeſſe contigerit, [illegible] miſerit vices ſuas, poteris eo rebus humanis [illegible] pto (cùm & tunc cenſeatur abeſſe) commiſſum [illegible] gotium (dum tamen illo vivente juriſdictione [illegible] peris) liberè definire. Idem poteris, quando [illegible] etiam ſub ea forma commiſit, donec eas [illegible] candas. Nam talis commiſſio, per quam [illegible] ſententiæ prolatio (niſi antea fuerit revocata) [illegible] ti, nequaquam morte committentis expirat, [illegible] res integra non exiſtit. Ad eum quoque, qui [illegible] committit, donec revocet, vel qui executionem [illegible] tentiæ *b* tantùm, aut quicquid aliud de juriſdictione ſibi reſervat, non ad delegantem primum appellari debebit. Etiam ſi poſt ſententiam fuerit appellandum.

a *Nota quòd genus non includit quamlibet ſpeciem comprehenſam ſub illo, quando eſt dare aliquam rationem quare non includatur ad hoc, quod tot. gloſſ. inf. de except. pia.* b *Dictio, officiis, deeſt in antiquis codicib.* c *Vid. Petr. de Ancha. conſil. 87. incip. omiſſo primo dubio. & conſil. 132. inc. in primo dubio. & Iaſ. conſ. 163. incip. circa duo. vol. 4.* d *Vid. l. pracipimus. ad fi. C. de app. & c. fi. ſupr. de re jud. l. fi. C. de Can. larg. lib. 11. Anch. Font.*

a *Dictio, ipſe, deeſt in antiquis codicibus.* b *Eminus* [illegible] *juriſdictionis: ideò non facienda die feriata. de fer. ſi* [illegible] *min. Font.*

## CAP. VIII.

*Plurium delegatorum in ſolidum quilibet cognoſcit. Et uno cœpiſſente, alii (niſi ex cauſa) ſe non intromittunt. Et perpetuatio unius perpetuat quò ad omnes. h.d. Zen.*

Idem.

CVm plures ſub illa forma, ut omnes, aut duo, vel unus eorum mandatum Apoſtolicum exequantur, aut alia conſimili judices vel executores à ſede Apoſtolica deputari contingit: ipſorum quilibet injunctum poteſt liberè adimplere mandatum. Porrò uno eorum negotium inchoante commiſſum, alii nequibunt ſe ulterius intromittere de eodem, niſi vel infirmitate, vel alia juſta cauſa illum contingeret impediri: aut ſi nollet, vel malitioſè in eo procedere recuſaret. Iuriſdictione verò perpetuata mandatore vivente per unum (eo caſu quo poteſt) ex judicibus delegatis, perpetuata intelligitur quoad omnes.

## CAP. IX.

*Executor ſuper gratia facta datus à Papa, mortuo Papa etiam re integra gratiam exequitur. Ioan. And.*

Idem.

SI ſuper gratia cuiquam ab Apoſtolica ſede facta executores fuerint deputati, æquum eſſe cenſemus, ut ſicut ipſa gratia (licet nondum ſit in ejus executione proceſſum) morte non perimitur concedentis, ſic nec etiam re integra perimatur executoribus data poteſtas, quam veluti gratiæ prædictæ acceſſoriam, naturam ſequi congruit principalis. Ne gratiam eandem vel reddi quandoque omninò inutilem, vel ipſius effectum in tempus longius (cum illius a diſpendio, cui facta extitit) differri contingat.

## CAP. X.

*Duos caſus ponit, quibus de ſubdelegata non in totum, appellatur ad primum delegantem: ſcilicet cum delegatus excommunicatus, vel mortuus eſt. Alios caſus ponit infrà eodem, Si à ſubdelegato. Ioan. Andr.*

Idem.

SI is, cui cauſa (licet proprio nomine non expreſſo) à ſede fuerat Apoſtolica delegata, ſubdelegaverit non in totum vices ſuas alicui: à ſubdelegato hujuſmodi, ſi delegatum ipſum excommunicari, aut de medio tolli contingat, impedimento tali durante ad ſedem ipſam (ne abſolutionem, vel ſucceſſorem expectando illius, ſtrajudicari litigantibus, vel cauſa plus debito prorogari valeat) volumus appellari.

## CAP. XI.

*Ab arbitris juris appellatur ad Papam. Ioan. Andr.*

Idem.

ABarbitris, qui ſecundùm formam juris, ut de propoſita contra judicem ſuſpicionis cauſa cognoſcant, vel qui cùm de revocatione ambigitur literarum, judicibus nequeuntibus in unam ſententiam concordare, ad concertationem hujuſmodi ſopiendam à partibus eliguntur: eſt (ſi gravaverint) ad ſed. Apoſt. appellandum.

## CAP. XII.

*Executor datus à Papa, ut provideat perſonæ ſubdelegati, ſi detur ut provideat eccleſiæ non expreſſa perſona, non ſubdelegat: niſi habeat ſpeciale mandatum, & cauſam reddit. Ioan. And.*

Idem.

IS, cui ab Apoſtolica ſede committitur certæ perſonæ proviſio de beneficio in certa eccleſia, diœceſi vel provincia facienda, poteſt alii committere licitè vices ſuas.

Sed ſi (non expreſſa certa perſona) committatur eidem, ut alicui perſonæ idoneæ de certa eccleſia vel beneficio debeat providere: (Quia circa eligendam perſonam ejus induſtria b tunc videtur electa) proviſionem ſibi commiſſam alteri demandare non poteſt. Niſi forma commiſſionis habeat, ut per ſe, vel per alium id valeat expedire.

## CAP. XIII.

*Is, cui aliquid certo loco expediendum committitur, ex juſta cauſa illud expedire poterit extra locum. Ioan. And.*

Idem.

STatuimus, ut is, per quem ab Apoſtolica ſede certo loco inquiſitio fieri, vel quicquid aliud expediri mandatur: ſi propter potentiam, vel malitiam illius, contra quem inquiri debet, ſive procedi, ſeu fautorum a ejuſdem non poſſit hoc exequi eo loco ſecurè (ne ipſe commodum ex dolo, vel fraude reportet) ad id exequendum locum alium eligat idoneum & ſecurum. Idem faciat ſi alia rationabilis cauſa ſubſit, propter quam in loco decreto perfici nequeat commodè, quod mandatur: ne tali prætextu impediri contingat mandatum Apoſtolicum, vel differri.

## CAP. XIV.

*Quando à ſubdelegato non in totum appellatur, quia non admittit exceptionem, per quam denegatur etiam delegatum habere juriſdictionem: ad primum delegantem appellabitur. hoc dicit. Ioann. Andr.*

Idem.

SI à ſubdelegato, cui delegatus non in totum commiſerat vices ſuas, ex eo fuerit appellandum, quia exceptionem coram ſe propoſitam, quòd antequam per eum, vel per ipſum delegatum in aliquo proceſſum fuiſſet, delegans viam fuerat univerſæ carnis ingreſſus, admittere recuſavit: non ad delegatum (cùm juriſdictionem negetur habere) ſed ad delegantem potius appellari debebit. Idem fiet in aliis caſibus, in quibus delegatus juriſdictionem habere negatur. Aliàs ſi appellari deberet ad ipſum, eſſet appellans (qui ſic fateri videretur eundem juriſdictionem habere, quod antè negaverat b) contrarius ſibiipſi.

## CAP. XV.

*Ponit hic, qui poſſint eſſe conſervatores, & ubi cognoſcere, & an & quibus poſſint delegare, & quantum duret eorum poteſtas, & de expenſis talium. h.d. Zen.*

Idem.

HAc conſtitutione perpetuò valitura ſancimus, ut conſervatores, qui aliquibus (ut à manifeſtis injuriis, & violentiis tueantur eoſdem) plerumq; à ſede Apoſtolica conceduntur, de cætero deputari non poſſint, niſi Epiſcopi vel eorum ſuperiores, aut Abbates, ſeu dignitates vel perſonatus in cathedralibus vel collegiatis eccleſiis obtinentes: nullusque deputati ſibi conſervatoris eſſe valeat conſervator. Nec aliquis, Regibus c & Reginis d, qui ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærogativa gratiæ ipſos convenit anteferri, duntaxat exceptis, deinceps conſervatorem habeat eum, qui ſub ipſius juriſdictione, dominio, vel diſtrictu eccleſiaſtico, vel temporali conſiſtat. Conſervatores autem hujuſmodi extra civitates ſeu diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcunque procedere, aut aliquos ultra unam dietam à fine diœceſium eorundem trahere non præſumant. Vices quoque ſuas (citationibus, ſententiarum denunciationibus duntaxat exceptis, quas per alios valeant exercere) nulli committere poſſint, niſi hoc eis competierit ex beneficio literarum: ſed nec tunc niſi intra civitates, ſeu diœceſes, in quibus deputati fuerint, & perſonis tantùm, quæ ſuperius ſunt expreſſæ.

---

a *al. Ipſius.* b *Vid. Bart. in l. inter artifices. ff. de ſol. & Ioan. Anch. Font.*

a *Vid. de teſt. conſtitutus. & de homi. Petrus. & 1. quæſt. 4. quia præſulatus. Dominic.* b *alit. negavit. aliàs, denegarat.* c *al. ita: vel Reginis.* d *Not. Pet. de Anch. quòd dicitur hic etiam de conſervatoribus laicorum: ponderando iſtam exceptionem, quia exceptio de regula eſt. l. fin. §. cui dulcia. ff. de vi. trit. & oleo lega. Font.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Vt autem conſervatores limites ſibi traditæ poteſtatis (quos frequenter excedunt) metu pœnæ diligenter obſervent: decernimus, ut ſi de aliis, quàm de manifeſtis injuriis & violentiis, ſcienter ſe intromiſerint: ſeu ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, ſuam extenderint poteſtatem: eo ipſo per unum annum, ab officio ſint ſuſpenſi. Pars verò, quæ hoc fieri procurabit, ſententiam excommunicationis incurrat: à qua non poſſit abſolvi, niſi ei quem ſic fatigavit *a* indebitè primò ſatisfaciat integraliter de expenſis. Officium autem quorumcunq; conſervatorum, ipſo jure, quoad non cœpta negotia per obitum concedentis volumus expiare. Circa munera verò & expenſas, acceſſores, ac notarios & perſonas teſtimonii cauſa vocandas, illa præcipimus in hujuſmodi conſervatoribus per omnia obſervari, quæ in delegatis judicibus conſtitutio à nobis ſuper his edita obſervanda decrevit *b*. Quicquid autem contra præmiſſa, vel eorum aliquod attentari contigerit, omninò decernimus irritum & inane.

## DE OFFICIO LEGATI.

### *TITVLVS XV.*

### CAP. I.

*Legati non Cardinales, ſine ſpeciali mandato jure legationis beneficia conferre non poſſunt: ſed legati cardinales hoc bene poſſunt. Ioan. Andr.*

Innocentius quartus.

OFficii noſtri debitum remediis invigilat ſubditorum: quia dum eorum excutimus onera, dum ſcandala removemus, nos in eorum quiete quieſcimus, & fovemur in pace. Proinde præſenti decreto ſtatuimus, ut eccleſiæ Romanæ legati quantumcunque plenam legationem obtineant, ſive à nobis miſſi fuerint, ſive ſuarum prætextu eccleſiarum legationis ſibi vindicent dignitatem: ex ipſius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant poteſtatem, niſi hoc alicui ſpecialiter duxerimus indulgendum. Quod in fratribus noſtris legatione fungentibus nolumus obſervari: quia *c* ſicut honoris prærogativa lætantur, ſic eos auctoritate fungi volumus ampliori.

### CAP. II.

*Legatus habet ordinariam: unde per mortem Papæ non expirat ejus officium. h.d. Ioan. Andr.*

Clemens quartus, *S. tit. ſanctæ Ceciliæ Presbytero Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato.*

LEgatos, quibus in certis provinciis committitur legationis officium, ut ibidem evellant & diſſipent, ædificent atq; plantent: provinciarum ſibi commiſſarum, ad inſtar pro conſulum cæterorumque præſidum, quibus certæ ſunt decretæ provinciæ moderandæ, ordinarios reputantes. Præſenti declaramus edicto, commiſſum tibi à prædeceſſore noſtro legationis officium nequaquam per ipſius obitum *d* expiraſſe.

### CAP. III.

*Finita legatione, expirant reſervationes legatorum, & omnis proceſſus habitus ſuper illis: niſi tunc illa beneficia jam vacantia ſint collata. Demum dicitur, quòd pendente una ſua reſervatione in eccleſia collegiata, vel de beneficio ſpectante ad collationem alicujus, legatus in eadem eccleſia, vel beneficio ſpectante ad collationem ejuſdem, aliam facere non poteſt: & quod fit contra prædicta, irritum decernit. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

PRæſenti declaramus edicto, reſervationes a quorumcunque beneficiorum ab Apoſtolicæ ſedis legatis ſuæ legationis auctoritate factas, & decreta interpoſita ſuper ipſis: necnon denunciationes, inhibitiones, proceſſus quoſlibet per eum, vel per executores deputatos ab eo habitos circa ipſas (dummodo ad collationem eorundem beneficiorum jam vacantium minime ſit proceſſum) eo ipſo, quòd illius finitur legatio, viribus penitus vacuari: nec executores eoſdem poſſe eadem beneficia taliter reſervata conferre *b*. Cæterùm reſervationes hujuſmodi (per quas interdum prælati, & eccleſiæ nimium onerantur) reſtringere cupientes, prohibemus, ne poſtquam legatus in aliqua cathedrali, vel collegiata eccleſia, reſervationem aliquam duxerit faciendam, aliam (illa pendente) faciat aliquam in eadem. Nec etiam poſtquam alibi reſervaverit aliquod beneficium ad collationem pertinens cujuſcunque, aliud quod ad illius collationem pertineat (quamdiu reſervatio pendet alterius) ſibi quoquo modo reſervet. Quicquid autem contra præmiſſa contigerit attentari, eo ipſo viribus non ſubſiſtat.

### CAP. IV.

*Cathedrales, vel regulares, vel collegiatas eccleſias legati reſervare, vel conferre non poſſunt. Idem in dignitatibus eccleſiarum cathedralium, quæ ſunt majores poſt Epiſcopos, ſi ipſarum prælati per electionem debent aſſumi: & contra hoc factum, eſt irritum.*

Idem.

DEliberatione provida duximus inhibendum, ut aliquis Apoſtolicæ ſedis legatus, quantumcunque legationem obtinere plenariam dignoſcatur, cathedrales, vel regulares, aut collegiatas eccleſias, ſeu ipſarum eccleſiarum cathedralium dignitates, ad quas ii, qui præficiuntur eiſdem, majores in earum capitulis poſt Epiſcopos exiſtentes, habent per viam electionis aſſumi, ſuæ ordinationi, collationi, proviſioni, electioni, aut diſpoſitioni, quomodocunque reſervet: aut de ipſis ordinandis, conferendis, vel diſponendis, ſe aliquatenus intromittat: neque aliquod quò minus ii, ad quos pertinuerit eligere, aut poſtulare, liberè valeant, cum vacabunt, obſtaculum quomodolibet interponat. Decernentes quicquid contra hoc actum extiterit, omnino irritum & inane.

*Delegatus non poteſt alicui committere, quòd recipiat reſignationem beneficii, & poſtea illud conferat: & contra factum, vel faciendum decernit irritum. h.d. Ioan. And.*

Prohibemus inſuper, ne legatus ipſe in genere, vel in ſpecie cuicunque concedat, ut ab iis, qui beneficia intra legationem ejuſdem habentes, ea in illius manibus voluerint liberè reſignare, ipſorum reſignatione recepta, illa valeat idoneis conferre perſonis. Cum per hoc aperiri poſſet via contra Lateranen. *c* concilium ad beneficia vacatura. Nos enim conceſſionem, quam contra hoc contigerit attentari, & quicquid ex ea, vel ob eam ſecutum extiterit, nullam prorſus habere ſtatuimus roboris firmitatem. Volentes non ſolùm ad futura, ſed etiam ad præterita, & adhuc pendentia negotia hoc extendi.

### CAP. V.

*Collatio legati per taciturnitatem prioris beneficii [illegible] dicit. Zen.*

---

a *al. Fatigaverit.* b *al. ita: decernit.* c *In manuſcriptis ita: qui ſicut, &c.* d *Intellige ſcilicet re non integra: re verò integra, an per mortem Papæ expiret legatio, diſtinguit hic Petr. de Anchar. Font.*

a *Vid. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 19. ubi reſervationes qualibet ad vacatura beneficia tolluntur.* b *Falſò ſig*[illegible] *tus contulerit canonicatum, & prabendam vacaturam reſervatam* [illegible] *ris, dato executore. Nam talis finita legatione conferre* [illegible] *Petr. de Ancha. Font.* c *Hoc eſt concilium Lateranen. ſub Alexand. III. cap. 8.*

Idem

Idem.

COllatio beneficii per legatum à ſede Apoſtolica tibi facta, nullius momenti exiſtit, ſi in ea non fuerit a habita mentio de alio beneficio, quod primitus obtinebas.

## DE OFFICIO ORDInarii.

### *TITVLVS XVI.*

### CAP. I.

*Archiepiſcopus non poteſt ſibi conſtituere officiales in diœceſ. ſuffraganeorum ſuorum, etiam pro futuris cauſis per appellationem devolvendis ad ipſum: niſi de conſuetudine hoc habeat: & tunc etiam tales officiales inhibere non poſſunt, priusquam fuerit appellatum.*

Innocentius III. *In concilio Lugdunenſi.*

ROmana eccleſia: *& infrà.* Prohibemus quoque, ne Rhemenſis Archiepiſcopus diœceſ. ſuffraganeorum ſuorum foraneos officiales conſtituat: quia, cùm metropolitanis, ne ſuorum ſuffraganeorum ingrediantur diœceſes, ut in eis auctoritate propria judicent, diſponant, aliquidvé aliud agant canonica prohibeant inſtituta, nequaquam hoc poſſunt in illis per alios exercere. Nec pro eo, quòd cauſas per appellationem delatas ad ipſos, poſſunt in ſuffraganeorum ſuorum diœceſ. delegare: Similiter licet eis tales officiales inſtituere in eiſdem, qui eorum vice (cùm appellatur ad ipſos) citationes, vel inhibitiones faciant, ſeu compeſcant in hac parte rebelles. Quia in cauſis per appellationem devolutis ad ipſos, jam jurisdictionem obtinere noſcuntur: propter quod licitè poſſunt ſuper illis committere vices ſuas. Non ſic autem in aliis b, in quibus nondum extitit appellatum, & idcirco non debent aliquos conſtituere pro citationibus in futuris cauſis appellationum, & inhibitionibus faciendis: niſi aliud Rhemenſis eccleſia, circa talium officialium inſtitutionem de conſuetudine obtineat ſpeciali. A quibus etiam ſi de conſuetudine hujuſmodi poſſint in Rhemenſi provincia conſtitui: inhibitiones tamen ne procedatur in cauſis prius, quàm ad Rhemenſem curiam appelletur, fieri penitus inhibemus.

*Donec Archiepiſcopus de facili poteſt haberi, officialis ejus ſuffraganeum excommunicare, ſuſpendere, aut interdicere non poteſt, propter ordinis (melius dixiſſet officii) Epiſcopalis reverentiam. h. d. in ſumma. Ioan. And.*

Officiales autem Rhemenſis Archiepiſcopi (quamdiu in ſua provincia vel circa illam extiterit) in ſuffraganeos interdicti, ſuſpenſionis, vel excommunicationis proferre ſententias non attendent. Et hoc idem ab officialibus aliorum Metropolitanorum, circa ipſorum ſuffraganeos, (quibus ob reverentiam Pontificalis officii deferri volumus in hac parte) præcipimus obſervari.

### CAP. II.

*Canonici, qui à divinis ceſſare poſſunt conſuetudine vel alio jure, ſi ceſſare volunt, cauſam ſuæ ceſſationis exprimant in inſtrumento publico, vel patentibus literis ſuo vel alio authentico ſigillo munitis: & exhibeant illud vel illas illi, contra quem ceſſant. Hoc prætermiſſo, vel expreſſa cauſa non inventa legitima, quicquid medio tempore perceperint ab eccleſia, reſtituant: & quæ percipere debent, non percipiant, & ſatisfaciant de injuriis illi, contra quem ceſſant. Cauſa legitima inventa, tenetur ille ad intereſſe canonicis, & ad certam quantitatem eccleſiæ, ſuperioris taxandam arbitrio. Vltimò reprobatur conſuetudo, quam imagines ſanctorum, in dicta ceſſatione ſpinis & urticis ſupponebantur. Et ſtatuitur contrarium facientes graviter puniendos. Ioan. And.*

Gregorius X. *In generali concilio Lugdunenſi.*

SI a canonici à divinis ceſſare voluerint, prout in eccleſiis aliquibus ſibi ex conſuetudine, vel aliàs vindicant: antequam ad ceſſationem hujuſmodi quoquomodo procedant, in inſtrumento publico, vel patentibus literis ſigillorum b ſuorum, aut alterius authentici munimine roboratis, ceſſationis ipſius cauſam exprimant: & illud vel illas ei, contra quem ceſſare intendunt, aſſignent. Scituri, quòd ſi hoc prætermiſſo ceſſaverint, vel cauſa, quam expreſſerint non fuerit inventa canonica: omnia de quibuſcunque proventibus illius eccleſiæ, in qua ceſſatum fuerit, ceſſationis tempore perceperint, reſtituent. Illa verò, quæ pro eodem tempore debentur eiſdem, nullo modo percipient, ſed ipſi eccleſiæ cedere, ac nihilominus ei contra quem ceſſaverant, de damnis & injuriis ſatisfacere tenebuntur. Si autem cauſa eadem canonica fuerit judicata, is qui occaſionem ceſſationi dederat, ad omne intereſſe dictis canonicis, & eccleſiæ, cui debitum officium ejus eſt culpa ſubtractum, ad certam quantitatem taxandam, & in divini cultus augmentum convertendam, ſuperioris arbitrio condemnetur. Cæterùm deteſtabilem abuſum horrendæ indevotionis illorum, qui crucis, beatæ Mariæ virginis, aliorumq; ſanctorum imagines ſeu ſtatuas irreverenti auſu tractantes, eas in aggravationem ceſſationis hujuſmodi proſternunt in terram, & urticis ſpinisq; ſupponunt, penitus reprobantes, aliquid tale fieri de cætero diſtrictius prohibemus: ſtatuentes ut in eos, qui contra fecerint, ultrix procedat dura ſententia: quæ delinquentes ſic puniat graviter, quòd alios à ſimilium præſumptione compeſcat.

### CAP. III.

*Statuit Papa, quòd habentes plures dignitates, vel alia beneficia curam animarum habentia, per ordinarios compellantur oſtendere, intra tempus competens ſuperioris arbitrio ſtatuendum, diſpenſationes: quas ſi non oſtenderint, perinde procedatur, ac ſi nullas haberent. Et ſi oſtenderint, & ſufficientes, non amplius moleſtentur: proviſo ne in prædictis beneficiis, cura negligatur animarum. Si autem dubitetur de diſpenſatione, ad ſedem Apoſtolicam recurratur. Talibus plura ſimilia beneficia obtinentibus, aliud non conferatur beneficium, niſi oſtenſa diſpenſatione ſufficienti: & tunc ita demum conferatur, ſi per diſpenſationem poſſunt illud cum aliis retinere, vel ſi prioribus renunciaverint: aliter collatio facta non teneat. Ioan. Andr.*

Idem.

ORdinarii c locorum ſubditos ſuos plures dignitates, vel eccleſias, quibus animarum cura imminet, obtinentes: ſeu perſonatum, aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura ſimilis eſt annexa: diſtrictè compellant diſpenſationes auctoritate, quarum hujuſmodi eccleſias, perſonatus, ſeu dignitates canonicè tenere ſe aſſerunt, intra tempus pro facti qualitate ipſorum ordinariorum moderandum arbitrio, exhibere. Quòd ſi fortè juſto impedimento ceſſante, nullam diſpenſationem infra idem tempus contigerit exhiberi: eccleſiæ beneficia, perſonatus ſeu dignitates, quæ ſine diſpenſatione aliqua eoipſo illicitè detineri conſtabit, per eos ad quos eorum collatio pertinet, liberè perſonis idoneis conferantur.

Cæterùm ſi diſpenſatio exhibita, ſufficiens evidenter appareat, exhibens nequaquam in beneficiis hujuſmodi, quæ canonicè obtinet, moleſtetur. Provideat d tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in eis

a *Aliàs, fuit.* b *Vid. ca. fin. de reſcript. in antiq. & l. non quemadmodum. ff. de judic. Font.*

a *De materia hujus c. vide citatos in cap. quamvis. infr. eo. tit. & libr.* b *Vid. l. ad teſtium. ff. de teſt. & l. fin. ff. de alb. ſcr. ac c. ſignificantibus. infr. de app. Fon.* c *Hoc decretum expreſſè innovat & confirmat ſacrum Concil. Tridentin. ſeſſ. 7. de reform. cap. 5.* d *alit. ita: provideat tamen ordinarius taliter, ne animarum cura.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

dem eccleſiis, perſonatibus, ſeu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipſa debitis obſequiis defraudentur. Si verò de diſpenſationis exhibitæ ſufficientia dubitetur, ſuper hoc erit ad ſedem Apoſtolicam recurrendum: cujus eſt æſtimare, quem modum ſui beneficii eſſe velit. In conferendis inſuper perſonatibus, dignitatibus, & aliis beneficiis curam habentibus animarum annexam, iidem ordinarii diligentiam illam obſervent, ut perſonatum, dignitatem, vel aliud *a* beneficium ſimilem curam habens animarum *b*, alicui plura ſimilia obtinenti non ante conferre præſumant, quàm eis ſuper obtentis diſpenſatio evidenter ſufficiens oſtendatur. Qua etiam oſtenſa, ita demum ad collationem procedi volumus, ſi appareat per eandem, quòd is, cui eſt collatio facienda, hujuſmodi perſonatum, dignitatem, vel beneficium retinere liberè valeat cum obtentis, vel ſi ea, quæ ſic obtinet, liberè ac ſpontè reſignet.

Aliter autem de perſonatibus, dignitatibus, & beneficiis talibus facta collatio nullius penitus ſit momenti.

CAP. IV.

*Præcipit Papa, ne prælati ſubditis interdicant, ne ſtatum eccleſiarum & perſonarum ſuperioribus inquirentibus manifeſtent: nec eos ad id celandum juramentis, promiſſionibus, obligationibus aut aliis pœnis aſtringant: decernit autem, quod contra factum fuerit, irritum & inane: & ſententias, juramenta, promiſſiones, vel pœnas non ligare: & præſumptores præcipit pœna condigna à ſuperioribus eiſdem puniri. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

QVia plerique prælati non *c* ſine multa temeritatis audacia ſuis ſubditis aliquando interdicunt, ne ipſorum ſuperioribus aut Apoſtolicæ ſedis legatis, vel inquiſitoribus ad inquirendum, corrigendum, & reformandum, in eorum eccleſiis, monaſteriis, ſive locis à ſede deputatis eadem, vel aliis quibuſcunque perſonis, per quas ad notitiam prædictorum valeat pervenire, ſtatum eccleſiarum, monaſteriorum ſeu locorum ſuorum, perſonarum & rerum ipſorum inſinuent vel exponant: in ipſos (ſi ſecus egerint) excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias proferentes: eoſque ad hoc celandum juramentis, promiſſionibus & *d* obligationibus, aliiſque pœnis nihilominus aſtringentes. Nos huic malitiæ (ne tali prætextu in eccleſiis, monaſteriis, & locis eiſdem inquiſitio, correctio ſeu reformatio, cùm faciendæ fuerint, valeant impediri) occurrere cupientes, prædicta & eorum quodlibet attentari de cætero diſtrictius inhibemus.

Decernentes auctoritate Apoſtolica, quicquid contra præſentem inhibitionem attentatum extiterit, nullius penitus exiſtere firmitatis: nec quenquam ſententiis, juramentis, promiſſionibus, obligationibus, vel pœnis hujuſmodi obligari quomodolibet vel aſtringi. Præſumptores autem eoſdem (ne ipſorum temeritas quoquo modo tranſeat impunita) à ſuperioribus, vel legatis, ſeu inquiſitoribus memoratis, animadverſione condigna præcipimus caſtigari.

CAP. V.

*Iuriſdictio Archiepiſcopo attributa in una diœceſi, ſibi in aliis non prodeſt. h. d. Zen.*

Idem.

VT *e* litigantes releventur à laboribus & expenſis: Statuimus ne Archiepiſcopus cauſas, quæ per appellationem, vel aliàs jure metropolitico deferuntur ad ipſum, alibi, quàm in ſua propria civitate vel diœceſi, aut in eis, in quibus appellatum extitit, vel cauſæ ipſæ conſiſtere dignoſcuntur, audiat, vel etiam audiendas committat. Niſi ſibi aliud de conſuetudine compe[illegible] in hac parte.

CAP. VI.

*Si Epiſcopus cùm poteſt, ſuam diœceſim viſitat per alium, [illegible] bet illi in neceſſariis providere: viſitati autem in [illegible] videbunt ipſi vicario viſitanti, & non Epiſcopo, [illegible] nes Andreas.*

Idem.

SI *a* Epiſcopus ſuam diœceſim (ubi ei [illegible] titur) faciat per alium viſitari, licet ipſe illi [illegible] aliis neceſſariis providere, ii tamen, qui viſitantur [illegible] niſtrare tenentur expenſas victualium viſitanti. [illegible] cundùm Apoſtolum non ſit magnum, ſi ab eo [illegible] temporalia, per quem ſpiritualia ſeminantur. [illegible] men Epiſcopus cùm perſonaliter non viſitat *b*, [illegible] ſus ab iis, qui per illum quem deputat, [illegible] exigere poterit aut debebit.

CAP. VII.

*In quolibet loco diœceſis non exempto, per ſe & per alium [illegible] Epiſcopus pro tribunali ſedere, & liberè exequi, quæ ad ipſius [illegible] officium. Ioan. And.*

Idem.

CVm *c* Epiſcopus in ſua tota diœceſi juriſdictionem ordinariam noſcatur habere, dubium [illegible] quin in quolibet loco ipſius diœceſis non exempto [illegible] ſe vel alium poſſit pro tribunali ſedere: cauſas eccle[illegible] ſiaſticum forum ſpectantes audire: perſonas eccle[illegible] ſticas (cùm earum exceſſus exegerint) capere, [illegible] deputare: necnon & cætera, quæ ad ipſius ſpectant [illegible] cium, liberè exercere.

CAP. VIII.

*Canonici, qui à divinis ceſſare poſſunt, cum ceſſare volunt [illegible] cabunt abſentes, ſicut ſi immineret electio facienda, [illegible] ceſſatione deliberabunt: & ſi deliberant ceſſare, [illegible] eum, contra quem ceſſant, ut irrogatam offenſam emendet [illegible] fecerit [illegible] bunt: alioquin ceſſare poterunt, ita [illegible] tione intra menſem, utraq; pars & ceſſans, & [illegible] iter arripiat eundi ad Papam, vel per ſe, vel per [illegible] cienter inſtructos: niſi interim intervenerit [illegible] Et continuatis dietis, quàm citò poterunt ſe coram Papa [illegible] ut utraq; parte præſente, vel altera contumaciter abſente, [illegible] finiat negotium, & culpabiles puniat: & ſi pars [illegible] ſervet, ceſſatio non ſervetur. Ioan. And.*

Idem.

QVamvis ſuper ceſſationibus à divinis, quæ [illegible] tulis, conventibus, ſive collegiis ſecularium [illegible] gularium eccleſiarum multoties ſine cauſa [illegible] attentantur, manifeſta ſatis à felicis recordationis [illegible] nocentio *d* tertio, & Gregorio decimo prædeceſſori bus noſtris manaverint inſtituta. Quia tamen [illegible] eſt plerunque compertum, ceſſationes eaſdem [illegible] nabiliter eſſe factas: nos ad tam pernicioſum [illegible] dum abuſum, eadem ſtatuta cum infrà ſcripta [illegible] ratione in ſuo volentes robore perdurare, de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictius inhibemus, ne [illegible] ri, vel regulari capitulo, collegio ſeu conventui [illegible] cujuſcunque, ceſſationes ipſæ, niſi vocatis [illegible] (prout ſunt pro electionis negotio evocandi) & deli[illegible] beratione habita diligenti, ac Epiſcopo, aliiſque [illegible] cunque clerico ſive laico (cujuſcunque dignitatis, [illegible] eminentiæ, conditionis aut ſtatus exiſtat,) propter [illegible] jus injuriam vel offenſam eadem videtur ceſſatio [illegible] cienda, poſt prædictas vocationem & deliberationem de ceſſando habitam requiſito, quòd irrogatam [illegible]

a *Al. aliquod.* b *Dictio, animarum, deeſt in manuſcriptis aliquot.* c *In antiquis codicibus ita: non ſine multa temeritatis, & cætera.* d *In antiq. exemplarib. ita: & obligationibus aliis atq; pœnis nihilominus, &c.* e *Vide noviſſimè ſancita in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 20.*

a *De materia viſitationis prout ad hunc locum ſpectat, [illegible] Conc. Tolet. IV. cap. 35. & noviſſimum Conc. Trid. ſeſſ. 24. [illegible] cap. 3.* b *al. viſitat.* c *Vid. limitationem ad hoc c. [illegible] per Decium in c. cum te. de offic. deleg.* d *Id cavet Innoc. III. [illegible] Concil. generali Later. c. 7.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

riam, vel offenſam emendet, aliquatenus attendentur. Neque tunc etiam, ſi emendam inde habuerint, vel per eos ſteterit, quò minùs habeant competentem. Si autem præmiſſis ſervatis, capitulum, collegium, vel conventus alicujus eccleſiæ ad ceſſationem eandem duxerint procedendum: extunc intra unius menſis ſpacium pars utraque, videlicet ii qui ceſſant, & illi etiam propter quorum factum à divinis ceſſatur (niſi ſuperveniente concordia inter eos, ceſſatio illa ceſſet) iter arripiant a per ſe, vel per procuratores idoneos, cum munimentis & actis ad negotium ipſum ſpectantibus, ad ſedem Apoſtolicam veniendi: & continuatis dietis, quàm citò commodè poterint, ſe Apoſtolico conſpectui repræſentent: ut partibus præſentibus, aut una præſente, altera non veniente vel mittente, examinato negotio apud ſedem eandem, pars quæ culpabilis inventa fuerit in præmiſſis, præter alias pœnas à dictis canonibus inſtitutas, ſi Romano Pontifici videbitur expedire, pœna docente cognoſcat quantum exceſſerit, quæ ceſſationi factæ rationabiliter cauſam dedit: vel quæ ſine rationabili & manifeſta cauſa ceſſavit. Parte inſuper à divinis ceſſante, ſuprà ſcripta b tam in ceſſando, quàm in veniendo ſive mittendo ad ſedem Apoſtolicam non ſervante, non ſervetur ceſſatio: ſed ea non obſtante (ut prius) in ipſa eccleſia celebretur.

## CAP. IX.

*Primò ponit conſtitutionem de bonis dignitatum vel eccleſiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quos collatio, vel cuſtodia pertinet: niſi de ſpeciali jure id eis competat, & contrafacientibus pœnam imponit. Secundò oſtendit, de quibus bonis intelligatur, cùm de ſpeciali jure id alicui competit. Tertiò decre. quia ſæpe. ſupr. eod. libro, de elect. dicit non eſſe correctam. Ioan. And.*

Idem.

PRæſenti prohibemus edicto, ne Epiſcopi, vel eorum ſuperiores aut Abbates, ſeu quivis alii [illegible]es vel ſeculares prælati, aut eccleſiaſticæ quæcunque perſonæ, vacantibus dignitatibus, perſonatibus, prioratibus, vel eccleſiis quibuſcunq; ſibi ſubjectis, ſeu ad collationem, ordinationem, præſentationem, vel cuſtodiam pertinentibus, eorundem bona (morientibus eorum rectoribus, vel miniſtris) in ipſis inventa, ſive vacationis ipſorum tempore obvenientia, quæ in utilitatem eorundem expendi, vel futuris debent ſucceſſoribus fideliter reſervari, occupare, aut in uſus ſuos convertere quoquomodo præſumant: Niſi de ſpeciali privilegio, vel conſuetudine jam præſcripta legitimè, ſeu alia cauſa rationabili, hoc eiſdem competere dignoſcatur.

Alioquin Epiſcopi & eorum ſuperiores ab ingreſſu eccleſiæ, cæteri verò ab officio & beneficio tamdiu eo ipſo noverint ſe ſuſpenſos, quouſque reſtitutionem fecerint de prædictis. Porrò ubi ex privilegio vel conſuetudine, ſeu alia de cauſa rationabili, ſibi aliquis prædictorum aſſerit bona competere ſupradicta: hoc de illis bonis ſolùm debet intelligi, quæ ſolutis debitis, ſi qua ſunt, & iis, quæ fuerint neceſſaria pro ſervitoribus & miniſtris ac incumbentibus oneribus uſque ad novos rectores ſupportandis, congruè reſervatis, ex ipſis reperta fuerint ſupereſſe. Sanè conſtitutionem, quam ſuperius ſpecialiter edidimus, contra capitula, collegia, conventus, ſeu ſingulares perſonas, bona cathedralium, vel regularium, aut collegiatarum eccleſiarum vacantium occupantes, per conſtitutionem præſentem (quam in dignitatibus, perſonatibus, prioratibus, & eccleſiis aliis locum habere cenſemus) nolumus in aliquo derogari.

a al. Arripiat. b al. ſupradicta.

## DE MAIORITATE ET obedientia.

### TITVLVS XVII.

## CAP. I.

*Capitulum, vel is, ad quem adminiſtratio pertinet vacante ſede, eos abſolvet, quos abſolvere poſſet Epiſcopus ſi viveret, niſi à ſede Apoſtolica id fuerit interdictum. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

EPiſcopali ſede vacante, poteſt capitulum, ſeu is ad quem Epiſcopalis juriſdictio tunc temporis noſcitur pertinere, iis, quibus poſſet Epiſcopus ſi viveret, ab excommunicationis ſententia, ſive juris, ſive hominis fuerit, abſolutionis beneficium impartiri. Niſi eĩ fuerit à ſed. Apoſt. ſpecialiter interdicta poteſtas.

## DE PACTIS.

### TITVLVS XVIII.

## CAP. I.

*Monachi habentes liberam à ſede Apoſtolica ſepulturam, ſi paciſcuntur de non recipiendis aliquibus vel certis parœcianis eccleſiæ alicujus, ſervare compelluntur pactum: nec illos ſepelire poterunt, licet apud eos elegerint ſepeliri, cum per pactum privilegio renunciaverint. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

PActum a cum rectore parœcialis eccleſiæ factum à vobis, ne aliquos vel certos ipſius eccleſiæ parœcianos recipiatis ad eccleſiaſticam ſepulturam, omninò ſervare debetis. Quanquam ſepultura libera ſit monaſterio veſtro ab Apoſtolica ſede indulta: & illi apud vos elegerint ſepeliri.

Cùm per dictum pactũ indulto hujuſmodi derogetur.

## CAP. II.

*Pactum factum patri à filia dum tradebatur nuptui, quòd dote contenta nullum habebit ad bona paterna regreſſum, ſi juraverit id ipſa filia, omninò ſervare tenebitur. Ioan. Andr.*

Idem.

QVamvis b pactum patri factum à filia dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbet lex civilis: ſi tamen juramento non vi, nec dolo præſtito, firmatum fuerit ab eadem, omninò ſervari debebit. Cùm non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum.

## CAP. III.

*Pacta inita per fratres prædicatores vel minores vel alios mendicantes, cum rectoribus parœcialium eccleſiarum ſuper parœcialibus juribus, ſi facta ſunt per priores vel guardianos de conventuum ipſorum locorum conſenſu, (licet auctoritas ſed. Apoſtolicæ non intervenerit, vel licentia prioris vel miniſtri generalis, aut magiſtri vel provincialis miniſtri, vel capituli provincialis) ſervanda ſunt: dummodo aliàs ſint licita & honeſta. h.d. Ioan. And.*

Idem.

QVia ex eo, quòd fratres prædicatores, & minores, & alii mendicantes, compoſitiones & pacta cum prælatis, capitulis, rectoribus & perſonis eccleſiarum civitatum, caſtrorum, villarum & locorum, in quibus domus ſeu habitationes eorum exiſtunt, ſuper juribus parœcialibus, vel aliis quibuſcunque articulis ab eis vel eorum anteceſſoribus inita ſive facta ſervare recuſant: & ea eo prætextu infringere moliuntur, quia magiſtri aut miniſtri, vel prioris generalium ſeu provin-

a *Vid. Antonium de Butrio, cap. ſtatuimus. de tranſlat. prælat. & Felinum in c. cum ſit generale. de foro compet.* b *Vid. Matt. de Afflictis deciſ. 322. Purpuratum conſi. 100. Hyppolitum Marſilium ſingulari 673. incip. nonnulla de præſentia. Alexan. conſil. 29. lib. 3. & conſil. 42. lib. 1. & Iaſon. conſil. 133. vol. 4.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cialium eorundem non affuit aſſenſus in ipſis, nec approbata per ipſorum generalia, vel provincialia capitula extiterunt: multa in diverſis mundi partibus inſurgunt ſcandala *a* & ipſorum fratrum, (quos decet puritatem omnimodam in ſuis obſervare actionibus *b* & ab his abſtinere propenſius, per quæ poſſit aliis exempli pernicies generari) famæ detrahitur plurimum & honori. Nos his occurrere paternæ ſolicitudinis ſtudio intendentes, præſenti decreto ſancimus: compoſitiones & pacta hujuſmodi cum prælatis, capitulis, & *c* rectoribus, & perſonis prædictis ab ipſorum fratrum conventualibus, prioribus, ſeu guardianis facta vel approbata, de ſuorum conventuum conſilio & aſſenſu (dum tamen, aliàs ſint licita & honeſta) debere ab ipſis fratribus in locis, in quibus fuerint facta perpetuò inviolabiliter obſervari: non obſtante, quòd magiſtri vel miniſtri *d* aut prioris generalium ſeu provincialium prædictorum non intervenerit in eiſdem aſſenſus, nec ab ipſorum generalibus vel provincialibus capitulis extiterint approbata: ſeu quòd ſedes Apoſtolica in iis, quæ per prædictos fratres minores facta fuerint, auctoritatem ſuam non præſtiterit vel aſſenſum.

## DE PROCVRATORIBVS.

### *TITVLVS XIX.*

### CAP. I.

*Laicus poteſt eſſe procurator ad agendum & defendendum in cauſis ſpiritualibus.*

Bonifacius octavus.

NOn indiſcretè judex cenſetur egiſſe, procuratorem laicum ad agendum vel defendendum in cauſis ſpiritualibus admittendo. Cùm regulariter qui non prohibetur expreſsè ad exercendum procurationis officium, idoneus debeat reputari.

*Procurator poſt litem conteſtatam poteſt dare alium procuratorem: ante non, niſi datus fuerit in rem ſuam, vel à Domino habuerit mandatum de ſubſtituendo etiam non certam perſonam.*

Licet autem à procuratione poſt litem conteſtatam ab eo, poſſit (cùm Dominus ſit litis effectus) dari alius procurator: antea tamen non poteſt niſi in rem ſuam ſit datus: vel à Domino ſubſtituendi alium (etiam certa non expreſſa perſona) ſibi fuerit conceſſa poteſtas.

*Procurator ad negotia, poteſt dare alium procuratorem liberè & etiam quandocunq; h.d.*

Procurator verò datus ad negotia, poteſt liberè quandocunq; alium deputare.

### CAP. II.

*Procurator ante litem conteſtatam etiam ſine cauſa revocari poteſt, poſt litem conteſtatam non, ſine rationabili cauſa: Dominus tamen bene poteſt adeſſe cauſa cum ipſo procuratore, maximè ſi de colluſione timeat.*

Idem.

QVamvis *e* procurator poſſit ante litem conteſtatam etiam ſine cauſa liberè à Domino revocari, poſtea tamen ipſo nolente nequibit: niſi eum cum Domino inimicum fieri, vel ſuſpectum, aut adverſario affinitate conjungi, vel ejus hæredem fieri, ſeu ingredi religionem, aut in longum peregrinari, vel ægritudine aut vinculis detineri contingat, ſeu alia rationabilis cauſa ſubſit, propter quam ſit meritò revocandus. Verùm, quanquam (niſi ut præmittitur) revocari non poſſit, Dominus tamen ſuæ cauſæ unà cum eodem procuratore (maximè ſi de colluſione timeat) [illegible] adeſſe.

### CAP. III.

*Procurator habens mandatum ſubſtituendi, ſubſtitutum [illegible] poſt mandatum ſuſceptum, etiam ſi eo non ſit uſus, [illegible] poteſt: niſi & poteſtatem habuit revocandi. Si autem [illegible] curator ad plures cauſas, & in altera ſubſtituit, in aliis [illegible] curator. Ioan. Andr.*

Idem.

IS, qui à *a* procuratore ſuper hoc à Domino [illegible] tem habente procurator extitit ſubſtitutus, [illegible] poſt mandatum ſuſceptum, etiam ſi eo uſus [illegible] (licet in delegato ſedis Apoſtolicæ vices ſuas [illegible] mittente aliud cenſeatur) ulterius revocari [illegible] Niſi revocandi poteſtas conceſſa fuiſſet eidem. [illegible] ſi cùm ad plures vel ad omnes cauſas generaliter [illegible] ſtitutus fuiſſet, in una tantùm ſubſtituerit eundem, in aliis nequaquam prohibetur procurationis [illegible] exercere.

### CAP. IV.

*Procurator generalis non agit exigentia ſpeciale manda[illegible] niſi cum aliqua illorum ſpecificatione, vel libera [illegible] cit. Zen.*

Idem.

QVi ad agendum & defendendum, ac generaliter ad omnia (etiam ſi mandatum exigant ſpeciale) [illegible] ſtituitur procurator, ex vi generalitatis hujuſmodi ad aliquem articulum, in quo ſpeciale mandatum [illegible] tur, admitti non debet. Sed ſi aliquis vel aliqui [illegible] ticulis ſpeciale mandatum exigentibus ſpecificati [illegible] fuiſſent, adjecta clauſula generali, tunc ad non expreſſa etiam admittetur. Procurator quoque abſque ſpeciali mandato juramentum deferre, tranſigere, vel [illegible] non poteſt: niſi ei bonorum vel cauſæ adminiſtratio liberè *c* ſit conceſſa.

### CAP. V.

*Mandatum generale ad negotia, etiam ad judicia [illegible]*

Idem.

QVi generaliter conſtituitur ad negotia [illegible] agere ac experiri poteſt *d*, exceptis his [illegible] mandatum exigunt ſpeciale.

*Poteſt filiusfamiliâs eſſe procurator, etiam abſque patris [illegible] ſenſu. Zen.*

Nedum verò ad negotia, ſed etiam ad judicia poteſt filiusfamiliâs abſq; patris aſſenſu fieri procurator.

*Major annis xxv. ad judicia, major xvii. ad negotia [illegible] poteſt procurator. h.d. Zen.*

Licet autem quis poſt xvii. annum procurator ad negotia licitè deputetur: ad judicia tamen niſi major [illegible] annorum fuerit, deputari nequibit.

### CAP. VI.

*Ex duobus procuratoribus ſimul ſimpliciter conſtitutis, [illegible] lus admitti non debet. Si verò in ſolidum, qui primò [illegible] tem, admittitur altero totaliter excluſo: niſi adjectum fuerit, [illegible] non ſit melior conditio occupantis: quo caſu altero non [illegible] nec alium ſubſtituente, reliquus admittatur. h.d.*

Idem.

SI duo *e* procuratores ſimul (non adjecto in ſolidum) deputentur, unus ſine altero non debet [illegible] mitti. Secus ſi ſint in ſolidum conſtituti; ſed [illegible]

a *Vid. B. Thom. 2. 2. quæſt. 43. per totam quæſtionem.* b *In antiquis codicibus conſtanter legitur, actibus.* c *Dictio, &, deeſt in manuſcriptis.* d *Hic text. habet locum in pactis factis cum laico.* e *Pro hoc c. vide quæ tradit Iaſon conſil. 138. incip. revocatur in dubium. volu. 4. & Felinus in ca. ex parte Decani, extra de reſcript.*

a *De materia revocationis procuratoris vide [illegible] l. mandato. G. mandati, & Ioannem Ananiam conſil. [illegible] utrum præſentatio. & Paulum de Caſtro conſil. 361. [illegible] [illegible] lis vir.* b *Vid. l. legata inutiliter. de lega. 1. & Dec. [illegible]* c *aliàs, ita: libera.* d *Vid. l. 1. [illegible] reg. juris Font.* e *Ad hunc textum [illegible] ff. ſi quid in fraud. patr. de Anch. Font. [illegible] quæ dicit Felinus in c. 2. ext. de teſt. adde Socinum conſil. [illegible] circa præſentem. lib. 1.*

melior erit conditio, qui per litis conteſtationem negotium primitus occupabit. Poſt occupationem autem hujuſmodi, alter ſe intromittere nequibit ulterius, cùm ille litis dominus ſit effectus: niſi dictum in conſtitutione fuiſſet, quòd non fieret melior conditio occupantis. Tunc enim ſi eum, qui occupavit, infirmari, mori, abſentari, vel aliàs impediri contingat, aut ſi proſequi fortè noluit, poterit alter ſuſcipere ac perficere negotium ab alio inchoatum, dum tamen ab alio non fuerit alius ſubſtitutus: nam ſi ſit, is præferri debebit eidem.

*Procurator datus in ſolidum, qui occupaverat negotium, ex impedimento excluſus, non reaſſumit: niſi altero impedito. h. d. Dominicus.*

Ceterùm ubi nullo ſubſtituto, alter ſuſcipit negotium proſequendum, is, qui occupavit primitus, ipſum reſumere poſtea impedimento ceſſante nequibit: niſi forſan illum contingeret *a* impediri.

*In cauſis ſpiritualibus ex duobus procuratoribus ſimul ſimpliciter datis judex eligit magis idoneum, qui ſolus proſequi poterit: nec alius admittitur, niſi primo legitimè excluſo. h. d. Dominicus.*

Sanè in electionum, poſtulationum, proviſionum, & aliorum ſpiritualium negotiorum cauſis (cùm talia clericorum expeditionem exigere dignoſcantur) volumus ſpecialiter obſervari, ut ſi plures procuratores ſimul in eis fuerint non in ſolidum deputati, judex (ne propter eorum concurſum negotia eadem intricari contingat) idoneiorem ex ipſis eligere valeat: & ille ſolummodo proſequatur, habeatque quicquid cum illo ſic electo factum extiterit, plenam roboris firmitatem: nec ad proſequendum alius admittatur poſtmodum, niſi prout eum, qui non occupat negotium, cenſuimus poſt occupationem factam ab alio ſuperius admittendum.

## CAP. VII.

*Procurator, qui renuit acceptare mandatum, pœnitere poteſt, quandiu conſtituens in eadem perſeveraverit voluntate.*

Idem.

Licet *b* is, qui procurator conſtituitur ab abſente, dixerit præſentatum ſibi ſuſcipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obſtante, quandiu conſtituens in eadem perſtiterit voluntate, ipſum acceptare poterit *c*, quandocunque placebit.

## CAP. VIII.

*Dominus dans procuratorem, quoties contingit eum abeſſe, cauſam tractandi procuratorem non intelligitur revocare: ſecus ſi ſimpliciter: niſi expreſſè proteſtetur, quòd ipſum revocare non intendit: vel aliàs hoc appareat ex probabilibus conjecturis. Ioan. And.*

Idem.

Si quem ſub ea forma, quoties te abeſſe contigerit: conſtitueris procuratorem ad cauſam, non ideò (licet tractes eam poſtmodum per teipſum) procuratorem ipſum dignoſceris revocare, quinimò procurator idem procuratoris aſſumet officium, quandocunque te contigerit abſentare. Secus ſi ſimpliciter à te fuerit conſtitutus: tunc enim ſive ante litem conteſtatam ſive poſt ad cauſam ipſam venias, non ut ipſi procuratori aſſiſtas, ſed ut cauſam tractes eandem, tractando ipſam eum revocare cenſeris: niſi dicas expreſſè, quòd ipſum vis in officio procurationis (hoc non obſtante) manere, vel niſi quod non animo revocandi hoc facias, ex aliquibus appareat conjecturis *d*, ut ſi forſan aliquis immineat articulus, in quo tu melius noſti veritatem, aut ſi ſit procurator ipſe infirmus, vel forſitan ſe abſentet, ſeu quicquid aliud accidat, propter quod ipſi cauſæ tua ſit præſentia opportuna.

a *Aliàs, contigerit.* b *ad hunc text. vid. quæ dicit Alex. conſ. 11. incip. revocatur in dubium. l. 5.* c *Vid. l. conſenſu. ff. de act. & oblig. Font.* d *Una præſumptio tollit alteram. de præſum. literas. de marg. reſtit. l. divus. Font.*

## CAP. IX.

*Tria dicit. Primò, quòd procurator ad contrahendum matrimonium debet habere ſpeciale mandatum. Secundò, quòd talis procurator non ſubſtituit: niſi ad hoc mandatum habeat. Tertiò, quòd ſi talis procurator revocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium. Ioan. Andr.*

Idem.

Procurator *a* non aliter cenſetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quàm ſi ad hoc mandatum habuerit ſpeciale. Et quamvis aliàs is, qui conſtituitur ad negotia procurator, alium dare poſſit: in hoc tamen caſu (propter magnum quod ex facto tam arduo *b* poſſet periculum imminere) non poterit deputare alium, niſi hoc eidem ſpecialiter ſit commiſſum. Sanè ſi procurator antequam contraxerit, à domino fuerit revocatus, contractum poſtmodum matrimonium ab eodem (licet tam ipſe, quàm ea, cum qua contraxit, revocationem hujuſmodi penitus ignorarent) nullius momenti exiſtit, cùm illius conſenſus defecerit, ſine quo firmitatem habere nequivit.

# DE IIS, QVÆ VI METVSVE CAVSA FIUNT.

## TITVLVS XX.

## CAP. I.

*Excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti abſolutio, vel revocatio per vim extorta, non tenet: & extorquens excommunicatus eſt ipſo jure. Ioan. Andr.*

Gregorius X. *in Concilio generali Lugdun.*

Abſolutionis beneficium, ab excommunicationis ſententia, vel quamcunq; revocationem ipſius, aut ſuſpenſionis, ſeu etiam interdicti per vim vel metum extorta, præſentis conſtitutionis auctoritate omninò viribus vacuamus. Ne autem ſine vindicta violentiæ creſcat audacia, eos, qui abſolutionem ſeu revocationem hujuſmodi vi vel metu extorſerint, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere.

# DE RESTITVTIONE IN INTEGRUM.

## TITVLVS XXI.

## CAP. I.

*Eccleſia poſt quadriennium non admittitur ad petendum reſtitutionem contra ſententiam, vel contractum, niſi rationabilis aliqua cauſa hoc ſuadeat. Ioan. And.*

Gregorius IX.

Eccleſia, quæ ad retractandam ſententiam, vel contractum, per beneficium reſtitutionis in integrum, poſtulat ſe admitti, ſi quadriennii ſpatium poſt ſit lapſum, & negligenter omiſerit, non eſt ad beneficium hujuſmodi admittenda. *c* Niſi prævaricationis, vel fraudis manifeſtæ probetur ſuper hoc interveniſſe commentum: aut alia rationabilis cauſa ſubſit, quæ ſuperiorem movere debeat ad idem beneficium concedendum.

## CAP. II.

*Eccleſia contra confeſſionem, qua læſa fuit, admittitur intra quadriennium, per beneficium reſtitutionis in integrum: poſtea non, niſi per viam juris communis. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

a *Vid. Ancharanum conſil. 228. incip. A. duas filias habebat. & duobus conſil. ſeq. Antonium Butrium conſil. 64. incip. A. duas filias habuit. & conſil. ſeq. & Alex. conſil. 146. incip. in cauſa & lite. & conſil. 149. incip. viſo proceſſu. lib. 5.* b *Et ideò non deciditur juramento per judicem delato. Bald. in l. admonenti. Font.* c *Iſte verſiculus habet etiam locum in aliis perſonis, quibus iſta reſtitutio competit. Phil. Font.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SI adverſus confeſſionem in judicio à ſe factam, læſa eccleſia beneficium reſtitutionis in integrum, intra quadriennium ab ipſius confeſſionis tempore computandum, petere negligenter omittat: non eſt (niſi aliquid rationabile appareat, quod aliud ſuaſerit faciendum) ad hoc petendum ulterius admittenda. Vbi verò per viam communem revocationis erroris, quem in facto prætendit, vult adverſus ſuam confeſſionem eccleſia ſe juvare: hoc quandocunque poterit, donec negotium ſit finitum.

## DE ARBITRIS.
### TITVLVS XII.
### CAP. I.

*Si ex tribus arbitris duo concordent in ſumma, tenet illorum ſententia: ſi omnes diſcordant, tenet ſententia de ſumma minori.*

Bonifacius VIII.

SI ex tribus arbitris, te duo in decem, & tertius in quinque condemnent, debet ſententia prævalere duorum. Licet cùm unus in XV. alius in X. tertius verò in quinque pronunciant: illius, qui dixit de ſumma minori (cùm in illa omnes concordes exiſtant) ſententia efficax cenſeatur.

### CAP. II.

*Si ex tribus arbitris unus nolit examinando vel definiendo [illegible] interesse, duo procedere poterunt, ac ſi ille præſens eſſet. [illegible] judices autem antiqua jura ſerventur. Ioan. Andr.*

Idem.

VT quæſtionibus (quæ plerunque propter aſſidue [illegible] voluntariam ſeu malitioſam abſentiam remanent in [illegible] deciſæ) finis celerius imponatur; Statuimus, ut ſi tribus arbitris à patribus electis, eorum aliquis ſi [illegible] legitimè requiſitus ad examinandum vel definiendum [illegible] cum eis negotium, ſuper quo in ipſos extitit compromiſſum, non curaverit (ceſſante impedimento legitimo) convenire: duo præſentes, penes quos (licet [illegible] aliud innuere videatur) totalem eo caſu remanere [illegible] cernimus poteſtatem, poſſint (malitioſa ſeu voluntaria illius abſentia non obſtante) dictum examinare [illegible] tium, & liberè definire, ſicut poſſent illo præſente [illegible] volente, cum eis in unam ſententiam concordare [illegible] ſic ipſius abſentia præſentia repleta divina [illegible] faciat pro præſente. Circa judices verò antiqua jura [illegible] lumus immutari.

a *Vid. Bart. in l. item ſi unus. §. item ſi plures. ff. [illegible]*

FINIS LIBRI PRIMI.

# SEXTI DECRETALIVM LIBER SECUNDUS.
## DE JUDICIIS.
### TITVLVS PRIMVS.
### CAPITVLVM I.

*Judex delegatus non habens ad hoc ſpeciale mandatum à Papa, non poteſt compellere partem, ut perſonaliter coram eo compareat: niſi ex rationabili cauſa. Joan. Andr.*

Innocentius IV. in generali Concilio Lugdunenſi.

IVRIS eſſe ambiguum non videtur, judicem delegatum, (qui à ſede Apoſtolica mandatum ad hoc non receperit ſpeciale,) jubere non poſſe alterutram partium coram ſe perſonaliter in judicio comparere. Niſi cauſa fuerit criminalis *a*, vel niſi pro veritate dicenda, vel pro juramento calumniæ faciendo, vel aliàs juris neceſſitas partes coram eo exegerit perſonaliter præſentari.

### CAP. II.

*Mulieres perſonaliter ad judicium (quacunq; cauſa in jure non expreſſa) invitæ trahendæ non ſunt: ſed ſi neceſſarium ſit ipſarum teſtimonium in cauſa, judex expenſis producentis interdum ibit, interdum mittet: & judex fraudulenter vadens, excommunicatus eſt. Mulieres religioſæ, etiam volentes, extra monaſterium ſuum ex aliqua cauſa perſonaliter ad judicium trahi non poſſunt: quod contra prædicta fit, eſt irritum. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

MVlieres *b* (quas vagari non convenit, nec virorum cœtibus immiſceri) auctoritate literarum ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum ipſius, aut alia quacunque [illegible] ad judicium perſonaliter evocari, vel trahi invitas [illegible] ferendi teſtimonium, aut alia qualibet (quæ in [illegible] exprimitur) prohibemus. Sed cùm neceſſarium [illegible] teſtimonium earundem, judex (in expenſis partis producentis eaſdem) tabellionem aut aliam perſonam [illegible] ad eas tranſmittat: vel ſi fortè talis caſus occurrerit [illegible] jure prohibente, receptio teſtium alteri committi [illegible] ſit: judex *a* tunc propter hoc perſonaliter ad illas [illegible] dat, aut (ſi talis ſit perſonæ judicantis conditio, quòd [illegible] per ipſum non deceat fieri, vel non poſſit) mittat [illegible] proviſo quòd caſus hujuſmodi (videlicet ut judex [illegible] perſonaliter) non fingatur: nec fraus interveniat [illegible] parte. Alioquin fictor hujuſmodi vel fraudator, [illegible] ſententiam excommunicationis incurrat.

Cæterùm fœminæ religioſæ, præſertim quæ [illegible] ſub clauſura morari *b*, extra ſuum monaſterium [illegible] clauſuram non vocentur ad judicium, vel trahantur [illegible] quavis cauſa perſonaliter: etiamſi ad hoc voluntas [illegible] deret earundem. Decernimus quoq; ut ipſo jure ſit [illegible] tum & inane, ſi quid contra præmiſſa contigerit attentari.

a *Vid. Bart. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. judic. Fon.* b *Vide l. fœm. de proc. l. ſervus. C. de jud. & l. fœm. ff. de reg. jur.*

a *Al. ita præfatus judex: propter hoc, &c.* b *[illegible] hoc licet. V. l. 1. ff. de in jus voc. l. ſervos ad [illegible]*

### CAP. III.

*Major XIV. annis, per ſe & per procuratorem, poteſt agere & defendere cauſam ſpiritualem: minor XIV. per ſe non agit, ſed per procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate ordinarii eccleſiaſtici judicis: & etiam delegati ad cauſas illas. Filiusfamilias ſine patris aſſenſu agit cauſam ſpiritualem. h. d. Ioan. And.*

Idem.

SI annum quartumdecimum tuæ peregiſti ætatis, in beneficialibus & aliis cauſis ſpiritualibus, necnon & dependentibus ab eiſdem, ac ſi major XXV. annis exiſteres, ad agendum, & defendendum, per te, vel per procuratorem *a*, quem ad hoc conſtituendum decreveris, admitti debebis. Si verò intra XIV. annum exiſtas, per te agere, aut defendere non poteris ſuper ipſis: ſed vel per tuum Epiſcopum, vel per officialem ejusdem, tibi curator dabitur ad lites hujuſmodi exercendas: aut tu ipſe (ſi major infante fueris) cum auctoritate alterius eorundem procuratorem ad eas poteris deputare. Delegatus etiam Apoſtolicæ ſedis, & ſubdelegatus ab eo, tibi (ſi non habeas) curatorem dare valeant, vel auctoritatem conſtituendi procuratorem præſtare, ad illas cauſas, vel lites duntaxat, quæ coram ipſis fuerint ventilandæ. In hujuſmodi quoque litibus ſive cauſis, quanquam in poteſtate patris exiſtas *b*, nec aliàs abſque ipſius aſſenſu, in judicio regulariter eſſe poſſis (cùm de iis ſe intromittere non habeat) nequaquam requiri debebit aſſenſus.

## DE FORO COMPETENTI.

## TITVLVS II.

### CAP. I.

*Archiepiſcopus omiſſo appellationis articulo, vel per viam querelæ, de cauſa ſubditorum ſuffraganeis, etiam ipſis conſentientibus, non cognoſcit. h. d. uſq; ad §. Neq;.*

Innocentius IV. *c*

ROmana eccleſia: & infrà. Nec appellationis articulo prætermiſſo, nec aliàs etiam, (cùm minimè appellatum extiterit) Remen. Archiepiſcopus vel ejus officialis *d*, de cauſis clericorum tanquam judices (licet in ipſos iidem clerici de facto conſentiant) abſque diœceſanorum ſuorum voluntate cognoſcant.

*Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganei non poteſt compellere cauſa delegatas ab eo ſuſcipere, ſuas ſententias & præcepta exequi, vel teſtimonia in cauſis ad eos devolutis ferre: niſi conſuetudo aliud diſponat. h. d. Dominicus.*

Neque ſuffraganeorum Remenſis eccleſiæ ſubditos ipſorum delegationem ſuſcipere, vel ſententias & præcepta exequi, aut in cauſis per appellationem devolutis ad eos, teſtimonium (niſi aliud in his tribus de conſuetudine obtineat) perhibere compellant.

*Archiepiſcopus contra officiales, vel prælatos ſuffraganeorum (conſuetudine aliud non diſponente) & contra ſubditos ipſorum, pro ſalariis advocatorum & procuratorum cauſarum fori Archiepiſcopi, judex competens non eſt. h. d.*

Nec etiam ſuffraganeorum ipſorum officiales, aut Archidiaconos, Archipresbyteros, & alios inferiores prælatos ſuffraganeis eisdem ſubjectos (dummodo aliud eis contraria conſuetudo non tribuat) nec ſubditos ſuffraganeorum ipſorum, ſuper ſalariis advocatorum & procuratorum in cauſis (quæ in Remen. ventilantur curia) coram querelantibus in ſua præſentia reſpondere.

*Archiepiſc. non compellet invitos contrahentes aliarum diœceſium, in ſua propria coram ſe reſpondere: niſi ibi inveniantur. Sed ſi citati nolunt comparere, vel malitioſè ſe occultant, ne citentur, in bonis ipſorum ſuæ diœceſis poteſt miſſionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam. h. d.*

Contrahentes verò aliarum diœceſum, ſuper contractibus initis in Remenſi diœceſi ab eisdem (niſi inveniantur ibidem) trahere coram ſe non debent invitos: licet in poſſeſſionem bonorum, quæ ibi habent, etiam cùm alibi copiam ſui faciunt, ſi eorum auctoritate citati *a* comparere contemnant, poſſint miſſionem facere contra eos: vel (ſi fortè malitioſè ſeipſos occultent, ne citatio perveniat ad eosdem) decernere faciendam in poſſeſſionem bonorum, quæ in alia etiam diœceſi obtineri noſcuntur: ſed tunc loci diœceſanus ad denunciationem ipſorum faciet hujuſmodi miſſionem.

*Non poteſt archiepiſcopus ſuos clericos mittere in diœceſim ſuffraganei, ut coram eis fiant contractus, vel jam facti approbentur. Nec ſi facti vel approbati fuerint coram illis, poſſunt ſuffraganeorum ſubditos coram ſe compellere litigare ſuper illis, nec excommunicare ſuffraganeorum officiales vel ſubditos, ſi nolunt litigare coram ipſo. h. d. ad finem. ſecundùm Dominicum.*

Nec clericos ſuos mittant ad ſuffraganeorum ipſorum *b* diœceſes pro ineundis vel recognoſcendis contractibus coram ipſis. Nec eorundem ſuffraganeorum ſubditos compellant coram ſe occaſione hujuſmodi juri ſtare. Neq; poteſt Archiepiſcopus ipſe in ſuorum ſuffraganeorum officiales & ſubditos (pro eo quòd vocati ab ipſo, nolunt querelantibus in ſua præſentia reſpondere) eccleſiaſticam exercere cenſuram.

### CAP. II.

*Iudex ſecularis, qui vult clericum compellere ad debita (etiam liquida) ſolvenda, per eccleſiaſticum judicem deſiſtere compellatur. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

SEculares *c* judices, qui (licet ipſis nulla competat juriſdictio in hac parte) perſonas eccleſiaſticas ad ſolvendum debita (ſuper quibus coram eis contra ipſas earum exhibentur literæ, vel probationes aliæ inducuntur) damnabili præſumptione compellunt *d*, à temeritate hujuſmodi per locorum ordinarios, cenſura eccleſiaſtica decernimus compeſcendos.

### CAP. III.

*Ratione juramenti laicus (ut illud ſervet) coram judice eccleſiaſtico convenitur.*

Idem.

CVm C. laicus (pro quo ſolviſti certam pecuniæ quantitatem, in qua pro eo te fidejuſſorio nomine obligaveras) te ſervare recuſet indemnem, contra juramentum à ſe præſtitum temerè veniendo: Ipſum coram eccleſiaſtico judice (ad cujus forum ratione juramenti cauſæ hujusmodi cognitio noſcitur pertinere) de jure poteris convenire. Vt ipſum monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam *e*, quòd te ſuper prædictis (ut tenetur) ſervet indemnem, prævia ratione compellat.

## DE LITIS CONTESTATIONE.

## TITVLVS III.

### CAP. I.

*Peremptoria litis conteſtationem non impedit: niſi ſit de re ſemel finita. Ioan. And.*

Innoc. III. *in concilio Lugdun.*

EXceptionis peremptoriæ, ſeu defenſionis cujuſlibet, principalis cognitionem negotii contin-

a *Nota, ubicunq; minor legitimè poteſt intereſſe judiciis, ibi poteſt conſtituere procuratorem. Vid. l. 1. C. ſi. de moment. poſſeſ. Font.* b *Vid. c. indecorum. de ætat. & qualit.* c *In quodam manuſc. tribuitur Innoc. III.* d *aliàs, officialis.*

a *Vid. l. ſed interpellatus. §. 1. ff. de arbitr.* b *al. ſuorum.* c *Vid. quæ latè tradit Alex. conſil. 8. l. 1.* d *dicit Petr. de Anch. quòd iſti laici factis hujuſmodi probationibus ſine ſententia compellebant clericos per ſua ſtatuta. unde not. quòd ſicut ſententia non arctat non ſubditum, ita etiam ſtatuta. c. fin. ſupr. dict. §. conſt. eo. li. Font.* e *Non ergo poteſt capere perſonas aut res earum. Do. Pet. de Anch. Phil. Font.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gentis, ante litem conteſtatam objectus, niſi de re judicata, tranſacta, ſeu finita excipiat litigator, litis conteſtationem non impediat, nec retardet: licet dicat objector quòd reſcriptum non fuiſſet obtentum, ſi, quæ ſunt impetranti oppoſita, fuiſſent expoſita deleganti.

### CAP. II.

*Per exceptionem peremptoriam, non fit litis conteſtatio. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

SI oblato ab actore libello, ex parte rei exceptio peremptoria proponatur, nequaquam per hoc litis conteſtatio intelligitur eſſe facta. Imò ea non obſtante (niſi ſit de illis exceptionibus, quæ litis conteſtationem impediunt) fieri oportebit eadem.

## DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

### TITVLVS IV.

### CAP. I.

*Non eſt de ſubſtantia, quòd ſtatim poſt litem conteſtatam juretur de calumnia. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

SI de calumnia, ſeu de veritate dicenda, in primo litis exordio non juretur (ut debet) poterit poſtmodum in qualibet parte litis jurari: cùm hujuſmodi juramenta præſtari ab initio, de ſubſtantia ordinis judiciarii non exiſtat.

*Non annullatur proceſſus, licet tacitè omittatur calumniæ juramentum. h.d.*

Propter omiſſum quoque tacitè in tota cauſa calumniæ juramentum, judicialis proceſſus, aliàs factus legitimè, non eſt nullus, nec etiam annullandus.

*Præcipit quòd in ſpiritualibus ſimul de calumnia, & de veritate juretur. Ioan. And.*

Quamvis a in cauſis ſpiritualibus (in quibus debet de veritate dicenda jurari) canones non indicant alicui calumniæ juramentum: nos tamen (quia frequenter calumniari videmus in ipſis) utile reputamus, quòd ſimul (ſicut plerique obſervant) tam de veritate dicenda, quàm de calumnia (ut via præcludatur calumniis) jurari debeat in eiſdem.

### CAP. II.

*In cauſa appellationis jurari debet de calumnia, & veritate dicenda.*

Idem.

IN appellationis cauſa (quanquam in principali juratum fuerit) præſtare debemus calumniæ juramentum. Et idem in juramento de veritate dicenda volumus obſervari.

*Procurator deputatus poſt juramentum calumniæ, jurabit de calumnia. h.d.*

Procuratores quoque (qui poſt juramentum calumniæ deputantur) teneri volumus (ut calumnia vitetur ab ipſis) ad ſubeundum hujuſmodi juramentum: etiamſi à ſuis dominis, quid ponere, aut reſpondere, ſeu agere debeant, ſint inſtructi.

*Iudex quoties ſibi videtur, exigit juramentum malitiæ: etiam ſi de calumnia, vel veritate juratum ſit. Ioan. And.*

In omnibus autem cauſis, nedum antè, ſed etiam poſtquam lis fuerit conteſtata, ſive de veritate, ſive de calumnia ſit juratum in ipſis, poteſt judex à partibus exigere juramentum malitiæ, quoties viderit expedire.

a Circa iſtum. 5. nota, quòd juramentum de calumnia differt à juramento de veritate. l. 1. 5. quod obſervari. 6. eod. Nam juramentum de calumnia eſt de credulitate: unde ſi aliud fit, non eſt perjurus, quemadmodum dicitur de juramento partis reſpondentis articulo per non credit, neq; reſpondens confitetur, ſed ſolùm relevat adverſarium ab onere probandi. Pet. de Anc. Font.

### CAP. III.

*Procurator habens ſpeciale mandatum, jurat de calumnia. [illegible] And.*

Idem.

NVllam a tibi judex injuriam feciſſe [illegible] procuratorem tui adverſarii conſtitutum [illegible] ſam habentem ſuper hoc ſpeciale mandatum, [illegible] præſtandum in ea calumniæ juramentum.

## DE RESTITVTIONE SPOLIATORUM.

### TITVLVS V.

### CAP. I.

*In civilibus non admittitur ſpoliationis exceptio, [illegible] quàm ab actore. In criminalibus admittitur [illegible] modo ſit de tota ſubſtantia vel majori parte. Exceptio [illegible] bet intra quindecim dies: aliàs fit condemnatio expenſarum. [illegible] And.*

Innocentius IV. in Concilio Lugdun.

FRequens b & aſſidua nos querela [illegible] quòd ſpoliationis exceptio nonnunquam [illegible] ciis calumniosè propoſita, cauſas eccleſiaſticas [illegible] pedit & perturbat c: dum enim exceptio [illegible] appellationes interponi contingit, & ſic [illegible] plerunq; perimitur cauſæ cognitio principalis. [illegible] rea nos, qui voluntarios labores appetimus, [illegible] aliis præparemus, finem litibus cupientes imponi, [illegible] lumniæ materiam amputare: Statuimus, [illegible] negotiis, ſpoliationis objectu (quæ ab alio, quàm [illegible] ctore facta proponitur) judex in principali procedere non poſtponat. Sed ſi in civilibus ab actore, in criminalibus autem ſe ſpoliatum reus aſſerat, à quocunque [illegible] quindecim dierum ſpatium (poſt diem, in quo [illegible] tur) quod aſſerit comprobabit: alioquin [illegible] quas interim actor ob hoc fecerit (judiciali [illegible] præhabita) condemnetur: alias (ſi judici [illegible] fuerit) puniendus. Illum autem ſpoliatum [illegible] lumus in hoc caſu (cùm criminaliter [illegible] ſua ſubſtantia, vel majori parte ipſius ſe [illegible] deſtitutum affirmat: & ſecundùm hoc loqui [illegible] credendum eſt intellectu: quia nec nudi [illegible] inermes inimicis opponere nos debemus: habet [illegible] ſpoliatus privilegium, ut non poſſit exui jam [illegible]

*Excipiens de ſpoliatione facta à tertio, [illegible] judice ſtatuendum debet reſtitutionem petere, [illegible] ceptione non obſtante. Ioan. And.*

Solet d autem inter ſcholaſticos dubitari, ſi [illegible] à tertio, de ſpoliatione contra ſuum accuſatorem [illegible] piat, an ei tempus à judice debeat indulgeri, [illegible] reſtitutionem imploret: ne fortè ſic velit [illegible] mnem accuſationem eludat, quod ſatis [illegible] conſonum æſtimamus e. Quòd ſi intra [illegible] tum reſtitutionem non petierit, & cauſam [illegible] non ducat ad finem: non obſtante ſpoliationis [illegible] ne deinceps poterit accuſari.

*Agenti ſuper rebus eccleſiaſticis, non obſtat exceptio [illegible] privatarum rerum, vel è converſo. Ioan. And.*

Ad hoc ſancimus, ut rerum privatarum [illegible] ti ſuper eccleſiaſticis, vel è contrario, nullatenus [illegible] natur.

### CAP. II.

*Eccleſia, quæ petit reſtitutionem decimarum [illegible]*

a De intellectu vide Matthæum [illegible] dominus. adde Innoc. & Alexan. in l. qui bona. [illegible] damn. infect. b vide Matthæum de affictu [illegible] conturbat. d in antiq. Codic. ita, ſi [illegible] mus.

*parœciam alterius poſſediſſe) non auditur, niſi probet poſſeſſionem legitimam. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

AD decimas *a*, quas canonici *b* ſancti Nicolai ſe aſſerunt intra parœciam eccleſiæ B. clerici poſſediſſe aliquandiu, & eis per eundem clericum ſpoliatos fuiſſe, nequaquam debent reſtitui, niſi evidenter docuerint, quòd earum poſſeſſionem legitimè aſſecuti fuiſſent. Quia eas occupaſſe injuſtè veriſimiliter præſumuntur, cùm proveniant ex prædiis intra alienam parœciam conſtitutis. Sitque manifeſtum (niſi aliud oſtendatur) eas de jure communi ad eandem eccleſiam pertinere.

## DE DOLO ET CONTVMACIA.

### TITVLVS VI.

### CAP. I.

*Actor contumax condemnatur in expenſis: nec citatur ulterius ad ſuam petitionem reus, niſi caveat de veniendo & comparendo.*

Innocentius IV. *c*

ACtor qui ad terminum venire, ad quem citari adverſarium fecerat, non curavit, venienti reo in expenſis *d*, (propter hoc factis legitimè) condemnetur. Ad citationem aliam minimè admittendus, niſi ſufficienter caverit, quòd in termino fideliter debeat comparere.

### CAP. II.

*Iudex appellantem & recedentem citare ulterius non tenetur, ſi vult in cauſa procedere: niſi forſitan appellationi renunciet. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

EVm, quià tua interlocutoria vel gravamine, quòd per te ſibi proponit illatum, à tua præſentia recedit appellans, (cùm proteſtari videatur hoc ipſo ſe nolle coram te de cætero litigare) citare ad alia, quæ poſtea in judicio facienda incumbunt, vel etiam ad ſententiam audiendam, (niſi ſpontè appellationi ſuæ renunciet) non teneris. Nec ideò minus (quòd in ejus abſentia proceſſeris) tuus proceſſus validus reputari debebit.

## DE EO QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM CAVSA REI SERVANDAE.

### TITVLVS VII.

### CAP. VNIC.

*Quando agitur de beneficio eccleſiaſtico, ob contumaciam res non ſit miſſio in poſſeſſionem, ſed ad ſententiam lite non conteſtata proceditur.*

Innocentius IV. *e*

EVm *f*, qui (ſuper dignitate, perſonatu, vel beneficio eccleſiaſtico obtinendis) cum aliquo litigat poſſeſſore, ob partis adverſæ contumaciam, cauſa rei ſervandæ in ipſorum poſſeſſionem ſtatuimus non mittendum: ne per hoc ad ea ingreſſus patere valeat vitioſis. Sed liceat in hoc caſu (contumacis abſentiam divina replente præſentia) etiam lite non conteſtata *g*, diligenter examinato negotio, ipſum fine debito terminare.

## VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETVR.

### TITVLVS VIII.

### CAP. I.

*Si ex duobus litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel à proſecutione cauſæ excludatur, ſi lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.*

Bonifacius VIII.

DIſpendiis, quæ propter electiones diverſas eccleſiæ patiuntur interdum, occurrere cupientes: Statuimus, ut ſi (aliquibus apud ſedem Apoſtolicam, vel alibi litigantibus, ſuper electionibus de ſe in diſcordia celebratis) aliquem ipſorum mori, vel ſuo juri renunciare, aut à proſecutione ipſius contigerit quoquo modo excludi: ad electionem aliam (lite ſuper electione ſuperſtitis electi pendente) nullatenus procedatur. Aliàs attentata contra hoc electio, ipſo jure viribus non ſubſiſtat.

### CAP. II.

*Si beneficiatus (contra quem ſuper beneficio litigatur) cedit, vel decedit, ſi alius lite pendente cum ſuperſtite fuerit electus, non valet electio. Si verò aliqui (quorum interſit) ad defenſionem litis velint admitti, in eo ſtatu, in quo erat cauſa, admittentur. Ioan. And.*

Idem.

SI ij (contra quos ſuper dignitatibus, perſonatibus, vel aliis eccleſiaſticis beneficiis, quæ poſſident *a* litigatur) lite pendente cedant, vel fortè decedant: ne propter novos adverſarios (qui malitioſè interdum petitoribus ſurrogantur) litigia in eccleſiarum diſpendium prorogari contingat: ſtatuimus, ut dignitates, perſonatus vel beneficia hujuſmodi (donec contra ſuperſtites lis finita fuerit) aliis nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur quiſpiam, vel etiam præſentetur. Quòd ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum habeatur. Sanè ſi ad defenſionem ipſius litis, aliqui quorum intererit, petierint ſe admitti, eos in illo ſtatu, in quo ipſam invenerint, decernimus admittendos.

## DE CONFESSIS.

### TITVLVS IX.

### CAP. I.

*Super facto negativo per partem improbabili (ſi judici videbitur) eſt admittenda poſitio. Dominicus.*

Innocentius IV. *in concil. Lugdunenſi.*

STatuimus *b*, ut poſitiones negativas (quæ probari non poſſunt niſi per confeſſionem adverſarii) judices admittere poſſint, ſi æquitate ſuadente viderint expedire.

### CAP. II.

*Si reus juſſus poſitionibus reſpondere recuſat, vel ſi contumaciter recedit, habebuntur pro confeſſatis: ſecus ſi prius, quàm ſic juſſus eſſet, contumax fuerat: nam tunc procedetur contra eum tanquam contra contumacem. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

SI poſt præſtitum veritatis aut calumniæ juramentum, reus vel procurator ipſius, poſitionibus ab adverſario ſibi factis interrogatus, juſſusque à judi-

a *Vid. Matth. de afflict. deciſ. 326.* b *vide Bald. gl. 2. c. fin. ſup. de procur. Font.* c *al. ita: Innoc. IV. in concil. Lugdun.* d *vid. Bald. in l. ſancimus. C. de jud. & c. finem litibus. de dol. & contum. Font.* e *al. ita: Innoc. IV. in concil. Lugdun* f *Ampliа iſtud cap. ad fructus beneficiorum, nec fiet eorum ſequeſtratio niſi in Clem. II. de ſeq. poſ. Phil. Font.* g *Ubi contra contumacem non mittitur in poſſeſſionem, & ſi mora eſt periculoſa, proceditur ad definitivam.*

a *Not. Phil. & Pet. de Anch. cap. quod in beneficialibus eſt vera poſſeſſio, & illa eſt cauſa quare in talibus fiunt poſſeſſoria, ſicut in profanis: & limitant iſtum textum Anch. & Dominicus, non procedere in petitore decedente: neq; obſtat Clem. 16. ſi abero. in eod. quia illa intelligitur, quando nulla lis pendet mortuo petitore: item limitatur text. quando lis eſt inter proviſum à Papa, & eum ad quem ſpectat providere. Phil. hic Font.* b *vide Paul. de Caſt. conſ. 167. incip. ad primum. vol. 2. & Cyn. l. 2. 4. ſed quia. c. de jur. cal.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ce *a* reſpondere, abſque rationabili cauſa recuſet, aut nolit, ſeu contumaciter ſe abſentet, haberi debet (ſuper iis, de quibus in ejusdem poſitionibus interrogatus extitit) pro confeſſo. Verùm ſi antequam reſpondere ſic juſſus fuerit, eum contumaciter abſentari contingat, tunc pro confeſſo non debet haberi: ſed eſt aliàs contra eum, tanquam contra contumacem (prout ratio dictaverit) procedendum.

## DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBUS.

### TITVLVS X.

### CAP. I.

*Socius in crimine ſimoniæ admittitur in teſtem, ſi ſit ſocius criminis tantùm, & agatur civiliter: aliàs non. Ioan. And.*

Gregorius IX. *in concilio generali Lugdunenſi.*

MEdiatores (per quos ſcelus ſimoniæ plerunque committitur) ad teſtimonium contra ſceleris ejusdem auctores (in deteſtationem criminis) admittuntur, ſi non agatur criminaliter, ſed civiliter, & emolumentum exinde non fuerint aſſecuti.

### CAP. II.

*Ponit modum remiſſionis curiæ: & dat modum jurandi ſuper poſitionibus, & dicit per quem jurari debeat: dat modum reſpondendi, & modum teſtes probatorios reprobandi, & reprobatorios iterum reprobandi. h. d. Ioan. And.*

Idem.

PRæſentium auctoritate mandamus, quatenus in cauſa, quæ inter Abbatem & conventum S. Nicolai Andegavenſis ex una parte, & priorem & conventum de Paldigen. Lyconen. diœceſis ex altera (ſuper eo quòd iidem Abbas & conventus, ſe ab ipſis Priore & conventu de Paldigen. poſſeſſione ſubjectionis ejusdem prioratus aſſerunt ſpoliatos, & ſuper irritanda quadam compoſitione olim inita inter partes, & rebus aliis) vertitur: ab eisdem Abbate & priore, nomine ſuo, & in animas conventuum eorundem, vel majoris & ſanioris partis ipſorum, recepto juramento de veritate dicenda: injungas dictis Abbati & priori, (ut tam ponendo, quàm reſpondendo) dicant veritatem, quam (ſuper poſitionibus tibi ſub bulla noſtra tranſmiſſis) ipſi ſciunt, & per illos intelligunt, in quorum animas juraverunt. Præterea ſigillatim ſuper quolibet articulo in qualibet poſitione contento facias à partibus ſufficienter ad invicem reſponderi: nulla prorſus ab eis ſuper ipſis poſitionibus contradictione recepta. Sine juramento autem à ſyndico utriuſque partis quid ſciat de hujuſmodi poſitionibus vel credat, inquiras. Teſtes etiam, quos ſuper articulis ſub eadem bulla tranſmiſſis, pars dictorum prioris & conventus duxerit producendos, ad reprobandos teſtes partis alterius in cauſa principali productos (quorum nomina in eisdem articulis continentur) uſque ad Kal. Novemb. proximò futuri, examines (ſecundùm partis adverſæ interrogatoria, quæ tibi ſub eadem bulla tranſmittimus) diligenter: primò tamen in perſonam cujuslibet teſtis à prædictis Abbate & conventu producti, facta ſigillatim ſpecificatione criminum, & aliorum objectorum ſibi, in eisdem articulis contentorum. Si verò dicti Abbas & conventus aliquos teſtes coram te produxerint, cõtra teſtes *b* ab eisdem priore & conventu producendos [illegible] los (quos ipſi Abbas & conventus, tibi ſuper [illegible] ne teſtium productorum prioris & conventus [illegible] cauſa *a* produxerint) percipere, ac eos uſque ad [illegible] das Februarii proximò futuri diligenter examinare [illegible] cures: ſimul ſpecificatione criminum, & [illegible] contra teſtes eorundem prioris & conventus [illegible] rint) obſervata: prius tamen præſtito juramento [illegible] curatore dictorum Abbatis & conventus, quod [illegible] malitia non procedant.

### CAP. III.

*Advocatus vel procurator principalis cauſæ, in cauſa appellationis teſtificari non poteſt. Iuramentum autem (præſumptione faciente pro appellante) ſibi deferri non debet, niſi* [illegible] *Dominicus.*

Innocentius IV. *in generali concilio Lugdunenſi.*

ROmana eccleſia: & infrà. In appellationis [illegible] is qui appellantis procurator vel advocatus [illegible] judicio fuerat, non recipiatur in teſtem. Neque [illegible] ctè ipſi appellanti (præſumptione faciente pro eo) [illegible] tur etiam juramentum: ſed tunc cùm inſpectis [illegible] rum & ipſius cauſæ circumſtantiis, id fuerit [illegible]

## DE IVREIVRANDO.

### TITVLVS XI.

### CAP. I.

*Prælati, canonici, rectores, & officiales* [illegible] *ſtatuta, & conſuetudines loci vel eccleſiæ* [illegible] *juramenti non obligantur ad illicita, impoſſibilia vel* [illegible] *eccleſiaſticæ libertati: nec ad ea debet* [illegible] *And.*

Nicolaus III.

COntingit *b* in nonnullis eccleſiis [illegible] conſuetudine obſervari, quod nec [illegible] lati (cùm primò ad eccleſias [illegible]) admittuntur, nec canonici (cùm de [illegible] novis canonicis agitur) aliter recipiuntur [illegible] jurent ſtatuta & conſuetudines ipſarum [illegible] ſcripta & non ſcripta inviolabiliter obſervare [illegible] laicos etiam in multis civitatibus, caſtris, & terris [illegible] poteſtatibus, rectoribus vel officialibus aſſumendis [illegible] ſuetudinis morbus irrepſit: quod poteſtates [illegible] & officiales hujuſmodi, ad poteſtarias, rectorias [illegible] cia eadem (niſi prius ſervaturos ſe ſtatuta [illegible] corum clauſa *c* juraverint) nullatenus [illegible] Quia verò in ſtatutis, conſuetudinibusque [illegible] terdum aliqua reperiuntur illicita ſeu impoſſibilia [illegible] obviantia eccleſiaſticæ libertati (ne ſub tali [illegible] tate jurandi, ſic jurantibus peccandi occaſio [illegible] cùm juramentum non fuerit, ut eſſet iniquitatis [illegible] lum, inſtitutum) hac generali conſtitutione [illegible] periculis obſiſtere cupientes: præcipimus à [illegible] que ſcientibus contineri in prædictis conſuetudinibus & ſtatutis, illicita, impoſſibilia vel libertati eccleſiaſticæ obviantia, juramenta hujuſmodi aliquatenus [illegible] præſtari. Et talia juramenta ea intentione [illegible] facta, ut etiam illicita vel impoſſibilia, ſeu eccleſiaſticæ libertati obviantia obſerventur (cùm etiam ſub [illegible] tentione præſtari non poſſint abſque divinæ [illegible] offenſa) decernimus in hujuſmodi illicitis, impoſſibilibus, ſeu libertati eccleſiaſticæ obviantibus, non [illegible] da: quin potius pro animarum ſalute, ſi ſub forma [illegible] dicta vel ſimili aliquos ignorantes prædicta illicita [illegible]

a *Vide ſupr. c. prox. & ff. de interrog. act. l. ſi ſine. ſupr. de dolo. ſicut ibi de hoc Ioan. And.* b *Not. quòd judex poteſt præfigere terminum ad reprobandas perſonas teſtium ante publicationem atteſtationum. Nam atteſtationes publicatæ non erant, quia judex eas cauſas tenebatur remittere. Pet. de Anch. Font.*

a *Dictio, cauſa, deeſt in antiq. codic.* b *De* [illegible] *de Decium in rub. de conſt. 1. lect.* c *an ſit differentia* [illegible] *ſimpliciter, obſervare ſtatuta, vel contenta in ſtatuto,* [illegible] *ſtatuto, vide Fel. in c. cùm acceſſiſſent. de conſtit.*

impoſſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

impoſſibilia, vel libertati eccleſiaſticæ obviantia jurare contigerit, ad obſervanda duntaxat licita, poſſibilia & non obviantia libertati eccleſiaſticæ, jurantium referri debet intentio. Declaramus quoque juramenta ſub hujuſmodi generalitate qualitercunque & ſub qualicunq; *a* verborum forma præſtita vel præſtanda, ad licita, poſſibilia, & libertati eccleſiaſticæ non obviantia *b*, tantùm extendi: ipſoſque jurantes ad alia per præſtationem juramenti hujuſmodi non teneri.

### CAP. II.

*Per eccleſiaſticum judicem ordinarium loci, compellitur judex ſecularis eccleſiaſticâ cenſurâ, jus canonicum, quod ad proviſionem animarum ſtatutum eſt, ſervare.*

Bonifacius VIII.

LIcet mulieres, quæ alienationibus dotium & donationum propter nuptias conſentiunt non contravenire, proprio juramento firmantes, ſervare juramentum hujuſmodi non vi nec dolo præſtitum, de jure canonico teneantur: quia tamen quidam judices ſeculares contra præfatas alienationes audiunt, quamvis eis conſtet legitimè de hujuſmodi juramento *c*. Nos animarum periculis obviare volentes, eoſdem judices ad ſervandum hoc jus canonicum, per locorum ordinarios cenſura eccleſiaſtica decernimus compellendos.

### CAP. III.

*Electus poſt ſacramentum, ponens vel reſpondens contraria dicitur (niſi rationabiliter excuſetur) velut perjurus à confirmatione repellitur. Idem ſi hoc fecerit procurator, ipſo mandante, vel ratum habente, vel non revocante. h. d. Ioan. Andr.*

Idem.

CVm in poſitionibus ſuper electionis tuæ negotio (poſt juramentum in cauſa præſtitum) à te datis, ſeu reſponſionibus, quas ad poſitiones tui adverſarii feciſſe dignoſceris, reperiatur contrarietas manifeſta: tibi tanquam perjuro (niſi juſta cauſa & rationabilis te excuſet) ſuper ipſa electione perpetuum ſilentium imponi debebit.

Idem fiet, ſi (te expreſsè mandante, vel etiam ex poſt facto ſciente, ac ratum habente, ſeu non revocante) poſitiones, aut reſponſiones hujuſmodi contrarias tuo nomine tuus fecerit procurator.

## DE EXCEPTIONIBVS.

### TITVLVS XII.

### CAP. I.

*Sex ſunt dicta hujus decretalis. Primò ponit arengam, & jus antiquum, & conſtitutionis cauſam. Secundò dicit, quòd reus, qui contra actorem de excommunicatione excipit, ut ipſum repellat ab agendo, debet ipſius excommunicationis ſpeciem, & nomen excommunicatoris exprimere, & eam intra octo dies probare: alias judex procedet in cauſa, & illum in expenſis condemnabit. Tertiò dicit, quòd ſi iterum objiciatur, & probetur eadem vel alia excommunicatio, actor repellitur: ſed quæ acta ſunt, valebunt. Quartò, quòd ultra duas vices hæc exceptio non opponatur, niſi ex cauſa. Quintò, quòd ſi opponitur poſt rem judicatam, impeditur executio, ſed ſententia nihilominus valet. Sextò dicitur, quòd judex publicè excommunicatum, reo non opponente, ex ſuo officio debet ab agendo repellere. Ioan. And.*

Innocentius IV. *in concilio Lugdun.*

a *Al. quacunq;.* b *hic generalis principii confirmatio trahitur ad illicita, & alia de quibus in text. Alex. conſil. 59. volum. 1. & Dec. conſil. 172.* c *vide not. per Rom. ſing. 498. in cap. ubi juramentum. & 499. incip. tu ſcis. & per Ioan. And. in cap. cum laicus. de foro competent. adde Fel. in c. 1. ext. de jurejur.*

PIa *a* conſideratione ſtatuit mater eccleſia, quòd majoris excommunicationis exceptio, in quacunque parte judiciorum oppoſita, lites differat, & repellat agentes: ut ex hoc magis cenſura eccleſiaſtica timeatur, communionis *b* periculum evitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & excommunicati (dum à communibus actibus excluduntur) rubore ſuffuſi, ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum faciliùs inclinentur: ſed hominum ſuccreſcente malitia quod proviſum eſt ad remedium, tendit ad noxiam. Dum enim in cauſis eccleſiaſticis frequentius hæc exceptio per malitiam opponitur, contingit interdum differri negotia, & partes fatigari laboribus & expenſis: proinde (quia morbus iſte quaſi communis irrepſit) dignum duximus communem adhibere medelam. Si quis igitur excommunicationem opponit, ſpeciem illius, & nomen excommunicatoris exprimat, ſciturus eam rem ſe deferre debere in publicam notionem, quam intra octo dierum ſpatium (*c* die in quo proponitur minimè computato) probare valeat apertiſſimis documentis. Quòd ſi non probaverit, judex in cauſa procedere non omittat: reum in expenſis, quas actor ob hoc diebus illis ſe feciſſe docuerit, præhabita taxatione condemnans. Si verò poſtmodum inſtantia durante judicii, & probationis copia ſuccedente, de eadem excommunicatione, vel alia excipiatur iterum, & probetur, actor in ſequentibus excludatur, donec meruerit abſolutionis gratiam obtinere: iis, quæ præceſſerunt nihilominus in ſuo robore duraturis. Proviſo, quòd ultra duas vices hæc non opponatur exceptio, præterquàm ſi excommunicatio nova emerſerit, vel evidens, & prompta probatio ſupervenerit de antiqua. Sed ſi poſt rem judicatam talis exceptio proponatur, executionem impediet: ſed ſententia, quæ præceſſit non minus robur debitum obtinebit: eo tamen ſalvo, ut ſi actor excommunicatus ſit publicè, & hoc judex noverit *d* quandocunque (etſi de hoc reus non excipiat) judex ex officio *e* ſuo actorem repellere non poſtponat.

### CAP. II.

*Exceptio rei judicatæ per eccleſiaſticum judicem admitti debet in foro ſeculari, & è converſo. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

CVm quidam ſeculares judices (dum coram eis excipitur de re per eccleſiaſticum judicem judicata, in caſu, quoad eum pertinet cognitio de conſuetudine, vel de jure) recuſent excipientes audire, in derogationem juriſdictionis eccleſiaſticæ & contemptum: Decernim' ut per cenſuram eccleſiaſticam ab iniquitate coërceantur hujuſmodi, & ad admittendum exceptionem eandem [ubi aliàs de jure debet admitti] à locorum ordinariis compellantur.

Similiter eccleſiaſtici judices [ſi coram ipſis excipiatur de re per ſecularem judicem judicatâ] exceptionem ipſam admittant, in iis, quæ animarum periculum non inducunt: per ſuperiores ſuos [niſi fecerint] animadverſione debita caſtigandi.

## DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

### TITVLVS XIII.

### CAP. I.

*In præſcriptionibus ſufficit bona fides, ubi jus commune,*

a *De intellectu vide Covarruv. in cap. quamvis. de pac. lib. 6. in 3. par. relictio. § 3. & Lud. Gom. in reg. cancellariæ, de annali poſſeſſore, quæſt. 44.* b *al. & communionis.* c *ſed ſi ultimus dies eſſet feriatus, an talis inter octo eſſet computandus, docet Fel. in cap. fin. de except.* d *Not. quòd non ſequitur, iſte eſt publicè excommunicatus, ergo judex ſcit. Vide §. notandum. 2. q. 1. Anch. Fent.* e *vide Dec. in c. paratt. de appell.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*vel præſumptio non eſt contra præſcribentem, aliàs debet allegari titulus, & probari: niſi ſit præſcriptio, cujus contrarii non extat memoria. h. d. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

EPiſcopum, qui eccleſias, & decimas, quas ab eo repetis, proponit (licet in tua ſint conſtitutæ diœceſi) ſe legitimè præſcripſiſſe, allegare oportet (cùm jus commune contra ipſum faciat) hujuſmodi præſcriptionis titulum a, & probare. Nam licet ei qui rem præſcribit eccleſiaſticam, ſi ſibi non eſt contrarium jus commune, vel contra eum præſumptio non habeatur, ſufficiat bona fides, ubi tamen eſt ei jus commune contrarium, vel habetur præſumptio contra ipſum, bona fides non ſufficit, ſed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi. Niſi tanti temporis allegetur præſcriptio, cujus contrarii memoria non exiſtat.

CAP. II.

*Privatus ipſo jure, vel per ſententiam, bonis, quæ tenet à Romana, vel aliis eccleſiis, illa minori ſpacio centum annorum contra Romanam, vel quadraginta contra alias non præſcribit. Filii autem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam & alias eccleſias præſcribunt ſpacio quadraginta annorum: & idem in extraneis. Ioan. And.*

Idem.

SI qui b (exigentibus culpis, vel exceſſibus ab eiſdem commiſſis) bonis quæ à Romana, vel ab aliis tenent eccleſiis, ſint per ſententiam, vel ipſo jure privati: ſtatuimus, ut in apprehendendis, vel occupandis, poſtea quandocunque bonis eiſdem, nullus [licet leges humanæ ſuper hoc alia tempora ſtatuere videantur] ipſis eccleſiis temporis lapſus obſiſtat, niſi contra ipſam Rom. eccleſiam centenaria, vel contra eccleſias alias quadragenaria præſcriptio legitimè ſit completa. Si poſt mortem hæreticorum [qui dum viverent, catholici putabantur] bona ipſorum à catholicis eorum filiis, vel nepotibus, aut extraneis quibuſcunque, ſpacio XL. annorum fuerint bona fide poſſeſſa: ſancimus eos, ſuper bonis hujuſmodi [etiam ſi ad Romanam pervenire deberent eccleſiam] in hoc caſu non eſſe ulterius moleſtandos: quanquam illi, quorum bona fuerant, nunc detegantur hæretici extitiſſe.

## DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

### TITVLVS XIV.

CAP. I.

*Iudex, qui contra juſtitiam, & contra conſcientiam aliquid in judicio fecerit in gravamen partis, per gratiam, vel per ſordes, condemnandus eſt parti læſæ in æſtimationem litis, & per annum eſt ſuſpenſus & perpetuò, ſi medio tempore ingerat ſe divinis, niſi Papa cum ipſo diſpenſet. Ioan. And.*

Innocentius IV. *in concil. Lugdunen.*

CVm æterni tribunal iudicis illum reum non habeat, quem iniuſtè iudex condemnat, teſtante Propheta: nec damnabit eum, cùm judicabitur ille: Caveant eccleſiaſtici judices, & prudenter attendant, ut in cauſarum proceſſibus nil vindicet odium, vel favor uſurpet, timor exulet, præmium aut expectatio præmii juſtitiam non evertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine, ut in omnibus quæ in cauſis agenda fuerint, præſertim in concipiendis ſententiis & ferendis, præ oculis habeant ſolum Deum: illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingreſſus ad Dominum [illegible] ut ſecundùm ejus imperium judicaret. Si quis [illegible] judex eccleſiaſticus, ordinarius, aut etiam delegatus [illegible] mæ ſuæ prodigus, & proprii perſecutor honoris, contra conſcientiam, & contra juſtitiam, in gravamen partis [illegible] terius in judicio quicquam fecerit per gratiam, vel per ſordes, ab executione officii per annum noverit ſe ſuſpenſum, ad æſtimationem litis parti, quam læſerit, [illegible] nus condemnandus. Sciturus, quòd ſi ſuſpenſione [illegible] rante damnabiliter ingeſſerit ſe divinis, irregularitatis laqueo ſe involvet, ſecundùm canonicas ſanctiones, qua non niſi per ſummum Pontificem poterit liberari: ſalvis aliis conſtitutionibus, quæ judicibus male judicantibus pœnas ingerunt & infligunt. Dignum [illegible] nim, ut qui in tot præſumit offendere, pœna [illegible] caſtigetur.

CAP. II.

*Papa Imperatorem deponere poteſt ex cauſa [illegible] cundùm Paulum.*

Idem *ſacro præſente concilio, ad memoriam ſempiternam.*

AD Apoſtolicæ dignitatis; & infra. [illegible] guerrarum commotio nonnullas [illegible] Chriſtianæ provincias diutius afflixiſſet, nos ad [illegible] præcipuum Principem ſecularem, hujuſmodi [illegible] & tribulationis auctorem, à felicis recordationis [illegible] rio Papa IX. prædeceſſore noſtro, pro ſuis exceſſibus anathematis vinculo innodatum, speciales nuncios, [illegible] gnæ auctoritatis viros, videlicet venerabiles fratres [illegible] ba. & Hu. b Sabin. Epiſcopos, ac dilectum filium [illegible] mum Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbyterum Cardinalem, qui ſalutem zelabantur ipſius, duximus deſtinandos: facientes ſibi proponi per ipſos, quòd nos & [illegible] noſtri (quantum in nobis erat) pacem [illegible] per omnia cum habere, nec non cum omnibus hominibus, [illegible] mus, parati ſibi pacem & tranquillitatem [illegible] etiam univerſo. Et quia prælatorum, [illegible] umque aliorum quos detinebat captivos, [illegible] clericorum, quàm laicorum, quos ceperat [illegible] ſtitutio, poterat eſſe pacis plurimùm inductiva, [illegible] illos reſtitueret (cùm hoc idem, tam ipſe, [illegible] cii, antequam ad apoſtolatus vocati eſſemus officium, promiſiſſent) rogari & peti ab ipſo fecimus per [illegible] ac proponi inſuper, quòd iidem pro nobis [illegible] audire, & tractare pacem, ac etiam audire [illegible] nem, quam facere Princeps vellet de omnibus [illegible] bus erat vinculo excommunicationis aſtrictus [illegible] re præterea, quòd ſi eccleſia eum in aliquo [illegible] debitum læſerat (quod non credebat) parata erat [illegible] gere, ac in ſtatum debitum reformare. Et ſi [illegible] pſe, quòd in nullo contra juſtitiam læſerat [illegible] vel quòd nos eum contra juſtitiam læſiſſemus, [illegible] mus vocare Reges, prælatos, & Principes, tam eccleſiaſticos, quàm ſeculares ad aliquem tutum locum, [illegible] ſe, vel per ſolennes nuncios convenirent [illegible] ta eccleſia de conſilio concilii ſibi ſatisfacere, ſi [illegible] ſiſſet in aliquo, ac revocare ſententiam, ſi [illegible] ipſum injuſtè tuliſſet, & cum omni manſuetudine [illegible] ſericordia (quantum cum Deo & honore [illegible] rat) recipere de injuriis & offenſis ipſi eccleſiæ, [illegible] per eum irrogatis, ſatisfactionem ab f [illegible] omnes amicos ſuos ſibique adhærentes g in pace [illegible] re, plenaque ſecuritate gaudere, ut nunquam [illegible]

a *An ſufficiat titulus putativus, docent Abb. & Fel. in c. de quarta. & in c. auditis. de præſcr.* b *De intellectu. Ioan. Fab. inſtit. de uſu & rebus fiſci.*

a *Vid. do. in c. ſi. de cle. excom. miniſt. & quid ſit* [illegible] *& unde ſumpſerit originem. Do.* b [illegible] c [illegible] *compe. vid. ad 6. v. & Fel. in c. cum ſit. de for. comp.* d [illegible] *dam manifeſt. deſunt hæc duo verba, contra debitum.* e [illegible] *rent.* f *al. ab ipſo.* g [illegible] *vid. c. mutare.* [illegible] *ſ. ſi. ff. de arb. & Bar. in l. ſi ſit. ff. de verb. obl.* [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſione poſſent aliquod ſubire diſcrimen. Sed licet ſic apud eum pro pace paternis monitis, & precum curaremus inſiſtere lenitate. Idem tamen Pharaonis imitatus duritiam, & obturans *a* more aſpidis aures ſuas, preces hujuſmodi & monita, elata obſtinatione, ac obſtinata elatione deſpexit: propter quod non valentes abſque gravi offenſa Chriſti ejus iniquitates amplius tolerare, cogimur (urgente nos conſcientia) juſte animadvertere in eundem. Et ut ad præſens de cæteris ejus ſceleribus taceamus, quatuor graviſſima (quæ nulla poſſunt tergiverſatione celari) commiſit. Dejeravit enim multoties, pacem quondam inter eccleſiam & imperium reformatam temerè violando: *& infrà.* Perpetravit ſacrilegium, capi faciens cardinales ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac aliarum eccleſiarum prælatos, & clericos religioſos & ſeculares venientes ad concilium, quod idem prædeceſſor noſter duxerat convocandum: *& infrà.* De hæreſi quoque non dubiis & levibus, ſed difficilibus & evidentibus argumentis ſuſpectus habetur: *& infrà.* Præter hæc regnum Siciliæ (quod eſt ſpeciale patrimonium B. Petri *b*, & idem Princeps ab Apoſtolica ſede tenebat in feudum) jam ad tantam in clericis & laicis exinanitionem, ſervitutemq; redegit, quòd eis penè penitus nihil habentibus, & omnibus exinde ferè probis ejectis, illos, qui remanſerunt ibidem ſub ſervili quaſi conditione vivere, ac Romanam eccleſiam (cujus ſunt homines principaliter & vaſalli) offendere multipliciter, & hoſtiliter impugnare compellit. Poſſet etiam meritò reprehendi, quod mille quidem fartorum annuam penſionem (in qua pro eodem regno ipſi eccleſiæ Romanæ tenetur) per novem annos, & amplius ſolvere prætermiſit.

Nos itaque ſuper præmiſſis, & quam pluribus aliis ejus nefandis exceſſibus, cum fratribus noſtris, & ſancto concilio deliberatione præhabita diligenti (cùm Ieſu Chriſti vices licet immeriti teneamus in terris, nobisq; in B. Petri perſona ſit dictum *c*: Quodcunque ligaveris ſuper terram, ligatum erit & in cœlis) memoratum Principem, qui ſe imperio & regnis *d*, omnique honore & dignitate reddidit tam indignum, quique propter ſuas iniquitates adeò ne regnet, vel imperet, eſt abjectus, ſuis ligatum peccatis, & abjectum, omnique honore ac dignitate privatum à Domino oſtendimus, denunciamus, & nihilominus ſententiando privamus: omnes, qui ei juramento fidelitatis tenentur adſtricti, à juramento hujuſmodi perpetuò abſolventes: auctor. Apoſtol. firmiter inhibendo, ne quiſquam de cætero ſibi tanquam Imperatori vel Regi, pareat & intendat. Decernendo *e* quoſlibet, qui ei deinceps velut Imperatori vel Regi conſilium vel auxilium præſtiterint, ſeu favorem, ipſo facto *f* excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Illi autem, ad quos in eodem imperio Imperatoris ſpectat electio, eligant liberè ſucceſſorem.

De præfato Siciliæ regno providere curabimus, cum eorundem fratrum noſtrorum conſilio, ſicut viderimus expedire.

## CAP. III.

*Qui petit rem certam cauſa expreſſa, ſi illam cauſam non probat, ſuccumbit: licet aliam probet, maximè poſtmodum emergentem. Ioan. And.*

Idem *Præceptori hoſpitalis S. Ioannis Hieroſol. in Hiſpania: & commendatori, ac fratribus domus de Curvarsa, hoſpitalis ejuſdem.*

a *Alias, obturantis.* b *Adde cap. mandata. & ibi Dd. de praeſcrip. & cap. 1. 94. diſt. & in cap. 1. Romani. de jur.* c *Matthæi 16.* d *Nota quòd dignitates ſeculares de jure plures ſimul teneri poſſunt abſq; diſpenſatione: licet ſecus ſit in eccleſiaſticis. de quo in cap. 1. de conſuet. & cap. de multa. de præbendis.* e *al. & decernendo.* f *Id abſq; monitione. Ita Decr. in cap. reprehenſibilis. de appell. & conſil. 138.*

ABbate ſanè: *& infrà. a* Abbas de Bonefac. pro ſe & conventu ſuo proponens, locum de Roſellis eſſe prædicti monaſterii jure dominii, vel quaſi, & cum ſuis finibus ex litigatione Regis Aragoniæ ad ipſum monaſterium pertinere: petiit adjudicari eidem monaſterio locum ipſum, & vos exinde amoveri. Allegabatur autem pro parte veſtra, quòd facta vobis donatio de prædictis valida exiſtebat, quamvis illa ſub Sarracenorum tunc exiſterent poteſtate: quia non ſimpliciter, ſed ſub conditione fuêre donata, videlicet ſi ad manus fidelium devenirent. In quo caſu conceſſio poterat, & debebat habere vigorem: quia ipſi donationi rerum donatarum natura vel qualitas non obſtabat, & ſalubre ac laudabile quidem erat, ſpectare ac præſtolari tempus, quo illa Chriſtianorum dominio ſubderentur: quare mox cùm pervenerunt ad ipſos, fuerunt ad vos totaliter devoluta. Multùm quoque diſtabat, an ipſi monaſterio de Bonefac. vel prædicto monaſterio Populeti ab eodem Rege facta donatio fuiſſet: quia ſi liquebat prædicta monaſteria Populeti ab ipſo Rege, ac ab illo Abbati & conventui de Bonefac. fuiſſe collata: non tamen ob hoc conſtabat dictum Regem ipſi monaſterio de Bonefac. illa donaſſe, vel mandaſſe donari. Nec pro eo quod voluit & ſtatuit, ut ædificaretur ibi monaſterium, poterat & debebat intelligi eum prædicta, vel eorum aliqua conſtruendo monaſterio donaviſſe: cùm illa potius ſua videretur intentio, ut (quia præfatum monaſterium Populeti, tot & tantorum bonorum largitione ditabat) Abbas & conventus ipſius pro ſua ſuorumque ſalute monaſterium conſtruere tenerentur; præſertim quia monaſterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat. Præmiſſa verò conceſſio facta monaſterio de Bonefac. ab Abbate & conventu monaſterii Populeti, nullum prorſus ei videbatur afferre ſuffragium, pro eo potiſſimè *b*, quòd poſt litem conteſtatam, & proceſſum judicii facta fuerat, ſicut clarè patebat ex inſtrumento præfato. Vnde cùm jus (ſi quod in prædictis ipſi monaſterio de Bonefac. ex conceſſione hujuſmodi competebat) in judicio minimè deduxiſſet: (quia videri non poteſt illud veniſſe, quod poſtmodum accidit) pronunciari utique ſuper petitis non poterat ex eadem. Pro parte autem altera dicebatur, quòd cùm Rex ipſe ſua probitate ac ſtudio, ab infidelibus loca conquiſiverit ſupradicta, donatio avi, vel patris ipſius prius facta de illis, cùm ad cultum fidei pervenirent, Regem eundem, quoad hæc ſic per eum poſtmodum acquiſita, obligare non potuit: cùm ſua propria facta eſſent, & viderentur ab aliis bonis hæreditariis ſeparata.

Porrò præfata conceſſio facta monaſterio de Bonefac. à monaſterio Populeti, licet poſt acceptum judicium cauſæque proceſſum intervenerit, prodeſſe tamen & valere debebat, cùm pro actore (quòd de jure ſuo ex cauſa idonea, quamvis ſupervenienti *c* appareat) ſatis ſufficere videatur, ſatisque eſſe, ſi (prout ſervatur in reo) interſit ipſius tempore ſententiæ proferendæ. Sed ad hæc pars veſtra reſpondit, quòd cùm tam ſupradicti avi donatio, quàm locorum acquiſitio præmiſſorum, fuerint nomine regni factæ: memoratus Rex donationem ſervare hujuſmodi tenebatur *d*. Cæterùm prædicta monaſterii Populeti conceſſio, monaſterio de Bonefac. auxiliari non poterat in hac parte: quia cùm quis egit ex aliqua certa & ſpeciali cauſa, & poſtea, ſive alia, ſive ſimilis ei, quam expoſuit, accidit, videri non poteſt illa in judicio deveniſſe: cùm judex tunc proſpicere ac at-

a *De intellectu, vid. Ioan. Fab. inſt. de act. §. ſic itaq; diſcretis.* b *Vid. Bart. & Alex. in l. habebat. de inſtit. & Alexan. in l. diviſis. de re judic. & Felin. in cap. licet. de probat.* c *Vid. deciſ. Rot. 176. in novis.* d *Vid. de hoc Bart. in l. prohiberet. §. planè. ff. quod vi aut clam. & Ruin. conſil. 25. lib. 2.*

tendere debeat diligenter, an *a* ex ea omninò eadem, quæ prius expreſſa extitit, utpote, quæ tunc etiam competeret, actoris intentio ſit fundata. Secus autem cùm egit vel petiit in genere, nullius certæ, vel ſpecialis cauſæ faciens mentionem: videlicet quia generaliter fortè propoſuit aliquem obnoxium eſſe ſibi, vel ad ſe jure dominii, vel quaſi, rem aliquam pertinere: tunc enim hoc præcipuè eſt inſpiciendum judici, an ſufficienter vel minimè, de jure vel intentione conſtet actoris. Vnde ſi de hoc ex cauſa etiam poſtmodum accidenti liqueat, poteſt & debet judex (etiam ſi appareat minus juſtè à principio fore actum) ſuum exinde animum informare. Quoniam, etſi petitum fuerit indebitè, non ob hoc tamen minùs valuit & tenuit judicium ſubſecutum: nec illius acta vel geſta propterea minus valida extiterunt: nec etiam judex ipſe cognita taliter veritate, pronunciare in contrarium poſſet cum libera conſcientia & ſecura. Non prodeſſet etiam multum reo, ſi tunc fortè in ipſum hujuſmodi ſupervenienti cauſa, condemnatio non ferretur: quum mox alio inſtituto judicio foret ex illa meritò condemnandus. Vnde etſi actori ſuam ex ſupervenienti cauſa intentionem ſufficiat fundaviſſe, quum egit aliqua cauſa ſpecialiter non expreſſa: ſecus tamen eſt ſi certam & ſpecialem in ſua petitione ſubjunxerit, niſi poſtmodum intentionem ſuam ex eadem prorſus (quam prius expreſſit) tunc *b* etiam competenti cauſa fundarit. Quare quum memoratus Abbas monaſterii de Bonefac. propoſuerit ſæpefatum locum de Roſel. cum ſuis terminis ad ipſum monaſterium ex prædicti Regis largitione ſpectare, nec de aliqua facta ipſi monaſterio ſuper hoc ab eodem Rege conceſſione docuerit, oſtenderit autem donationem quondam factam illi de his ab Abbate & conventu monaſterii Populeti, quæ nec in ſua petitione fuerat expreſſa, nec etiam ante facta, nullum profectò commodum ex ea reportare debebat.

Præfatus igitur Cardinalis præmiſſis omnibus, & aliis, quæ hinc inde fuerunt propoſita diligenter auditis, ac utriuſque partis meritis æqua juſtitiæ lance diſcuſſis, prudenter attendit, id (quod prædicti Abbas & conventus de Bonefac. propoſuerunt, intentionem videlicet actoris, ex iis, quæ poſt litis conteſtationem accidunt poſſe fundari, eaque debere in judicium devenire) tunc locum habere (ſicut congruè allegatum eſt ſuprà) videlicet quando ex certa & expreſſa *c* cauſa ſpecialiter non eſt actum. Ex iis enim, quæ poſt inchoatum judicium eveniunt, quando cauſa fuit expoſita ſpecialis, nec debet, nec poteſt judicis animus ad proferendam ſententiam informari: quia quum certæ cauſæ facta eſt mentio, utpote donationis, vel venditionis aut alterius ſpecialis, oportet incœpti judicii tempus attendi, ut liquidò cognoſcatur, an tunc interfuerit actoris, propter illa, quæ ſpecialem comitantur cauſam, & neceſſariò adeſſe debent, veluti locus & tempus, & hujuſmodi, quæ ſunt ſolicitè attendenda, & ſine quibus cauſa vacua & invalida cenſeretur. Sed cùm eſt in genere abſque alicujus cauſæ declaratione petitum, non ſic oportet accepti judicii tempus inſpici: quia non requiruntur, nec ſunt opportuna, nec attendi poſſunt hujuſmodi comitantia in hoc caſu *d*. Et licet aliquibus curioſis (qui de iis, quæ non multùm expediunt, ſæpe diſceptant) aliter forſan appareat, quando actum eſt cauſa aliqua non expreſſa *e*, utilius tamen videtur negotia tali expediri compendio, quàm per quandam exactam ſubtilitatem longo diſpendio protogari: præſertim cùm nonnulla pro utilitate communi contra juris aſperitatem ex æquitatis manſuetudine tolerantur. Vnde idem Cardinalis conſiderans, quod [illegible] Abbas & conventus de Bonefac. non probaverunt [illegible] tionem ſuper his regiam legitimè ſibi factam, ex qua ſpecialiter vos impetere videbantur, ab hujuſmodi [illegible] dem Abbatis & conventus impetitione, de mandato noſtro præhabito fratrum noſtrorum cōſilio, vos duxit ſententialiter abſolvendos. Nos igitur Cardinalis ejuſdem ſententiam ratam habentes, eam auctoritate Apoſtolica confirmamus.

### CAP. IV.

*Si ex pluribus judicibus vel arbitris, unus (aliis præſentibus & mandantibus) per verba pluralis numeri ferat ſententiam, valet ſententia. Electio autem pronuncianda eſt per verba ſingularis [illegible] h.d. Ioan. And.*

Bonifacius octavus.

CVm *a* ab uno arbitrorum vel judicum (aliis præſentibus & mandantibus) ſcripta ſententia [illegible] tur, habetur perinde ac ſi ſimul eſſet ab omnibus [illegible] tata *b*. Oportet tamen, ut is qui recitat non utatur verbis ſingularis numeri, ſed pluralis: ut dicat, Nos [illegible] judices vel arbitri pronunciamus, ſeu ſtatuimus in hunc modum. Licet ſecus in electione ſervetur, [illegible] cenſeatur evidentius unica, & communis) eſt [illegible] ce omnium (ſive per compromiſſum, ſive per [illegible] procedatur) electionis pronunciatio per verba ſingularis numeri facienda.

### CAP. V.

*Ponit tres caſus nullitatis ſententiæ: & eorum [illegible] excipit. h.d. Ioan. And.*

Idem.

ETſi ſententia definitiva (poſtquam ſcripta fuerit) debeat à judice, non ab alio, de ſcripto recitari, proferri (aliàs nec nomen ſententiæ meretur [illegible] nec ab ea ſit appellare neceſſe) Epiſcopo tamen (quem propter dignitatis prærogativam, ampliori [illegible] honore fulgere) ſententiam ab eo ferendam [illegible] ſtar illuſtrium perſonarum) per alium [illegible] Sententia, quam ſcriptam edi à judice litigatoribus [illegible] ri, vel quam ab ipſo ſtando non ſedendo proferri [illegible] git, nullius penitus eſt momenti.

## DE APPELLATIONIBVS

### TITVLVS XV.

### CAP. I.

*Appellans ad Papam in judicio vel extra, appellare debet in ſcriptis, & cauſam exprimere, & apoſtolos petere. Si vult & [illegible] pellatus, principales perſonæ per ſe, vel per procuratores [illegible] ſuper principali, accedere debent ad Papam. In appellatione [illegible] ſententia definitiva interpoſitis nil mutatur. Demum [illegible] facienti imponitur pœna. Ioan. And.*

Innocentius IV. *In Concilio Lugdun.*

COrdi nobis eſt lites minuere, & à laboribus relevare ſubjectos. Sancimus igitur, ut ſi quis in judicio vel extra, ſuper interlocutoria, vel gravamine aliquo ad nos duxerit appellandum, cauſam appellationis in ſcriptis aſſignare deproperet, [illegible] petat apoſtolos, quos ei præcipimus exhiberi. In quibus appellationis cauſam exprimat, & cur appellationi [illegible] non ſit admiſſa, vel ſi appellationi forſan ex ſuperiori reverentia ſit delatum. Poſt hoc appellatori [illegible]

a *In quodam manuſcripto legitur ſic, an & omninò eadem, &c.* b *al. & tunc etiam.* c *Vid. ad hoc Bart. in l.1. ff. de edend. & l. habebat. ff. de juſt. & jur. & F. in c. ex parte. 1. de reſcr.* d *Vid. Bar. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei jud. Font.* e *Vid. l. ſi rem. §. fin. ff. de pig. act. l. non poteſt videri. ff. de jud.*

a *Ad intelligentiam vid. not. per Dd. ac præſertim Arc. in [illegible] in c. ſicut cùm per form. de elect. l. 6.* b *Vid. §. fin. autem. [illegible] ut jud. non exp.* c *Vid. Bar. in l. ejus. ff. de appell. & gl. [illegible] ad fin. ff. eodem. Ang. Ar. in d. l. 1. Font.*

Iocorum

locorum diſtantiam, perſonarum & negotii qualitatem tempore proſecutionis indulto, ſi voluerit appellatus, & petierit, principales perſonæ per ſe, vel per procuratores inſtructos, cum mandato ad agendum, & cum rationibus & munimentis ad cauſam ſpectantibus, accedant ad ſedem Apoſtolicam, ſic parati, ut [ſi nobis viſum fuerit expedire] finito appellationis articulo, vel de partium voluntate omiſſo, procedatur in negotio principali, quantum de jure poterit & debebit. Iis quæ in appellationibus à definitivis ſententiis interpoſitis antiquitas ſtatuit, non mutatis. Quòd ſi appellator, quæ præmiſſa ſunt, non obſervet: reputabitur non appellans, & ad prioris judicis redibit examen, in expenſis legitimis condemnandus. Si autem appellatus contempſerit hoc ſtatutum, in eum tanquam in contumacem tam in expenſis, quàm in cauſa [quantum à jure permittitur] procedatur. Iuſtum eſt equidem, ut in eum jura inſurgant, qui jus & judicem, & partem illudit.

## CAP. II.

*Iudex, qui recuſatur, ſtatuit competens tempus arbitris ad finiendam cauſam: quo elapſo ſi finita non fuerit, in principali procedet Ioan. Andr.*

Idem.

Legitima ſuſpicionis cauſa contra judicem aſſignata, & arbitris à partibus [ſecundùm formam juris] electis, qui de ipſa cognoſcant, ſæpè contingit, quòd ipſis in idem convenire nolentibus, nec tertium advocantibus, cum quo ambo vel alter eorum procedat ad deciſionem ipſius negotii ut tenentur, judex proferat excommunicationis ſententiam contra ipſos: quam ipſi tum propter odium, tum propter favorem partium diutius vilipendunt: quare cauſa ipſa plus debito prorogata, non proceditur ad cognitionem negotii principalis. Volentes igitur morbo hujuſmodi neceſſariam adhibere medelam, ſtatuimus, ut ipſis arbitris per judicem competens terminus præfigatur *a*, intra quem in idem conveniant, vel tertium concorditer advocent, cum quo ambo vel alter eorum, ejusdem ſuſpicionis negotium terminare procurent. Alioquin judex extunc in principali negotio procedere non omittat.

## CAP. III.

*De officiali Epiſcopi non ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum appellatur.*

Idem.

Romana eccleſia: & infrà. Cùm ſuffraganeorum Remenſis eccleſiæ, ſuorumque officialium [qui generaliter de cauſis ad ipſorum forum pertinentibus, eorum vices ſupplendo cognoſcunt] unum & idem conſiſtorium ſive auditorium ſit cenſendum: ab ipſis officialibus non ad dictos ſuffraganeos *b* [ne ab eiſdem ad ſeipſos interponi appellatio videatur] ſed de jure ad Rhemenſem eſt curiam *c* appellandum.

*De ſubdito Epiſcopi ad ipſum non ad Archiepiſcopum appellatur: niſi aliud eſſet de conſuetudine. h.d.*

Ab Archidiaconis verò, aliiſque inferioribus prælatis, ſuffraganeis ſubjectis eiſdem, & eorum officialibus, ad ſuffraganeos ipſos debet, & non ad eandem curiam [omiſſis dictis ſuffraganeis] appellari: niſi aliud Remenſi eccleſiæ de conſuetudine competat in hac parte.

*Archiepiſcopus cauſam appellationis ab Epiſcopo interpoſita non debet committere, vel partes citare, niſi in appellatione probabilis cauſa ſit expreſſa.*

Cùm autem *d* ad præfatam curiam ab eorundem ſuffraganeorum vel ſuorum officialium audientia fuerit appellatum, Rhemenſis Archiepiſcopus (qui pro tempore fuerit) vel officialis ipſius nullatenus in appellationis cauſa interpoſitæ, ante definitivam ſententiam citent partes: nec etiam aliis illam committant, appellationis ejuſdem cauſa probabili ſeu legitima non expreſſa.

*Si negetur per appellationem negotium devolutum, non inhibebit Archiepiſcopus judicem principalis cauſæ procedere, niſi prius de devolutione conſtiterit. h.d.*

Si verò vocatis partibus, vel nullatenus, aut non intra decem dies poſt interlocutoriam, vel definitivam ſententiam appellatum fuiſſe, ſeu aliquid aliud ſimile, ſicque non eſſe per appellationem ad eundem Archiepiſcopum vel ejus officialem devolutum negotium proponatur: iidem (niſi prius ipſis conſtiterit cauſam ipſam, ad eos totaliter fuiſſe delatam) prohibere, ne in cauſa illa, vel ne ad executionem procedatur ſententiæ non præſumant.

*Si dicitur ex injuſta cauſa appellatum, Archiepiſcopus inhibere non poteſt: niſi prius recepta appellatione, ut probabili, incipiat cognoſcere de cauſæ veritate. h.d.*

Quòd *a* ſi objiciatur ex injuſta cauſa, ſeu minus legitima ante ſententiam appellationem interpoſitam extitiſſe, & ex eo non eſſe appellationem hujuſmodi admittendam: nequeunt prædicti Archiepiſcopus, vel ejus officialis prohibere, ne procedatur in cauſa, niſi prius appellatione recepta velut emiſſa ex cauſa probabili, cognoſcere incipiant de cauſa hujuſmodi an ſit vera.

*Licet dicatur appellatum à definitiva in caſu prohibito à jure, ex quò de hoc Archiepiſcopus cognoſcere cœperit, poteſt inhibere, ne ſententia executioni mandetur. h.d.*

Si autem poſt ſententiam, in caſibus à jure prohibitis (utpote à ſententia ſuper manifeſto & notorio *b* crimine, vel de quo quis in jure confeſſus extitit, promulgata) vel conſimilibus appellatum fuiſſe dicatur: poſſunt, ne ſententia executioni mandetur (poſtquam cognoſcere cœperint utrum ſit recipienda, vel non appellatio ab eo interpoſita) inhibere.

*Archiepiſcopus in tertiam perſonam (poſt inhibitionem ſuam in cauſa per appellationem delata ad ipſum) aliquid innovantem, juriſdictionem exercere non poteſt. h.d.*

In alium quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem & appellatum controverſia vertitur, aliquid poſt eorum inhibitionem attentat, non valet occaſione hujuſmodi juriſdictionem aliquam vindicare.

*Archiepiſcopus appellantem in aliis cauſis, à juriſdictione Epiſcopi non poteſt eximere. h.d.*

Cùm verò is, qui ad Rhemenſem curiam ſuper aliqua cauſa vocem appellationis emittit, nihilominus in cauſis aliis ordinarii ſui juriſdictioni ſubjiciatur: Rhemenſis Archiepiſcopus, vel officialis ipſius, nequaquam juriſdictionem ipſam in aliis impediant, ut ab ejuſdem ordinarii poteſtate totaliter eximant taliter appellantem.

*Ab Epiſcopis in cauſis, quibus juriſdictionem temporalem habent, de jure debet ad Archiepiſcopum appellari: niſi ſpeciale jus aliud inducat. h.d.*

---

a *Vide l. quoties. ff. de actio. & obligat. & l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de publ. de Acch. Font.* b *Sed an ſupplicari poſſit, vide not. in cap. ex literis de in integrum reſtit. Font.* c *vid. cap. ſi quis clericus. 11. quaeſt. 1.* d *de intellectu, vide Fel. in cap. paſtoralis. §. quoniam. de reſcript.*

a *Ad intelligentiam §. vid. Abb. & Felin. in cap. dilectus. 2. de reſtit. Dec. Rot. 11. & 412. eodem titul. in novis.* b *Quid ſit notorium, & quotuplex, & quod eorum plus operetur. vid. conſil. 45. libro primo. Felin. in cap. exceptionem. de exceptio. Grammat. deciſ. centeſima quinta.*

Debet autem ad eos ab Epiſcopis præfatæ provinciæ, ſuper cauſis in quibus temporalem juriſdictionem exercent, niſi fortè de conſuetudine *a*, aut privilegio, ſive jure alio ſpeciali ſit appellandum ad alium, appellari.

*Cenſuram eccleſiaſticam, in appellantem prolatam per Epiſcopum, Archiepiſcopus revocare non poteſt: niſi partibus vocatis, & de cauſa legitime cognito. h.d.*

Sententias quoque interdicti, vel ſuſpenſionis, ſeu excommunicationis, in appellantem, ab eo, à quo appellatum proponitur, promulgatas, nullatenus *b* niſi vocatis partibus, & de appellatione legitimè cognito, revocent aut denuncient eſſe nullas.

*Ex quo Archiepiſcopus pronunciaverit malè appellatum ante ſententiam, ſtatim debet cauſam ad ſuffraganeum remittere. h.d.*

Cùm autem ad Rhemen. Archiepiſcopum, ab audientia ſuffraganei ſui, ſuper aliqua cauſa fuerit ante ſententiam appellatum: idem Archiepiſcopus (poſtquam de appellatione cognito conſtiterit, eam minus rationabilem extitiſſe) cauſam ad eundem ſuffraganeum remittere non poſtponat.

## CAP. IV.

*Si judex requiſitus non tradit Apoſtolos, & poſtea procedit in cauſa, non valet proceſſus: niſi renunciatum fuiſſet appellationi. Ioannes Andr.*

Idem.

VT ſuper appellatione ac ejus cauſa inſtructio facilior valeat in proceſſu haberi, diſtrictè præcipimus, quòd ille, à quo appellatur, Apoſtolos appellanti (juxta tenorem conſtitutionis noſtræ ſuper hoc editæ) tribuat requiſitus. Si verò non exhibuerit, extunc ſi fortè in cauſa procedat (niſi appellationi renunciatum fuerit *c*) ejus invalidus & irritus ſit proceſſus.

## CAP. V.

*Iudex appellationis iniquè appellantem ante ſententiam remittere debet ad judicem principalem, & in expenſis condemnare: & hoc ſi principalis judex non detulerat appellationi: ſed ſi detulit, non fiet remiſſio de neceſſitate. In appellationibus interpoſitis à definitiva, antiqua jura ſerventur. Ioan. And.*

Clemens IV.

CVm appellationibus frivolis nec juſtitia deferat, nec ſit à judice deferendum: ſi judex inferior appellationem minus legitimam non admittat, eam appellatore nihilominus proſequente, ſuperior de ipſa cognoſcens cauſam ad priorem judicem (juxta ſanctiones canonicas) ſine difficultate remittat: eadem die condemnationem faciens expenſarum. Si verò judex admittat eandem, licet tam appellatio, quàm ipſius judicis delatio à ſuperiore valeant refutari *d*, quia tamen judex ipſe quantum in ſe fuit, à ſe juriſdictionem abdicavit eandem, appellationi deferens minus juſtè, totius cauſæ deciſio in ſuperioris eſt poteſtate transfuſa: nec eſt illi cauſa de neceſſitate ulterius remittenda: Salvis iis, quæ ſuper appellationibus poſt ſententiam interpoſitis ſunt ſtatuta.

## CAP. VI.

*Si appellans intra xxx. dies inſtanter non petit Apoſtolos, appellationi renunciat. Si judex modo debito requiſitus illos non tradit, ſed poſtea procedit, non valet ejus proceſſus. Ioan. And.*

---

a *Vid. gloſſ. in c. fin. de conſtit. lib. 6. & Ruin. conſil. 119. lib. 4.* b *Dictio, nullatenus, quid importet, vid. per gloſſ. in cler. infr. de ſeq. poſ. & per Grammat. conſil. 3.* c *Ante proceſſum judicis: quia ſi poſt renunciaret, illa non validaret. Ioann. Andr. Petr. de Ancha. Font.* d *Et ratio, quia culpa alicujus non debet alium plus gravare quàm velit. vid. l. ſi quis plurium. §. ſi quis. ff. de leg. 1. Anch. ſicut perjurus non præſtat juramentum honoris, ſed oneris, ne culpa ſua alios gravet. Font.*

APpellatio *a*, quam in ſcriptis judici (à quo appellare volebas) te porrexiſſe proponis, non poteſt ex eo, quòd corā ipſo lecta nō fuerit, rationabiliter impugnari.

CAP. X.

*Iudex à quo, compellere non poteſt appellantem à gravamine, ipſius veritatem probare, licet citare poteſt ad ipſius revocationem audiendam: quia ſucta in cauſa procedere poterit, ejus contumacia non obſtante, ac ſi nunquam appellaſſet. h.d. Zen.*

Idem.

SI *b* à judice, à quo (propter gravamen quod tibi proponis illatum) appellas, ad docendum te fore gravatum, & ad audiendam revocationem ejuſdem gravaminis (ſi de ipſo docueris) tibi terminus præfigatur. Nec coram eo (cùm ipſe per ſe id videre habeat) hoc docere, nec etiam tanquam coram judice (cùm per appellationem ſit ſuſpenſa ipſius juriſdictio) comparere teneris: Niſi ad hoc ſolùm, ut revocationem ipſam audiendi eam duxerit faciendam: aliàs ſi non comparueris, & ipſe in termino gravamen revocaverit cum effectu, poterit extunc liberè in cauſa procedere, ac ſi appellatio interpoſita non fuiſſet.

CAP. XI.

*A collatione capituli ad Epiſcopum appellatur ſi ut canonicus interfuit: ſecus ſi ut prælatus. h. d. Dominic.*

Idem.

A Collatione beneficii, quam communiter per Epiſcopum & capitulum in tuum præjudicium factam eſſe proponis.

Non *a* ad ipſum Epiſcopum (ſi in ea, ut prælatus interfuerit) ſed ad ſuperiorem te opportuit appellare. Aliàs, ſi ut canonicus interfuiſſet in ea, potuiſti appellare licitè ad eundem.

CAP. XII.

*Per appellationem interpoſitam à definitiva, revocari poteſt interlocutoria principali negotio præjudicans: aliàs non. Io. And.*

Idem.

LIcet ab interlocutoria (per quam pacti vel præſcriptionis, aut alia, principali negotio præjudicans, vel judicium nullum reddens, exceptio eſt repulſa) non fuerit appellatum, ſi tamen à definitiva (quæ poſtmodum, etiam ultra decendium promulgatur) appellari contingat, poteſt in appellationis cauſa ipſum gravamen per interlocutoriam eandem illatum licitè per appellationis judicem emendari. Vbi verò interlocutoria ſuper eo profertur, quòd non parat præjudicium negotio principali, vel judicium nullum reddit, niſi appellatum ab ipſa, per appellationem à definitiva poſtea interjectam, gravamen illatum nequaquam poterit revocari.

a *Deliminatione appellat. vid. Lapum all. 391. inci. an valeat, & alios in ca. quantum.* b *Vid. Rot. dec. 7. & 74. in novis.*

a *Vid. Bart. in l. verò. ff. ſol. matr. l. ſocium qui. §. fin. ff. pro ſoc. Fonta.*

F I N I S.

# SEXTI DECRETALIVM
## LIBER TERTIUS.
## DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.
### TITVLVS PRIMVS.
### CAPVT I.

*Clericus joculatoriam artem per annum exercens, ſi tertiò monitus non deſiſtat, ipſo jure perdit privilegium clericale. Joan. Andr.*

Bonifacius Octavus.

CLerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, ſe joculatores ſeu goliardos faciunt aut buſones: ſi per annum artem illam ignominioſam exercuerint, ipſo jure *a*: Si autem tempore breviori, & tertiò moniti non reſipuerint, careant omni privilegio clericali.

### DE CLERICIS CONIVGATIS.
### TITVLVS II.
### CAP. I.

*Si clericus conjugatus ferat habitum & tonſuram, clericali privilegio gaudet, aliàs non. Ioan. And.*

Bonifacius octavus.

CLerici *a* qui cum unicis & virginibus contraxerunt (ſi tonſuram & veſtes deferant clericales) privilegium retineant *b* canonis *c* ab Innocent. Papa II. prædeceſſore noſtro editi in favorem totius ordinis clericalis. Et cùm (juxta Pariſienſe concilium) nullus clericus diſtringi, aut condemnari debeat à judice ſeculari: præſenti declaramus edicto, hujuſmodi clericos conjugatos pro commiſſis ab eis exceſſibus vel delictis, trahi non poſſe criminaliter aut civiliter ad judicium ſeculare: nec ab ipſis ſecularibus judicibus eos debere perſonaliter, vel etiam pecunialiter (ne per unam viam concedatur eiſdem judicibus, quod per aliam denegatur) ullatenus condemnari: In cæteris

a *Vid. authen. de ſanctiſſ. Epiſc. §. interdicimus.*

a *Vide conc. Trident. ſeſſ. 23. de refor. c. 6.* b *Al. retineant.* c *Vid. Alc. conſ. 8. vol. 1. & Rot. deciſ. 202. in novis.*

autem, vel niſi (ut præmittitur) tonſuram, vel *a* veſtes ferant clericales, etiam in præmiſſis eos gaudere nolumus privilegio clericali.

## DE CLERICIS *b* NON RESIDENTIbus in eccleſia vel præbenda.

### TITVLVS III.

### CAP. I.

*Diſtributiones quotidianæ ſolùm præſentibus, qui interſunt divinis, dari debent, conſuetudine non obſtante. Et qui aliter illas receperunt, non faciunt illas ſuas: & idem de diſtributionibus, quæ dantur pro anniverſariis defunctorum. Ioan. And.*

Bonifacius octavus.

COnſuetudinem, quæ in quibuſdam partibus inolevit, qua canonici, & alii beneficiati, ſeu clerici cathedralium & aliarum collegiatarum eccleſiarum, diſtributiones *c* quotidianas (quæ aliàs manualia beneficia ſeu victualia nuncupantur, & tantùm reſidentibus tribuuntur) qualitercunque in civitatibus, ſeu aliis locis (in quibus ipſæ conſiſtunt eccleſiæ) ſint præſentes, licet divinis officiis non interſint, ex integro percipiunt *d*, ac ſi continuè in ipſis eccleſiis, in eiſdem officiis deſervirent, penitus improbantes. Statuimus, ut diſtributiones ipſæ quotidianæ, in quibuſcunq; reb. conſiſtant, canonicis ac aliis beneficiatis, & clericis eccleſiarum ipſarum, qui eiſdem officiis, in ipſis eccleſiis adfuerint, tribuantur juxta eccleſiæ cujuſlibet ordinationem rationabilem jam factam, ſeu etiam faciendam. Qui verò aliter de diſtributionibus ipſis quicquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas, ſeu juſta & rationabilis corporalis neceſſitas, aut evidens eccleſiæ utilitas excuſaret) rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas: imò ad omnium reſtitutionem, quæ contra hujuſmodi noſtram conſtitutionem receperit, teneatur.

De diſtributionibus etiam pro defunctorum anniverſariis largiendis, idem decernimus obſervandum.

## DE PRAEBENDIS ET DIgnitatibus.

### TITVLVS IV.

### CAP. I.

*Ad præſentationem religioſorum, etiam exemptorum, non debent in eccleſiis ipſorum rectores inſtitui, niſi primò tantum eiſdem aſſignetur, unde incumbentia onera ſubire poſſint, & congruè ſuſtentari: nec valet contraria conſuetudo. Ioan. And.*

Clemens III. *aliàs quartus* e.

SVſcepti regiminis nos cura ſolicitat, ut utilitatibus ſubjectorum in illis præcipuè, per quas *f* animarum ſaluti conſulitur, nunc novorum editione jurium, nunc antiquorum innovatione ſolicitè providere curemus. Sanè fuit olim per ſedem Apoſtolicam providè conſtitutum, ut diœceſani locorum, ad præſentationem religioſorum nullum ad aliquam eccleſiam recipiant, niſi tantum ei de proventibus ipſius eccleſiæ coram eis fuerit aſſignatum, unde jura Epiſcopalia poſſit ſolvere, & congruam ſuſtentationem habere. Verùm (ſicut nobis querela multorum frequens inſinuat) religioſi exempti de proventibus parœcialium eccleſiarum, in quibus jus obtinent patronatus, ſeu rectorum præſentatio pertinet ad eoſdem, tantum percipiunt annuatim, quòd rectores eccleſiarum ipſarum non [illegible] ſunt de reſiduo commodè ſuſtentari, & Epiſcopalia [illegible] ra perſolvere, ac alia incumbentia eis onera ſupportare: propter quod ſæpe contingit, quòd non inveniantur perſonæ idoneæ, quæ hujuſmodi eccleſias velint recipere, ſicq; frequenter minus idoneis conferuntur, et [illegible] ricula imminent animarum. Nos itaque volentes [illegible] hoc ſalubre remedium adhibere, præſenti decernimus, & mandamus, conſtitutionem hujuſmodi [illegible] omnes patronos *a* eccleſiarum, religioſos tam [illegible] quàm non exemptos, & alios inviolabiliter [illegible] conſuetudine contraria non obſtante.

### CAP. II.

*Beneficia vacantia in curia, alius quàm Papa conferre non poteſt: quòd ſi fecerit, irrita eſt collatio. Ioan. And.*

Idem.

LIcet eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, [illegible] rumque beneficiorum eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio ad Romanum noſcatur Pontificem pertinere, quòd non ſolùm ipſa cùm vacant poteſt de jure [illegible] re, verumetiam *b* jus in ipſis tribuere vacaturis: [illegible] lationem tamen eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, & beneficiorum apud ſedem Apoſtolicam vacantium ſpecialiùs cæteris antiqua conſuetudo *c* Romanis Pontificibus reſervavit. Nos itaque laudabilem [illegible] tes hujuſmodi conſuetudinem, & eam auctoritate Apoſtolica approbantes, ac nihilominus volentes ipſam inviolabiliter obſervari: eadem auctoritate ſtatuimus, ut eccleſias, dignitates, perſonatus & beneficia, quæ apud ſedem ipſam deinceps vacare contigerit, aliquis præter Romanum Pontificem quacunque ſuper hoc ſit auctoritate munitus, ſive jure ordinariæ poteſtatis ipſorum [illegible] ctio, proviſio, ſeu collatio ad eum pertineat, ſive literis ſuper aliquorum proviſione generales vel etiam ſpeciales ſub quacunque forma *d* verborum receperit, (niſi ſit ſuper conferendis eiſdem in curia Romana vacantibus ſpecialis & expreſſa ab ipſo Pontifice ſummo auctoritas attributa) conferre alicui [illegible] non præſumat. Nos enim ſi ſecus actum [illegible] fuerit, decernimus irritum & inane.

### CAP. III.

*Si Papa beneficia vacantia in curia non confert intra menſem à die vacationis, illi, ad quos collatio pertinebat, poterunt conferre. Ioan. And.*

Gregorius X. *In Concilio generali Lugdunen.*

STatutum felicis recordationis Clementis Papæ prædeceſſoris noſtri de dignitatibus & beneficiis in curia Romana vacantibus nequaquam per alium, quàm per Romanum Pontificem conferendis, decernimus taliter moderandum: Vt ii, ad quos eorundem beneficiorum & dignitatum ſpectat collatio *e* (ſtatuto non obſtante prædicto) demum poſt menſem à die, quo dignitates ſeu beneficia ipſa vacaverint numerandum, ea conferre valeant. Tantummodo per ſeipſos vel [illegible] pſis agentibus in remotis) per ſuos vicarios generales in eorum diœceſibus exiſtentes, quibus id canonicè [illegible] commiſſum.

### CAP. IV.

*In beneficiis, vel in impetrationibus ad beneficia per [illegible] nem uſque ad certam ſummam penſio non debetur. [illegible] vitatis vel diœceſis non comprehenditur cathedralis. Sed per [illegible]*

a *Aliàs, &c.* b *Vid. Concil. Trident. ſeſſ. 6. de reform. ca. 1. & ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24. ca. 12.* c *Vid. Decium, conſil. 280. ubi latè de his quotidianis diſtributionibus.* d *aliter, participant.* e *In vetuſtioribus codicibus conſtanter legitur, Clemens IV.* f *alit. per quæ.*

a *Alios caſus quib. exempti ſubſunt ordinariis, vide ſup. [illegible] cap. 2. de pœn. & re. per glo. ibi. Phi. Fant.* b *al. ita: [illegible] iam jus ad ea tribuere vacatura.* c *Vid. l. jus civile. ff. [illegible] & jure.* d *Procedit, etiam ſi habeatur clauſula non obſtante [illegible] oporteret expreſſam mentionem de verbo ad verbum fieri [illegible] Apoſtolicis. Petr. Anch. Dom. & Phil. Fant.* e *Vid. l. fi. [illegible] thent. de fil. ante do. inſtru. Fant.*

*ſua provincia metropolitana & cathedrales reliquæ includuntur. Ioann. Andr.*

Bonifacius VIII.

QVamvis *a* pleniſſima ſit aliàs in beneficiis interpretatio facienda, literæ tamen ſuper obtinendis beneficiis impetratæ, debent (cùm ſint ambitioſæ) reſtringi. Et ideò ſi alicui uſque ad certam ſummam provideri mandamus, ei non in penſione, ſed in beneficiis eccleſiaſticis tantùm volumus provideri: niſi de penſione in noſtris literis mentio habeatur expreſſa. Quanquam ſub nomine eccleſiarum civitatis comprehendatur aliàs eccleſia cathedralis: cùm tamen alicui de beneficio mandamus in aliqua eccleſiarum civitatis vel diœceſis provideri, ad cathedralem eccleſiam (quam propter ipſius honorem ſub hac generalitate nolumus hoc caſu includi) ſe mandatum hujuſmodi non extendit. Secus *b* autem cùm mandamus in aliqua eccleſiarum provinciæ provideri: tunc enim & metropolitana & cæteræ cathedrales eccleſiæ includuntur ſub tali mandato, cùm uberiorem hoc caſu, quàm alio, impetranti gratiam facere videamur.

CAP. V.

*Impetranti beneficium ſeculare, providetur de beneficio per ſecularem clericum uſque ad præſcriptionem legitimam poſſeſſo. hoc primò. Clerico ſeculari prioratum impetranti ſimpliciter, non providetur de conſueto per religioſos gubernari. h. d. ſecundò. Dom.*

Idem.

CVm *c* de beneficio eccleſiaſtico, conſueto clericis ſecularibus aſſignari, provideri mandatur, de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab uno vel pluribus ſecularibus clericis, inſtitutis in eo rectoribus, extitit continuè ac pacificè gubernatum, ut præſcriptio legitima ſit completa, etiamſi antè vel pòſt *d* religioſi quandoque miniſtraverint in eodem. Quando verò ſcribitur, ut provideatur de aliquo prioratu alicui clerico ſeculari, provideri non poteſt de prioratu, qui per religioſos (juxta modum præmiſſum) eſt ſolitus gubernari. Niſi hoc in literis caveatur expreſsè.

CAP. VI.

*Habere perſonatum cum cura, & præbendam, cui annexa eſt parochialis eccleſia, non eſt contra concilium generale. Io. And.*

Idem.

SVper eo, quod præbendas, quibus parœciales eccleſiæ ſunt annexæ *e*, in quibus ſpiritualem juriſdictionem ſecundum eccleſiæ veſtræ conſuetudinem approbatam, & ſic ſecundum aliquorum interpretationem curam animarum habetis, ſimul cum perſonatibus (quorum aliquibus cura imminet animarum) in eadem eccleſia obtinetis, vobis (cùm hoc generali concilio non obviet) diſpenſatio neceſſaria non exiſtit.

CAP. VII.

*In impetratione beneficiorum inſpicitur data, non præſentatio vel receptio. Ioan. And.*

Idem.

EVm cui canonicatus alicujus eccleſiæ à ſede Apoſtolica eſt collatus, licet nondum ſit in ea receptus, decernimus in aſſecutione præbendæ (juxta ſuæ proviſionis ordinem) omnibus præferendum *f*, quibus pòſtmodum in ipſa eccleſia ſimilis gratia eſt conceſſa. Licet iſti primò ſuas literas præſentaverint, & primò recepti fuerint in eadem.

a *Vid. Oldrad. conſil. 168.* b *In antiq. codic. ita: Secus eſt cum mandamus.* c *Vid. Clemen. 1. tit. de ſup. ne. præl. verſ. prioratus. & late Fels. in ca. in noſtra. ext. de reſcriptis.* d *Vid. ca. ſi de deciſ.* e *De iſta unione no. cle. ſi una. de reb. ec. non alie. & c. ſi uxore. de exceſſ. prælat. de Anch. Font.* f *Vid. hic Felin. in c. tamen. de reſcrip. Font.*

CAP. VIII.

*Per literas Apoſtolicas non facientes de defectu ordinis mentionem, poteſt impetranti de curato beneficio provideri: ad ordines tamen ſe faciet proximis temporibus promoveri. Ioan. And.*

Idem.

SI pro clericis pauperibus vel aliis noſtras literas, ut eis de beneficiis provideas, etiam ſi animarum cura ſit annexa eiſdem, recipere te contingat: ipſis (licet nec in ſacris ſint conſtituti ordinibus, nec de defectu ordinum in eiſdem literis mentio habeatur) poteris de beneficiis curam habentibus licitè providere, nec prætextu dicti defectus tua poterit proviſio impugnari. Oportebit tamen, ut ipſi ad ordines, quos requirunt *a* collata eis beneficia, ſe faciant proximis ſtatutis à jure temporibus promoveri.

CAP. IX.

*Mandato alterius ſuper proviſione facienda per Papam impleto, proviſio auctoritate Papæ intelligitur eſſe facta. hoc dicit, ſecundum. Zen.*

Idem.

SI eum, ſuper cujus proviſione Apoſtolicæ ſedis legatus in certa eccleſia ſuas literas, quibus obtemperatum non fuerat, deſtinarat: mandamus auctoritate noſtra in ipſa eccleſia in canonicum recipi & in fratrem, ſibique provideri de præbenda juxta ipſius legati continentiam literarum: talis receptus hujuſmodi noſtri auctoritate mandati, non legati, ſed noſtra *b* intelligitur auctoritate receptus. Et ideò eſt in aſſecutione præbendæ omnibus poſt eum eadem auctoritate receptis, in dicta eccleſia præferendus.

CAP. X.

*Mandatum alternativè plures collatores includens, verificatur in primo vacante. In ſimul verò vacantibus ordo ſcripturæ ſervatur. hoc dicit, ſecundum Domin.*

Idem.

MAndato noſtro ſub ea forma tibi directo, ut alicui provideas de beneficio ad collationem tuam vel alterius pertinente. De beneficio, quod primò vacabit (ſive ad tuam, ſive ad illius collationem pertinuerit) ei, pro quo ſcribitur, providere debebis. Si verò plura beneficia ad tuam illius collationem forſan ſpectantia ſimul vacent, tunc ſcripturæ ordinem ſervare habebis, ut illi ſolùm provideas de illo beneficio, quod ad te noſcitur pertinere.

CAP. XI.

*Si clericus, cui mandabatur providere de præbenda primò vacante, negligit petere præbendam ſibi debitam, extincta eſt gratia. Si autem ſibi collatus fuerit canonicatus, tunc habebit præbendam, cùm nullus eſt ibi expectans auctoritate Apoſtol. Ioan. And.*

Idem.

SI clericus, pro quo à ſede Apoſtolica recepiſti mandatum, ut ei de præbenda *c* proximò vacatura in certa eccleſia provideres, eumque poſtea in canonicum ipſius eccleſiæ recipi faceres & in fratrem, præbendam ſibi debitam quando vacat petere negligenter omittat: aliam poſtmodum in ipſa eccleſia vacaturam nequibit prætextu dicti mandati petere, nec tu de ipſa ſibi poteris providere, cùm facta ei gratia per ipſius negligentiam ſit extincta. Verùm ſi præfatus clericus fuiſſet auctoritate Apoſtolica effectus ab initio canonicus in eccleſia prælibata: tunc (cùm remanſerit in ea canonicus) dicta negligentia non obſtante, ac per conſequens ratione canonicatus ſit in alia præbenda nulli alii de jure debita cæteris præferendus, petere

a *Vid. Conc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 4.* b *Vid. l. ſi ſervus. ff. de her. inſt. & l. unum ex fam. ff. de leg. 2.* c *Vid. c. cùm in eccl. inſt. co. & l. petens. C. de pact. inſt. de conſec. eccle. c. 5.*

poterit præbendam aliam proximò vacaturam: dummodo non ſint aliqui eadem auctoritate præbendas in ipſa eccleſia expectantes. Et idem de ipſa non per te (cùm mandatum non ſuſceperis ſuper illa) ſed per eum, ad quem ſpectat in eadem eccleſia præbendarum collatio, provideri debebit: Aliàs facta de præbenda hujuſmodi alteri collatio in illius præjudicium, eoipſo viribus non ſubſiſtet.

## CAP. XII.

*Receptus auctoritate Papæ etiam ad mandatum alterius, præferendus eſt aliis in præbenda. h. d. ſecundùm Zen.*

Idem.

II, qui auctoritate Apoſtolica in aliqua eccleſia in canonicos ſunt recepti, debent in præbendarum aſſecutione cæteris anteferri, legatorum vel aliorum quorumcunque auctoritate receptis antea in eadem. Eum quoque, qui ad mandatum legati vel alterius auctoritate Apoſtolica ſibi ſpecialiter in hac parte conceſſa fungentis recipitur, auctoritate Apoſtolica receptum eſſe dubium non exiſtit.

## CAP. XIII.

*Si poſt gratiam mihi factam à Papa de canonicatu & præbenda, Bononien. canonici hoc ignorantes & ignoranti præbendam conferunt poſt vacantem, non tenet collatio. h. d. Ioan. And.*

Idem.

SI poſtquam canonicatum in aliqua eccleſia tibi contulimus, & de præbenda nulli alii de jure debita inibi proximè vacatura mandavimus provideri, ii, ad quos in ea ſpectat collatio præbendarum, præbendam, quæ vacabit *a* ibi poſtmodum, motu proprio, ignorantes tibi gratiam factam, alii duxerint conferendam: talis collatio in tuum præjudicium attentata, nullam obtinet firmitatem. Nam eo ipſo, quòd canonicus auctoritate Apoſtolica fuiſti effectus, jus ad obtinendum præbendam proximò vacaturam ibidem tibi acquiſitum extitit: eandemque, quàm citò vacavit (ex quo nulli alii debebatur) juſtè petere potuiſti: & ideò à prædictis (licet ignorantibus) alteri conferri nequivit.

## CAP. XIV.

*Si Papa det licentiam legato ſuo, recipiendi auctorit. Apoſtolica reſignationes beneficiorum legationis ſuæ liberè in manibus ſuis factas, & illa beneficia conferendi: ſecundò Papa, de prædicta poteſtate non habita mentione, canonicatum & præbendam ſi vacat vel quàm primò vacaverit in aliqua eccleſia legationis mihi conferat: tertiò canonicus ipſius eccleſiæ renunciet, & legatus etiam, ignorans collationem mihi factam, confert tibi præbendam prædictam: non tenet collatio legati, ſed mihi illa præbenda debetur. hoc dicit. Ioan. And.*

Idem.

DVdum venerabili fratri noſtro S. Epiſcopo Præneſtino *b*, quem ad partes deſtinavimus Gallicanas, recipiendi auctoritate noſtra reſignationem ab obtinentibus beneficia eccleſiaſtica in eiſdem partibus, qui ea vellent liberè in ejus manibus reſignare, ac beneficia ipſa perſonis idoneis conferendi per noſtras literas poteſtate conceſſa. Nos poſtmodum (de conceſſione hujuſmodi non habita mentione) Nicolao de Bonefac. camerario dilecti filii noſtri N. tituli ſancti Laurentii in Damaſo Presbyteri Cardinalis, canonicatum Lexon. eccleſiæ, quæ in partibus illis exiſtit *c*, & præbendam nulli alii de jure debitam (ſi qua tunc vacabat in dicta eccleſia) contulimus, & ſibi providimus de eiſdem. Si verò nulla talis præbenda vacabat ibidem, nos præbendam proximò inibi vacaturam (conferendam dicto camerario cùm vacaret) donationi Apoſtolicæ duximus reſervandam: decernentes extunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc à quoquam contingeret [illegible] tari, certis *a* ſibi ad hoc executoribus deputatis. Cùm[illegible] que poſtmodum Nicolaus vaſalli clericus canonicatum & præbendam, quos in dicta Lexon. eccleſia obtinebat, in dicti Epiſcopi manibus reſignaſſet, & dictæ poteſtatis prætextu eos idem Epiſcopus (collationis, proviſionis, reſervationis, & decreti prædictorum ſcilicet ignarus) Guilielmo vaſalli Presbytero contuliſſet: dicti executores (collatione non obſtante prædicta) literarum noſtrarum auctoritate, præbendam eandem dicto camerario velut ſibi debitam contulerunt, quam dictus Presbyter (prætextu *b* collationis per dictum Epiſcopum ſibi factæ) quòd præbendam ipſam pacificè poſſidere valeat, non permittit: propter quod idem camerarius nobis ſupplicavit humiliter, ut providere ſibi ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos [illegible] attendentes, quòd etſi memorato Epiſcopo prædictam conceſſimus poteſtatem, penes nos tamen nihilominus remanſit major, licet eadem poteſtas, etiam in [illegible] propter quod noſtra, qui eandem præoccupavimus poteſtatem, potior debet eſſe conditio: eò præſertim [illegible] ſecundùm canonicas & legitimas ſanctiones per ſpeciem generi derogatur, quanquam de genere in derogante ſpecie mentio nulla fiat. Conſideravimus quoque, quòd nos expoſito nobis de poteſtate prædicta nihilominus literas gratioſas daremus in dictis partibus, non habita mentione de ipſa *c*: quia foret abſurdum, [illegible] tam lata *d* noſtra impediretur poteſtas: & ſi in omnibus proviſionum noſtrarum literis, quas concedimus in partibus ſupradictis, oporteret nos de ſpeciali poteſtate ſpecialem facere mentionem: Et quòd [illegible] tum noſtrum prædictum (maximè hic, ubi jam [illegible] camerarius ante dictam renunciationem per [illegible] Lexonien. effectus canonicus) ſtatim ignoranti [illegible] verat, cùm ſuper incerto non eſſet editum: nec [illegible] no penderet arbitrio, vel voluntate cujuſvis, qui [illegible] ptandi poteſtatem haberet: & idcirco per illud etiam expreſſiſſe videmur, ne alius poſſet conferre, & poteſtatem prædictam quantum ad præſentem ſpeciem revocaſſe, quæ in hoc caſu, ubi de lucro [illegible] agitur, & non de præjudicio Epiſcopi memorati, [illegible] rante potuit revocari: nec poſt revocationem [illegible] di jus, per eum in alium etiam ignorantem, [illegible] ta transferri. Ad inſtar etiam ſervi Calendario [illegible] ſiti, qui poſt mortem Domini præponentis [illegible] pecunias accipientis non facit, licet inter [illegible] tes mors Domini præpoſitum revocans fuerit [illegible] Et Domini, qui peculium quod proprio ſervo [illegible] rat ſtatim perimit, cùm in eo ſuam mutaverit [illegible] tem. Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus [illegible] Presbyterum monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam compellatis, ut collatione de canonicatu & præbenda prædictis per dictum Epiſcopum ſibi facta (quæ nulla extitit) non obſtante, dicto camerario præbendam ipſam omninò dimittat, & eum ſuper ea de cætero nullatenus inquietet.

## CAP. XV.

*Secundus, qui impetravit dignitatem & præbendam, præfertur priori, qui ſolùm præbendam impetraverat, ſi præbenda [illegible] eſt annexa, aliàs non. h. d. Ioan. Andr.*

Idem.

QVia ſæpè dubitatur à multis, ſi canonicatus [illegible] ejus eccleſiæ ſit collatus à ſede Apoſtolica [illegible] vè duobus, fueritque mandatum primo de præbenda, ſecundo verò de præbenda & dignitate, perſonatu [illegible]

a *In antiquiorib. libris conſtanter legitur, vacavit.* b *al. Paleſtrino.* c *al. extitit.*

a *Aliàs, ita: certis ſibi ſuper hoc, &c.* b *alias* [illegible] c *Ad hunc locum vide notata,* [illegible] *Spec. de lib. conceptione. §. ad hujus tit.* [illegible] *cùm ſit auctor. de Ancha. Font.* d *al. late.*

officio, cùm ſe facultas obtulerit provideri: quis ipſorum in præbenda, quæ cum dignitate, perſonatu, vel officio vacat, ibi poſtmodum debeat de jure præferri. Nos dubitationem hujuſmodi ſopire volentes, præſenti declaramus edicto, primum (cum ſit tempore anterior) cui per mandatum ſecundum præjudicari, aut jus ipſius abſorberi non debet, ex quo de intentione mandantis contraria non apparet, præferendum eſſe in dicta præbenda. Niſi vacanti dignitati, perſonatui, vel officio ſit annexa: nam ſi eſſet annexa, ſecundus, cui debetur dignitas, perſonatus, vel officium, præferretur, in ipſa.

## CAP. XVI.

*Mandatum provideri de dignitatibus vel beneficiis aliis eccleſiaſticis, curata non includit non expreſſa cura. h. d. uſq. ad § illis.*

Idem.

CUm *a* in illis, quibus beneficia curam animarum habentia committuntur, major, quàm in iis, qui ad alia promoventur, idoneitas requiratur: intentioni noſtra nequaquam exiſtit, ut cùm aliquibus de eccleſiis, perſonatibus, dignitatibus, vel aliis beneficiis quibuſcunque (de animarum cura mentione non habita) provideri mandamus, ipſis de iis, quibus hujuſmodi cura imminet, poſſit aut debeat provideri.

*In beneficii proviſione modus electivus non includitur, ſi alii modi providendi exprimantur. h. d.*

Illis verò, pro quibus ſcribimus, ut provideatur eiſdem de perſonatibus vel dignitatibus, etiamſi curam habeant animarum, ad collationem, proviſionem, præſentationem, vel diſpoſitionem ſpectantibus quorumcunque *b*: provideri nequibit de prælaturis, perſonatibus, vel dignitatibus, ad quos ſeu quas per electionem ii, qui eis habent præfici, aſſumuntur.

*Beneficiales literæ unum modum exprimentes, alios non includunt. h. d.*

Cùm autem inter collationem, præſentationem, & inſtitutionem differentia magna eſſe noſcatur: ſi cui de beneficio ad alicujus collationē ſpectante provideri mandetur, de alio quod ad ejus præſentationem vel inſtitutionem pertinet, provideri non poterit, nec etiam è converſo: expreſſo enim uno caſuum prædictorum, mandatum ſuper hoc factum (quod debet de ſui natura reſtringi) ad alios extendi non debet.

*Mandatum ſimpliciter duos includens, alterum ſolum non aſtringit, & è converſo directum uni duos non afficit. h. d. Dom.*

Si verò de beneficio ad aliquorum collationem vel præſentationem ſpectante (non adjecto communiter vel diviſim) proviſio injungitur facienda, in beneficio, quod ad collationem vel præſentationem alterius ipſorum tantùm pertinet, adimpleri non poteſt. Sicuti ſi de beneficio ſpectante ad collationem unius proviſio injuncta fuiſſet, impleri non poſſet in beneficio, cujus collatio ad eum ſimul cum alio pertineret.

## CAP. XVII.

*Beneficium mihi collatum ante diſſenſum meum alteri conferri non poteſt, niſi terminus mihi datus ad conſentiendum eſſet elapſus: tunc etiam poſt terminum, antequam alteri conferatur, potero conſentire. Ioan. And.*

Idem.

SI tibi abſenti, per tuum Epiſcopum conferatur *c* beneficium, licet per collationem hujuſmodi (donec eam ratam habueris) jus in ipſo beneficio ut tuum dici valeat, non acquiras, ipſe tamen Epiſcopus vel quicunque alius de ipſo beneficio (niſi conſentire recuſes) in perſonam alterius ordinare nequibit. Quòd ſi fecerit, ejus ordinatio facta de beneficio non libero, viribus non ſubſiſtet. Sed ſi Epiſcopus (notificata tibi collatione) ad conſentiendum terminum competentem aſſignet, niſi conſenſeris, poterit eo lapſo beneficium liberè (cui viderit expedire) conferre. Antequam tamen ipſum contulerit, tuum poteris (non obſtante, quòd lapſus ſit terminus) præſtare conſenſum, & extunc de ipſo non poterit aliter ordinari.

## CAP. XVIII.

*Qui vi, vel injuſtè occupat ſecundum beneficium curatum, privatus eſt primo. Qui autem vi beneficium curatum aliquod occupat, eſt ipſo jure privatus jure, quod in illo vel ad illud habebat. h. d. Ioan. And.*

Idem.

EUm *a*, qui beneficium, cui animarum cura imminet, vi occupat, ſeu ſe ſcienter injuſtè intrudit in eo: decernimus ipſo jure fore privatum beneficio, quod cum cura ſimili primitus obtinebat. Non enim decet ut ſtultus melioris quàm peritus conditionis exiſtat, vel quòd invaſor eo, qui juſtè ingredietur, privilegio gaudeat potiori. Inſuper ut violenti, qui auctoritate (vel verius temeritate) propria occupare dignitates, perſonatus, aut alia quæcunque eccleſiaſtica beneficia non verentur, & ſi non virtutis amore, pœnæ ſaltem formidine à ſuæ temeritatis audacia refrenentur: eo ipſo jus, ſi quod in dignitatibus, perſonatibus & beneficiis occupatis taliter vel ad ea ipſis forſitan co[illegible], amittant.

## CAP. XIX.

*Habens poteſtatem Apoſtolicam perſonæ idoneæ de beneficio providendi, aliàs beneficiato ſufficienter providere non poterit, niſi in literis hoc exprimatur, & tunc unicum ſimplex obtinenti providebit. Si verò conceditur, ut provideat beneficia obtinenti, ad duo tantùm refertur: & contrà factum eſt nullum. h. d. Dominicus.*

Idem.

IS, cui conceditur, ut auctoritate Apoſtolica poſſit unī perſonæ idoneæ *b*, in ſua vel alia eccleſia providere, alicui, aliud beneficium ſufficiens obtinenti providere non poteſt. Niſi primò ille beneficium, quod obtinet, omninò dimittat. Vel niſi in conceſſione hujuſmodi ſit expreſſum, quòd aliàs beneficiatæ valeat providere perſonæ. Tunc enim providere poterit unicum duntaxat beneficium obtinenti: dum tamen illi cura non immineat animarum. Si verò conceſſum fuerit, ut providere illi valeat, qui alia beneficia noſcitur obtinere, hujuſmodi pluralitas debet ſolùm ad duo beneficia ſine cura reſtringi. Proviſio quoque facta contra præmiſſa eo ipſo viribus non ſubſiſtat.

## CAP. XX.

*Si quis ignorans recipiat beneficium prius reſervatum vel alteri collatum per Papam, ſi ex quo ſcivit, illud ſine difficultate dimittit, recuperat priora beneficia, propter illud dimiſſa, aliàs non. Ioan. And.*

Idem.

SI *c* beneficia, quæ per ſedem Apoſtolicam conferuntur, aut decreto interpoſito reſervantur, interdum contingat ab iis, ad quos aliàs pertinet collatio eorundem, aliquibus hujuſmodi collationem ſeu reſervationem ignorantibus de facto conferri, & beneficia, quæ illi tenebant antea, & *d* poſt prædictorum adeptionem

c Vide Concil. Trid. ſeſſ. 7. de refor. c. 3. & B. Tho. 2. 2. quæſt. art. 8. b Vide l. 1. § ſin autem. & l. omnibus. ff. ad Trebell. Font. c Vide l. conſenſu. ff. de actio. & obligat.

a Vide extravag. Io. 22. incip. execrabilis. eod. tit. & concil. Trid. ſeſſ. 1. de refor. c. 2. & ſeq & ſeſſ. 2. de refor. c. 17. b Hæc dictio, determinat hoc providere, ergo ſi nunc nil habet, quamvis aliàs habuerit, videbitur etiam de curatis, cùm hic ſit gratia providenti, ideo eſt in ſuum favorem amplianda. Pet. de Anch. Font. c Vide Dom. conſil. 78. incip. formatur. & Lapum allegatione 102. d Dictio, &, deeſt in antiq. cod.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dimiſſa per eos aliis aſſignari. Ne talis ignorantia eis (cùm ſint ſine culpa) præjudicialis exiſtat: ſtatuimus, ut ſi ipſi de collatione ſeu reſervatione prædicta poſtea certiores effecti, ſublata difficultate quacunque omninò dimiſerint beneficia ſic ſibi de facto collata, ad beneficia ſua priora (collatione quibuſcunque perſonis facta de ipſis nequaquam obſtante) liberè revertantur. Alioquin redeundi ad ea (ſi difficultatem adhibuerint in aliis dimittendis) ſit ipſis penitus interdicta facultas. Eundem quoque modum in dimittendo recepta, & recuperando dimiſſa, quoad omnes alios, qui forſan occaſione prædicta ſua dimiſerint beneficia, & dimiſſa per alios fuerint aſſecuti, per omnia decernimus obſervandum.

## CAP. XXI.

*Taciturnitas beneficii etiam modici vitiat diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum, quæ etiam legitimè ſuper duobus obtenta ad duo prima recepta refertur. Item proviſio alicui facta de beneficio, non obſtante, quòd aliud habeat, diſpenſationem ſuper utroq; retinendo non inducit. h.d. ſecundum. Sen.*

Idem.

NOn *a* poteſt diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum conceſſa impetranti prodeſſe, qui aliquod quantumcunq; modicum beneficium ſubticuit in eadem. Illud autem Apoſt. ſed. indultum, ut quis duo beneficia curam animarum habentia *b*, ſi aliàs canonicè conferantur eidem, poſſit recipere ac ſimul licitè retinere, intelligitur de duobus primis beneficiis, quæ cum cura poſt dictum indultum obtinere contingit eundem. Cùm verò tibi (non obſtante, quòd aliud beneficium obtinere noſcaris) à ſede prædicta de aliquo beneficio provideri contingit, per hoc tecum (ut primum beneficium cum ſecundo retinere valeas) non intelligitur diſpenſatum. Hoc enim ſolum prædicta operatur expreſſio, quòd facta tibi gratia nequeat ſurreptitia judicari.

## CAP. XXII.

*Mandatum legati ſuper facienda proviſione per Papam confirmatum, papalis gratia eſt cenſenda. Zen.*

Idem.

SI Apoſtolicæ ſedis legatus volens tibi ſuæ legationis auctoritate in certa eccleſia providere, canonicatum & præbendam, nulli alii de jure debitos, proximò in ipſa eccleſia vocaturos, collationi ſuæ reſervet, & decernat irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc contigerit attentari, certis qui eos tibi conferant (cùm vacabunt) executoribus per ſuas literas deputatis: noſque poſtmodum plena de his facta narratione, quod ab ipſo legato factum extitit, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & eiſdem executoribus vel aliis noſtris damus literis in mandatis, ut in hujuſmodi proviſionis negotio auctoritate noſtra procedant, juxta ipſius legati continentiam literarum. Certum eſt, quòd (cùm ipſa proviſio ipſius legati *c* poſt impartitam à nobis auctoritatem noſtra cenſeatur effecta) omnibus, quibus poſtea mandavimus in eadem eccleſia provideri (etiamſi canonicatum ipſius eccleſiæ duxerimus conferendum eiſdem) de jure præferri debebis, in præbenda poſtmodum inibi vacatura.

## CAP. XXIII.

*Obſtat taciturnitas obtenti beneficii licet modici, niſi conſtet proviſionem factam proprio motu Papæ: qui demum intelligitur, ſi hoc in litera exprimatur. h.d. Zen.*

Idem.

SI motu *a* proprio alicui aliquod beneficium [illegible] ti conferamus aliud, de illo non habita mentione [illegible] non ob hoc gratiam hujuſmodi, quæ de noſtra mera liberalitate proceſſit, invalidam volumus reputari. [illegible] ad petitionem illius, vel alterius pro eodem [illegible] gratiam hujuſmodi facimus: tunc enim (quantumcunque modicum beneficium taceatur in ea) ipſam [illegible] ptitiam vires nolumus obtinere. Motu quoque proprio tunc ſolùm gratia fieri cenſeatur, cùm hoc expreſſum fuerit in eadem.

## CAP. XXIV.

*Collatio facta motu proprio Papæ, pluribus beneficiis in una eccleſia vacantibus ſimul, intelligitur facta de pinguiori: ſi beneficia ſunt æqualia, ad eum ſpectat electio, cui gratia eſt concessa. Collatio verò facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium reſtringitur: ſi ſint æqualia, eliget, qui [illegible] quo negligente, alius eligit: & etiam contra. hoc dicit [illegible] Zen.*

Idem.

SI pluribus ſimul in aliqua eccleſia vacantibus dignitatibus vel præbendis, nos de hac vacatione [illegible] dignitatem vel præbendam (ſi qua nulli alii de jure debita in ipſa vacat eccleſia) cuiquam in genere conferimus. Gratiam hujuſmodi (ſi motu proprio eam fecerimus, ut tunc fiat interpretatio pleniſſima in eadem) referri volumus ad dignitatem vel præbendam, quæ inter illas majoris cēſetur eſſe valoris: ſeu (ſi ſint forſan æquales) ad eam, quam is, cui conferimus, intra decendium poſt habitam de dicta vacatione notitiam duxerit eligendam. Si verò ad petitionem alterius ipſa gratia fuerit per nos facta, eam (ut hoc caſu prout juri congruit reſtringatur) ad illam, quæ minoris valoris exiſtit, ſeu ſi fuerit æqualitas in eiſdem, ad eam, quam is, ad quem [illegible] ſpectat collatio, infra dictum tempus elegerit, [illegible] ſibi hujuſmodi gratia erit nota, decernimus referendam. Alterutro quoque ipſorum (prout ad eum pertinet) intra tempus debitum eligere negligente, ad alium eorum electio liberè devolvatur.

## CAP. XXV.

*Non debetur expectanti præbenda, quæ per Epiſcopi [illegible] mortem vacat. h.d. ſecundum. Zen.*

Idem.

CVm in eccleſia tua, quæ XII. canonicorum & [illegible] præbendarum habet numerum, conſuetudinem eſſe proponas, ut Epiſcopus, qui eſt pro tempore, [illegible] habeat in capitulo tanquam canonicus, licet canonicus non exiſtat, & unam de dictis præbendis ſicut canonicus obtineat in eadem: certum eſt eum, cui auctoritate Apoſtol. provideri mandatur *b*, de præbenda nulli alii de jure debita proximò in ipſa eccleſia vacatura, præbendam, quam per mortem Epiſcopi vacare contigit, [illegible] contra dictam conſuetudinem, cui per præfatum mandatum non intelligitur derogari, futurus Epiſcopus præbenda careat, & dictus canonicorum numerus [illegible] tur) habere non poſſe: ſed expectare debere [illegible] vacet alia, oportebit eundem.

## CAP. XXVI.

*Per adeptionem ſecundi beneficii curati, cujus fructus alterius cauſa percipit, non vacat primum. Ioan. And.*

Idem.

SI tibi conceſſo à nobis, ut fructus beneficiorum [illegible] quæ uſque ad certum tempus in tua vacabunt [illegible]

a *Vide Fel. in c. in noſtra. extra de reſcr. & Pannorm. in cap. ad aures. in 2. not. de reſcr.* b *Vide conc. Trid. ſeſſ. 7. de reſor. ca. 2. & ſeq. & ſeſſ. 2. de reſor. c. 14.* c *Hæc duo verba, ipſius legati, deſunt in manuſcr. codic.*

a *De clauſula motu proprio vide Fel. in c. ad aures. & in c. ſi quando. extra de reſcrip. & in c. cauſam, quæ. [illegible] & in c. cùm inter procuratorem. de except.* b *Hæ [illegible] ta de providendo ſublata ſunt per concilium Trident. ſeſſ. [illegible] reformat. cap. 19.* c *Et appellatione beneficiorum [illegible] dantur præbendæ, penſiones & præſtimonia, vide Fel. in c. [illegible] ext. de reſcr.*

eſſi percipere valeas pro ſolvendis debitis, quibus eſt tua eccleſia onerata: beneficium vacans poſtmodum, curam habens animarum annexam, alicui ſimile beneficium obtinenti te conferre contingat: Æquum eſt ut quàm diu fructus ipſius perceperis, primum non debeat reputari vacare.

## CAP. XXVII.

*Cùm mandatur alicui non ſacerdotalis, vel integra, vel certi valoris conferri præbenda: ſacerdotalis dimidia vel minoris valoris illi etiam volenti conferri non poterit.*

Idem.

Cui de non ſacerdotali præbenda provideri mandatur, ſibi etiam volenti ſacerdotalis auctoritate mandati hujuſmodi conferri nequibit. Similiter, ſi in eccleſia, in qua integræ ac dimidiæ præbendæ habentur, mandetur *a* integra conferri præbenda: quanquam ille, pro quo ſcriptum extitit, dimidia velit eſſe contentus, ei de ipſa non poterit provideri. Idem cùm injungitur provideri alicui de præbenda certi valoris, ut in præbenda minoris valoris etiam illo volente mandatum non poſſit adimpleri. Non enim hujuſmodi mandata (quorum fines diligenter ſervari oportet) debent ad caſus alios, quàm expreſſos extendi.

## CAP. XXVIII.

*Secundo beneficio curato effectualiter adepto, primum conſimile (quo poſſeſſore irrequiſito) conferri poteſt: non autem ejus poſſeſſio dari. ſecundum Zen.*

Idem.

Licet *b* Epiſcopus beneficium, quod cum animarum cura tenebas (poſtquam aliud recepiſti conſimile, ac ipſius poſſeſſionem pacificam habuiſti, vel per te ſtetit, quominus haberes eandem) poſſit alteri de jure conferre: illum tamen cui contulerit, non debebit te non vocato (cùm tibi forſan jus poſſit competere retinendi) in poſſeſſionem ipſius inducere corporalem.

## CAP. XXIX.

*Sacerdotalis præbenda per ſimplex mandatum de providendo, non niſi apto ad ſacerdotium eſt conferenda. h. d. ſecundum Zen. Et illud ſummarium poteſt adaptari utriq; lecturæ poſitæ in tertia gloſſa Dam.*

Idem.

Ei, cui provideri mandatur *c* ſimpliciter de præbenda proximo vacatura, ſacerdotalis præbenda conferri non poteſt, ſi nondum in ætate tali exiſtat, quòd poſſit ad ſacerdotium promoveri. Sed aliam expectare debebit.

## CAP. XXX.

*Ex mandato ſedis Apoſtolicæ expectans à certa cauſa, ex deficiente beneficium petere impeditur. h. d. ſecundum Zen.*

Idem.

Si pauper *d* clericus, cui cùm beneficium nullum haberet, mandabatur de beneficio (juxta ſuæ probitatis merita) per Epiſcopum provideri, aliud antequam ſit proviſum eidem, beneficium fuerit aſſecutus: providere ſibi Epiſcopus (cùm ceſſet cauſa mandati) de cætero non tenetur.

## CAP. XXXI.

*Ubi de prioritate beneficii pluribus collati non conſtat, primò poſſeſſor, deinde major prærogativa præfertur. h. d. ſecundum Zen.*

Idem.

Si à ſede Apoſtolica, vel legato ipſius, uni, & ab ordinario alteri, eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat, quæ collatio fuerit primò facta: erit potior conditio poſſidentis *a*. Si verò neuter poſſideat, is, cui ſedes ipſa contulit vel legatus (propter conferentis ampliorem prærogativam) erit alteri præferendus.

a *Aliàs, mandatur.* b *Vide Fel. in c. ſi. ext. de præb. ſup. & Hippol. ſingul. 195 incip. nemo privandus eſt.* c *Mandata de providendo ſuſtulit conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 19.* d *Multis modis quis dicitur pauper. vide Alex. conſil. 37. incip. conſultus ſum. l. 7. vide Bart. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr.*

## CAP. XXXII.

*Religioſus habens prioratum vel eccleſiam curatam, ſi recipit ſecundum ſine licentia Papæ, ipſo jure vacat primum. Quòd ſi ſtatim non dimiſerit, efficitur ineligibilis, & privatur utroq;. Eadem eſt pœna in iis, qui habebant ante hanc conſtitutionem, niſi intra menſem alterum elegerint & alterum dimiſerint. h. d. uſq; ad §. prohibemus. Ioan. And.*

Idem.

Cum *b* ſingula officia ſint ſingulis committenda perſonis, & diſſolutionis ac evagationis materia ſit religioſis præ cæteris auferenda: præſenti prohibemus edicto, ne aliqui monachi vel religioſi alii *c* pluribus prioratibus, vel eccleſiis curam habentibus animarum, etiamſi eadem cura non per ipſos, ſed per Presbyteros eorum ad præſentationem per Epiſcopos inſtitutos habeat exerceri, abſque ſedis Apoſtolicæ auctoritate præeſſe præſumant: niſi fortè unus ex eis ab alio dependeat, vel ad invicem ſint annexi. Statuentes, ut quicunque ipſorum prioratum vel eccleſiam talem obtinens alium receperit, primum quo ſit ipſo jure privatus, ſtatim omninò dimittere teneatur, per eum, ad quem pertinuerit, liberè alteri conferendum. Quod niſi fecerit, extunc eo ipſo efficiatur ineligibilis *d*, & tanquam ambitioſus ab utroque penitus repellatur. Circa eos autem, qui plures prioratus vel eccleſias hujuſmodi nunc detinent, providemus ut intra menſem, poſtquam præſens conſtitutio pervenerit ad eoſdem, unum ex ipſis, quem retinere voluerint (reliquis dimiſſis) eligere teneantur: alioquin extunc pœnis ſubjaceant ſupradictis.

*Prioratus eccleſiæ vel adminiſtrationes unius monaſterii ſolitæ per ipſius monachos gubernari, abſq; ſedis Apoſtolicæ licentia alterius monaſterii monachis non committantur, nec commiſſa dimittantur. Qui contra fecerint, ſint privati poteſtate ordinandi prædicta ea vice: & defertur ad diœceſanum in non exemptis, & ad Papam in exemptis. Recipientes vel detinentes (aliàs eligentes) ſunt ineligibiles ipſo jure. h. d.*

Prohibemus inſuper, ne prioratus vel eccleſiæ, aut adminiſtrationes, ſeu officia unius monaſterii conſueta per ejuſdem monachos gubernari, committantur deinceps abſque auctoritate ſedis ejuſdem alterius monaſterii monachis gubernanda, nec hactenus commiſſa dimittantur eisdem: ſed per eos, ad quos pertinent, liberè ordinentur. Cùm illis non liceat habere locum in diverſis monaſteriis, quorum unum ab alio non dependet, nec aliorum monaſteriorum (niſi canonicè transferantur ad ipſa) prioratus, eccleſias, adminiſtrationes vel officia gubernare. Qui verò contra prohibitionem præſentem prædicta de cætero alienis monachis commiſerint, vel dimiſerint jam commiſſa: ea vice ordinandi de ipſis ſint poteſtate privati, & de eis per diœceſanos (ſi exempta non fuerint) alioquin per ſedem Apoſtolicam ordinentur. Ii autem, qui ea ſuſcipere vel ſuſcepta præſumpſerint detinere *e*, reddantur ineligibiles ipſo jure.

## CAP. XXXIII.

*Contemptum poſſunt proſequi, ſi ad receptionem vel collationem abſentes Monachi vel canonici non vocentur: niſi conſuetudo habeat eos non vocari. h. d. ſecundum Zen.*

a *Vide l. vis ejus. C. de probat. c. licet cauſam. de prob. & l. in bona fidei. C. de rebus cred. Font.* b *Vide conc. Trid. ſeſſ. 7. de refor. c. 2. & ſeſſ. 24. de refor. c. 17.* c *Aliàs, alius.* d *Vide gloſſ. 16, qu. 1. in ſum. & clem. 1. de elect. Phi. Font.* e *Aliàs, retinere.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem.

CVm in eccleſiis canonicorum receptio, aut præbendarum vel beneficiorum collatio imminet facienda, abſentes canonici [ſi commodè fieri valeat] ſunt vocandi. Niſi conſuetudo habeat eos ad talia non vocari. Alioquin quod in eorum abſentia fieri contigerit, eis inſtantibus irritari debebit.

## CAP. XXXIV.

*Beneficia morientium etiam in loco vicino curiæ Romanæ per duas dietas legales, vel ſede ipſa vacante, ibi cauſam, domicilium vel originem non habentium, vel etiam habentium, ſed curialium, & ibi cauſa Romanæ curiæ morantium, vel translata curia eam ſequentium, & in itinere decedentium, vel in loco unde receſſit curia, in quo remanſerant infirmi: conferri nequeunt per alium quàm per Papam. h. d. ſecundùm Zen.*

Idem.

PRæſenti declaramus edicto, ſtatutum felicis recordationis Clementis Papæ prædeceſſoris noſtri, de beneficiis apud ſedem Apoſtolicam vacantibus, per alium, quàm per Romanum Pontificem minimè conferendis, locum habere in beneficiis, quæ legati aut nuncii ſedis ejusdem, vel quivis alii ad Romanam curiam venientes, vel etiam recedentes ab ipſa obtinere noſcuntur, ſi eos in locis vicinis *a* ipſi curiæ mori contingat: quemadmodum ſi in loco ubi eadem curia reſidet, morerentur.

Idem eſt ſi aliquis curialis [etiam eccleſia Romana vacante peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quavis cauſa ad locum curiæ vicinum ſecedens] in hujuſmodi loco vicino decedat: dummodo ibi [etiam ſi erat ad ipſam curiam reverſurus] ejus domicilium ſeu domus propria non exiſtat.

Loca verò intelligantur vicina eidem curiæ in præmiſſis, quæ remota ultra duas dietas legales [quas hoc caſu ſic ſpecialiter volumus computari] à loco ubi moratur ipſa curia non exiſtunt.

Sanè ſi quis in loco ubi *b* degit curia, ſuæ originis domum habens, diem claudat extremum in ea: ipſius beneficia ſub prædicto non aliter includantur *c* ſtatuto, quàm ſi curialis eſſet antea, & ibidem occaſione curiæ moraretur. Porrò cùm curiam de loco ad locum transferri contingit, ſi curiales in itinere [dum curiam ſequuntur eandem] vel in loco unde recedit ipſa curia, forſitan remanentes infirmi, rebus inibi eximantur humanis, præmiſſum ſtatutum [quantumcunque locus ubi decedunt ab ipſa curia ſit remotus] ad illorum beneficia ſe extendit.

## CAP. XXXV.

*Mors Papæ tollit ne parœciales eccleſiæ in curia vacare dicantur. h. d. ſecundùm Zen.*

Idem.

SI Apoſtolica ſede vacante aliquas parœciales eccleſias vacare de cætero contigerit apud ipſam, ſtatuimus ut de eis [ne ipſarum vacatio diutina periculum valeat animabus afferre] per eos, ad quos pertinet *d*, poſſit liberè ordinari: conſtitutione felicis recordationis Clementis Papæ prædeceſſoris noſtri de beneficiis apud ſedem ipſam vacantibus, per alium, quam per Romanũ Pontificem minimè conferendis, vel alia quavis contraria ſuper hoc edita non obſtante. Idem volumus & de illis, quæ ibidem ipſo Romano Pontifice vivente vacabunt, ſi de ipſis per eum ante ipſius obitum non fuerit ordinatũ.

a *Nota ex loci vicinitate contrahi communionem quandam etiam quoad præmium, pœnam, mores. de pœnit. diſt. 1. §. ſed continuo. l. non tantum, §. Ilienſibus. ff. de excuſ. tut. & qui dicantur vicini, vide l. ſi tertius. de aqua plu. arc. l. 4. §. ſi tam vicinium. ff. de damn. infe. de Anc. Font.* b *Al. ita, ubi degit ipſa curia, &c.* c *Al. includuntur.* d *Vide Dec. in c. bona. in princ. ext. de appell.*

## CAP. XXXVI.

*Gratia alicui conceſſa, ut providere poſſit perſonis idoneis in certa eccleſia, perſonis non expreſſis, non expirat re integra* [illegible] *dentis: ſecus ſi perſonæ eſſent expreſſæ. Ioan. And.*

Idem.

SI cui [nulla perſonarum facta expreſſione] [illegible] ſè conceſſa facultas, ut auctoritate Apoſtolica [illegible] aliquibus perſonis idoneis in certa eccleſia [illegible] beneficia [quorum collatio eſt ad ſedem Apoſtolicam legitimè devoluta] conferre, contradictores [illegible] auctoritate per cenſuram eccleſiaſticam [illegible] hujuſmodi conceſſio [quam cùm ſpecialem gratiam [illegible] tineat, decet eſſe manſuram] non expirat etiam re integra per obitum concedentis. Secus ſi ſuper [illegible] certæ perſonæ facienda ſit data poteſtas eidem, [illegible] ſuam, ſed ejus, cui provideri mandatur gratiam [illegible] rem: illa quidem expirat omninò, ſi concedens [illegible] gra moriatur.

## CAP. XXXVII.

*Qui ex licentia circa incertos conceſſa abſque titulo ad ſacros ordines clericos promovet, eis tenetur providere.* [illegible] *promoventi, vel etiam promovendis, eis promotis ad* [illegible] *lo, providere tenebatur. h. d. Zen.*

Idem.

SI *b* Epiſcopus, cui nullis perſonis expreſſis in [illegible] commiſiſti, ut vice tua ordines in tua diœceſi [illegible] ret, ad ſacros ordines promoverit quempiam [illegible] non habentem: ei [cùm in culpa fuerit taliter ordinando eundem] tenebitur vitæ neceſſaria miniſtrare, [illegible] ſibi per eum vel alium de competenti beneficio [illegible] viſum. Si verò certas commiſiſti *c* eidem ordinandas perſonas, tu [qui prævidere hoc caſu an haberent [illegible] lum debuiſti] taliter ordinato ad prædicta, donec per [illegible] beneficiatus fuerit, obligatus exiſtis. Eis autem, quibus à diœceſanis datur licentia, ut poſſint à quo voluerint Epiſcopo ad omnes ſacros ordines promoveri, non qui ordinant, ſed qui tribuunt licentiam [illegible] non debeant titulum non habenti] ad prædicta, ſi titulum non habeant, obligantur.

## CAP. XXXVIII.

*Si primo loco Papa dat licentiam conferendi beneficia* [illegible] *do vacantia, vel ad Papam devoluta: ſecundo aliquod* [illegible] *ferat ſpecialiter, vel conferri mandet, ſpecies generi* [illegible] *quòd ſecundo beneficium debetur. h. d. Ioan. And.*

Idem.

QVamvis *d* tibi nuper in genere poteſtatem [illegible] mus, beneficia ſex clericorum tuorum [illegible] vel decedentium auctoritate noſtra perſonis idoneis [illegible] ferendi, canonicatum tamen & præbendam, quos in [illegible] eccleſia [in qua poſt prædictam gratiam tibi factam [illegible] mandavimus cuidam ſpecialiter provideri] [illegible] quidam ex iiſdem tuis clericis, nunc defunctus, [illegible] non potes: cùm illi, pro quo ſcripſimus, [illegible] Nam primæ generali gratiæ tibi factæ derogat [illegible] ſpecialis, licet de illa non fecerit mentionem. [illegible] ratione ſi poſt facultatem tibi conceſſam à nobis, [illegible] rendi beneficia tuæ diœceſis [quorum collatio eſt ad [illegible] dem Apoſtolicam devoluta] nos eorum aliquod [illegible] quam tu conferas] conferamus ſpecialiter alicui, vel [illegible] ferri mandemus, de conceſſione tibi facta non [illegible] mentione, facta per nos collatio canonica eſt [illegible] da.

a *De hac clauſula vide Zabarellam in Clem.* [illegible] *res de religioſ. dom. & Felin. in c. ſuper eo. ext. de* [illegible] c [illegible]
b *Vide concil. Trid. ſeſſ. 21. de refor. cap. 2.*
d *Vid. Dec. in c. 1. de reſcrip. ſuper 1. gl. & Trid. conſ.* [illegible]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAP. XXXIX.

*Revocatio gratiæ non tollit jus quæſitum, ſed quærendum, niſi jus canonicatûs aliud inducat: nec tamen tollit jus quærendum annexum juri digniori jam quæſito. h.d. ſecundùm Zen.*

Idem.

SIis, cui de canonicatu, præbenda, & dignitate, perſonatu, vel officio per felicis recordationis Nicolai Papæ & Celeſtini prædeceſſorum noſtrorum literas, gratia in aliqua eccleſia facta erat, conſtitutionis noſtræ revocatoriæ tempore canonicatum & præbendam, dignitati, perſonatui vel officio alicui non annexam erat adeptus, licet dignitatem, perſonatum, ſeu officium inibi expectaret, propter expectationem hujuſmodi privatus non intelligitur jure, quod in canonicatu & præbenda fuerat canonicè aſſecutus: jus tamen quod ad dignitatem, perſonatum, vel officium competebat eidem, juxta verba dictæ revocationis intelligitur revocatum. Non ſic autem ſi canonicatum cum dignitate, perſonatu aut officio conferri tantùm canonico conſuetis *a*, fuerat aſſecutus ſub expectatione præbendæ: cùm jus magis dignum, quod iſte in dignitate, perſonatu, ſeu officio hujuſmodi jam habebat, jus minus dignum canonicatus retineat, cujus canonicatus ratione jus oidem ſalvum remanet, ad præbendam nulli alii debitam, Apoſtolica ante ipſum auctoritate recepto. Sed & ſi ex Epiſcopi vel alterius cujuſcunque collatione vel proviſione adeptus fuerat in eadem eccleſia dignitatem, perſonatum, ſive officium conferri tantùm canonico conſueta, præfatus, qui canonicatum auctoritate Apoſtolica jam habebat, idem erit cenſendum.

## CAP. XL.

*Obeſt revocatio gratiæ præbendam expectanti, & decreti interpoſitio, etiam ignoranti. h.d. Zen.*

Idem.

QVodam per literas felicis recordationis Nicolai Papæ prædeceſſoris noſtri canonicatum ſub expectatione *b* vacaturæ præbendæ in certa eccleſia obtinente, ſucceſſor ejus Celeſtinus cuidam alteri ſimilem in eadem eccleſia gratiam fecit, quem omnibus etiam ante ipſum auctoritate Apoſtolica, vel quavis alia in eccleſia ipſa receptis voluit anteferri *c*, cum interpoſitione decreti: priuſquam tamen ad primum & ejus executores ſecundæ gratiæ notitia perveniſſet, vacans præbenda eidem primo per ſuos fuit executores collata: poſt hujuſmodi autem & ante factam ſecundo collationem ipſius præbendæ, noſtra conſtitutio revocatoria emanavit: & quoniam quis eorum jus habeat in præbenda hujuſmodi dubitatur, nos neutrum illorum habere jus decernimus in eadem. Prima enim collatio poſt & contra decretum à dicto Celeſtino interpoſitum facta (licet ab ignorantibus & etiam ignoranti) non obtinet firmitatem. Ius verò, quod ſecundo ad præbendam, non in præbenda hujuſmodi competebat (cùm noſtram revocationem ejus collatio non præceſſerit) per eam penitus eſt ſublatum.

## CAP. XLI.

*Mandatum de providendo de beneficio ad collationem capituli pertinente, non tangit jus ſingularis canonici. hoc dicit. ſecundùm Zen.*

Idem.

MAndatum Apoſtolicum tibi directum, ut T. clerico de beneficio ſpectante ad collationem Narbonen. capituli provideres, beneficia ejuſdem capituli, ſive dentur in communi per ipſum, ſive per canonicos ejuſdem eccleſiæ ſingulares, vice ac auctoritate capituli, aut ex jure ipſius de conſuetudine vel ſtatuto, meritò comprehendit *a*. Ad beneficia tamen ratione dignitatum, perſonatuum, vel officiorum, quæ nonnulli ex eiſdem canonicis obtinent in ipſa eccleſia, ad eorundem collationem ſpectantia mandatum hujuſmodi minimè ſe extendit. Idem eſſe cenſemus, ſi ratione præbendarum ſuarum ad ipſos canonicos collatio dictorum beneficiorum ſingulariter pertinere noſcatur. Niſi contineatur forſitan in mandato, quòd eidem clerico provideas de beneficio ad collationem Narbon. capituli pertinente communiter vel diviſim: tunc enim de beneficiis, quæ ad ipſorum collationem pertinent, ratione hujuſmodi præbendarum poteris providere.

# DE CLERICO ÆGROTANTE VEL DEBILITATO.

## TITVLVS V.

## CAP. I.

*Datio coadjutorum Epiſcoporum & ſuorum ſuperiorum eſt de majoribus cauſis, & ſpectat ad ſolum Papam: poteſt tamen Epiſcopus ſenio vel infirmitate perpetua impeditus de conſenſu capituli ſui vel majoris partis ſibi auctoritate Apoſtolica unum vel duos coadjutores aſſumere: & ſi demens fuerit, capitulum aut duæ partes ipſius hoc facient. Sed ſi Epiſcopus contradicat, tunc nil innovabit capitulum, ſed Epiſcopi & eccleſiæ conditionem, quàm citò poterit, intimabit Papæ. Et coadjutores illi ſumptus moderatos habebunt de proventibus prælatorum ipſorum. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

PAſtoralis officii debitum exequentes, declaramus atque ſtatuimus, coadjutorum *b* Epiſcoporum & ſuperiorum prælatorum dationem intelligendam eſſe de cauſis majoribus, & referendam ad ſedem Apoſtolicam, ac ab ea (conſuetudine non obſtante contraria) tantummodò poſtulandam.

Verùm ne hoc prætextu eccleſiæ (exiſtentes præcipuè in remotis) diſpendia patiantur: nos earum in hac parte indemnitatibus præcavere volentes, hac generali conſtitutione ſancimus, ut Epiſcopus ſenio aut valetudine corporali gravatus, vel etiam aliàs adeò impeditus perpetuò, ut officium ſuum nequeat exercere, poſſit de ſui conſilio & aſſenſu capituli, vel majoris partis ipſius, unum, vel duos auctoritate Apoſtolica coadjutores aſſumere, ad dictum officium exequendum. Si verò Epiſcopus demens fuerit, & quid velit aut nolit exprimere neſciat, vel non poſſit: tunc ejus capitulum vel duæ ipſius partes eadẽ auctoritate unũ aut duos coadjutores aſſumant idoneos, qui ejus officium exequantur. Si autem Epiſcopus ſenio aut incurabili morbo gravatus, vel perpetuo impedimẽto detentus, ad ſui executionem officii reddatur inutilis: & coadjutorem aſſumere vel habere noluerit, licet à capitulo requiſitus proprio, ſe illius non indigere ſuffragio forſitan aſſerendo: tunc nil per capitulum innovetur, ſed hoc caſu & etiam proximo, idem capitulum Epiſcopi & eccleſiæ ſuæ conditionem & ſtatum, ac facti circumſtantias univerſas, quàm citò poterit fideliter & explicitè referat ad notitiam dictæ ſedis, recepturi humiliter, & efficaciter impleturi, quod ſuper hoc per ſedem ipſam contigerit ordinari. Præſenti quoque adjicimus ſanctio-

a *Dicunt Petr. de Anch. & Archid. quòd reſcriptum impetratum à Papa dignitatem, non facta mentione conſuetudinis, de qua non obtinet, per l. honores. §. rj. ff. de decur. eſt ſurreptitium. Font.*
b *Expectativas ad vacatura omninò ſuſtulit conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 19.* c *De clauſula anteferri, vide latè per Felin. in cap. capitulum ext. de reſcr.*

a *Petrus de Anch. not. mandatum etiam adſtringere gerentem vices ejus cui mandatur, ſimiliter mandatum factum vices gerenti: quia ſi deficit principalis, debet poſtea per principalem commoda recipientem impleri. l. ſecundùm naturam. ff. de reg. jur. neq; poterit per vicem gerentem impleri, in his enim mandatis intelligitur reſtante in eodem ſtatu. l. ff. ſi ex nox. cauſ. ag. Fontan.*
b *Quam auctoritatem habeant coadjutores dati Epiſcopis ſenibus vel infirmis, latè docet Oldradus. conſil. 44.*

ni, ut coadjutores hujuſmodi de proventibus prælatorum, in quorum aſſumentur auxilium, ſumptus recipiant moderatos, ab alienatione qualibet de bonis eccleſiaſticis prælatorum ipſorum vel eccleſiarum ſuarum quomodolibet facienda penitus abſtinentes: rationem non ſolùm in diſtricto examine, ſed & prælatis eisdem (ſi ſanæ mentis extiterint) ac capitulis eorundem, ſeu etiam ipſorum prælatorum ſucceſſoribus (ſi hoc antea non fecerint) plenariam reddituri. Cæterum quod de Epiſcopis præmittitur, ad ſuperiores etiam prælatos eſſe volumus & intelligimus referendum.

## DE INSTITUTIONIBUS.

### TITULUS VI.

### CAP. I.

*Capitulum ſede vacante licet beneficia ad Epiſcopi collationem ſpectantia conferre non poſſit, tamen ad illa præſentatos inſtituere poteſt. h. d. Zen.*

Bonifacius VIII.

ET ſi capitulum à ſede vacante beneficia, quæ ad collationem Epiſcopi pertinent, conferre non poſſit, præſentatos tamen à patronis poteſt admittere, ſi ſint idonei, & eos inſtituere in beneficiis, ad quæ fuerint præſentati: Licet ad Epiſcopum (ſi ſupereſſet) admiſſio & inſtitutio hujuſmodi pertineret.

### CAP. II.

*Non repellit præſentatum defectus ſacrorum ordinum. h. d. Zen.*

Idem *in eodem.*

SI is, ad quem rectoris præſentatio in aliqua parœciali eccleſia noſcitur pertinere, quempiam non conſtitutum in ſacris præſentet ad eam: ipſum *b* (dummodo aliàs ſit idoneus, & intra tempus à jure ſtatutum ad ordines, quos ipſius eccleſiæ cura requirit, valeat promoveri) decernimus admittendum.

## DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

### TITULUS VII.

### CAP. I.

*Si mandetur alicui provideri de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandam, & vacat dignitas, quam ante acceptationem ordinarius confert, tenet ipſius collatio: etiam ſi executor impetrantis ante acceptationem fecerit reſervationem, inhibitionem, & proceſſus ſuper prima vacante. Ioan. And.*

Innocentius IV. *dilecto filio Andreæ Capellano noſtro.*

QVia cunctis: & infrà. Proponebatur itaque pro parte tua, quòd cùm prædicta præpoſitura, dum vacabat, tibi per eum, qui conferre potuit ipſam, collata fuiſſet, collatio hujuſmodi canonica exiſtebat: maximè cùm nulla per priorem ipſum, quæ illam impedire poſſet, inhibitio præceſſiſſet. Dicebat autem pars altera, quòd cùm præmiſſæ literæ ſede Carnoten. vacante fuiſſent in capitulo publicatæ, ac præfatus Epiſcopus tunc de capitulo ipſo eſſet, ibique præſens exiſteret, ignorare non potuit, mandatum Apoſtolicum (ſuper conferenda memorato D. præbenda vel dignitate ſine cura, quam ipſe duceret acceptandam, cùm primò in eccleſia ipſa prædicta vacaret) alii fuiſſe directum, & ſic per conſequens facultatem ſibi eſſe ſublatam, conferendi hujuſmodi dignitatem: propter quod videbatur, quòd nec per ſe nec per alium præfatam præpoſituram, curam non habentem animarum annexam (quæ primò poſt mandatum ipſum in eccleſia prædicta vacavit) potuerit alicui perſonæ conferre. Præſertim cùm jam dictus prior eodem publicato mandato mox præfato D. præbendam vel dignitatem, curam hujuſmodi non habentem, quam primò in eadem eccleſia vacare contingeret, contuliſſet: nec aliàs etiam (prout allegabatur) prodeſſe poterat ipſius Epiſcopi ignorantia in hac parte. Nam ſi alicui à ſede Apoſt. concedatur, quòd excommunicari non poſſit, licet id forſan ſuus ignorant Epiſcopus, non tamen propter hoc ejus ligatur ſententia, ſi quam proferat in eundem. Similiter ſi alicui conferendi præbendam aliquam tribuatur à ſede Apoſt. poteſtas, ex hoc ipſo videtur, quòd ſit Epiſcopo conferendi tunc eam penitus interdicta facultas. Nec obſtaret ſi fortè objiceretur, quòd lex, ſeu conſtitutio & mandatum nullos adſtringunt, niſi poſtquam ad notitiam pervenerint eorundem, aut niſi poſt tempus, intra quod ignorare minimè debuiſſent: quia in privilegiis & indulgentiis, ſeu conceſſionibus ſpecialibus ſecus exiſtit, in quibus ſufficit, quòd ad illorum, quibus conceduntur, notitiam perveniant: ut patet cùm indulgetur alicui, quòd excommunicari non poſſit, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Et quidem cùm tribuitur alicui poteſtas conferendi præbendam, videtur proculdubio ei concedi aliquid ſpeciale. Adjiciebatur inſuper, quòd cùm ſententia ſtatim arctet etiam ignorantem: quoniam ſi contra prælatum aliquem abſentem depoſitionis ſententia proferatur, contractus, quos iniit ignoranter poſtea ut prælatus, nullum robur obtinent firmitatis: & in ſupradictis literis irritum decernimus & inane, quicquid ſuper hujuſmodi præbenda vel dignitate contra noſtrum contigerit attentari mandatum: collatio, quam idem Epiſcopus poſt tale noſtrum decretum (ſive illud ignoraverit, ſive non) de præfata præpoſitura per ſe vel per alium fecerat, non valebat. Ex parte verò tua extitit replicatum, quòd hæc de illis privilegiis & indulgentiis (æquitate ſuadente) debent intelligi, quæ vim ſuam habent mox cùm ad illos, quibus conceduntur, perveniunt: ex quorum tenore liquidò noſci poteſt, quòd talis circa ea fuerit intentio concedentis: utpote cùm alicui conceditur, quòd excommunicari non poſſit: ex hoc enim evidenter apparet aliis ipſum excommunicandi ademptam eſſe penitus facultatem: non ſic autem ſi alicui conferendi præbendam, ſive certa, ſive incerta tribuatur poteſtas, non enim tunc eſſe videtur tribuentis intentio, ut per hoc ei (ad cujus donationem præbenda ipſa pertinet) conferendi poſſibilitas adimatur: niſi prius ille ſibi notificet, quòd eam velit per hujuſmodi poteſtatem conferre, aut ei collationem interdicat illius, vel poſtquam illi notificaverit talem poteſtatem fore ſibi conceſſam, vacuum decernat & irritum, ſi ſecus de ipſa præſumat. Quia cùm illi non amplior detur poteſtas, quam ipſe Romanus Pontifex habeat in hac parte, ſicut per eam, quam obtinet ipſe Romanus Pontifex, facultas conferendi beneficium vel præbendam (niſi ſuam intimet voluntatem) alicui non aufertur: ſimiliter & per eam, quæ taliter illi ab ipſo conceditur ei, ad quem ipſius præbendæ ſpectat collatio, priuſquam inſinuet ille ſibi, quòd eam velit concedere, vel etiam conferat (ſi fortè vacet) poteſtas non tollitur conferendi, niſi forſan quòd ipſam conferre non poſſit, exprimatur in conceſſione hujuſmodi poteſtatis: tunc enim licet talem conceſſionem fortaſſis ignoret, ſua tamen collatio, ſi poſtmodum præbendam ipſam conferat, nihil valet: cùm ſatis ſuper hoc concedentis intentio agnoſcatur: ſicut cùm indulgetur alicui, quòd excommunicari non valeat, ut in ſuperioribus eſt præmiſſum. Subjunctum etiam exiſtit, quòd cùm memorato priori per præfatas literas mandaſſemus, ut memorato D. præbendam, vel dignitatem

a *Varias ſignificationes hujus vocis, capitulum, ponit Ioan. And. in c. capitulum. ſup. de reſcr.* b *Not. idoneitatem. & tempus hìc per copulam poni. unde non ſat eſt quòd intra tempus juris poſſit promoveri, ſed debent etiam aliæ idoneſtates concurrere. Dom. & Pet. de Anch. Font.*

a *Vide Decium & Doct. in c. cognoſcentes. ext. de conſt. & Turrecrematam in c. in iſtu. §. leges. diſt. 4.*

ſine

ſine cura, quam acceptandam duceret, ſi vacaret tunc, vel quam primò vacare contingeret, in eccleſia prædicta conferret: idem prior providendi ei de præbenda, vel dignitate ipſa (niſi poſt acceptionem ipſius *a*) non habebat aliquam poteſtatem. Vnde cùm ſæpedicta præpoſitura fuerit tibi (antequam illam idem D. acceptaret) præfati Epiſcopi auctoritate collata, hujuſmodi collatio illius mandati noſtri prætextu (etiamſi prius illud Epiſcopus ipſe ſciviſſet) non poterat vacuari. Noſtrum autem in hac parte decretum ad præbendam ſeu dignitatem, quam prædictus D. acceptaret, referri debebat: alioquin ſuper incerto fuiſſet editum, nec aliquem adſtrinxiſſet. Sed extitit ex adverſo reſponſum: quòd etſi prædictus prior jam dicto D. præbendam vel dignitatem hujuſmodi cùm vacaret ante hujuſmodi acceptationem conferre nequiret, idem tamen D. præbendam vel dignitatem talem licitè poſſet & liberè acceptare: quare prædictus Epiſcopus præfatam præpoſituram (cùm non prius eum requiſierit, an acceptare vellet eandem) cuiquam conferre non potuit: quinimo ipſius collatio (cùm idem D. præpoſituram ipſam poſtmodum acceptaverit) irritari debebat, & confeſſio per jam dictum Archipresbyterum ſibi facta, debet ſtabilis permanere: ſicut cùm legatur alicui unus ex ſervis, quem elegerit, vel optaverit, & hæres ante optionem illius manumittit aliquem, vel alienat ex illis: profectò manumiſſio vel alienatio irritatur, cedit ille legato, ſi legatarius eum duxerit eligendum. Econtra verò pro parte tua propoſitum extitit, quòd id in ultimis voluntatibus tenet, nec præmiſſa in legatis futuris, quemadmodum in extantibus habent locum: quia nec etiam ad optandum, ſeu eligendum ex illis, ſicut ex iis poteſt terminus aſſignari. Et gravis ineſſet conditio, quoddamque incongruum videretur, ſi quando mandaretur alicui de beneficio, quod duceret acceptandum in aliqua provincia, quàm primò illud vacare contingeret, provideri: oporteret ipſum *b* in ſingulis beneficiis poſtmodum inibi vacantibus (prorogata non abſque periculo forſitan ipſorum collatione) *c* requiri. Unde cùm ſæpe præfato priori fuiſſet injunctum, ut dicto D. præbendam vel dignitatem, quam acceptandam duceret, ſi vacaret in eccleſia memorata, vel quam citò contingeret eam vacare, ſibi auctoritate Apoſtolica conferret: & ita eidem D. circa futuras, ſive vacaturas præbendas, vel dignitates tales ipſius eccleſiæ optio data eſſet, non poterat per hoc memorati Epiſcopi in illis, quando vacarent, collatio impediri: niſi forſan cùm aliquam ex iis vacare contingeret, illam ipſe D. (priuſquam eam conferret Epiſcopus) acceptaret: vel etiam niſi ante vacationem alicujus ipſarum vacaturarum ex his primam, vel ea omiſſa, ex aliqua cauſa ulteriorem duceret acceptandam: quia taliter acceptatam conferre poſtmodum Epiſcopus non valeret. Nos itaque tam tuis, quàm præfati D. rationibus plenius intellectis, quia ſæpe dictam præpoſituram ad te volumus pertinere, ipſam tibi (habito fratrum noſtrorum conſilio) adjudicare curavimus: ipſi *d* D. ſuper ea perpetuum ſilentium imponentes.

## CAP. II.

*Omnis promiſſio, per quam datur via ad beneficia vacatura, eſt reprobata, Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

DEteſtanda *a* iniquorum perverſitas abſtinere neſciens à vetitis, nec gaudere debito modo conceſſis, dignè plerunque officium excitat præſidentis, ad ea, quæ juſta fuerant conſideratione conceſſa (cùm in abuſum ea vergere circumſpicit) diſcretione prævia revocanda. Sanè licet olim fuerit canonica conſtitutione decretum, quòd ii *b* qui promittunt aliquibus de beneficiis eccleſiaſticis, cùm poterunt, vel cùm facultas ſe obtulerit providere, promiſſiones ſuas (facultate ſe offerente) debeant adimplere: quia tamen, ſicut experientia docuit, per promiſſiones hujuſmodi, quæ per importunitatem nimiam, per quam non concedenda multoties conceduntur, & per ambitionem improbatam, ut plurimum extorquantur, aperitur via ſub tali palliatione verborum, ad promittenda damnabiliter *c* contra Lateranenſe Concilium beneficia vacatura, mortis alienæ votum ingeritur, & eccleſiis, ac prælatis, & perſonis eccleſiaſticis gravamina plurima inferuntur. Nos malis hujuſmodi, & animarum periculis occurrere cupientes, promiſſiones eaſdem, & alias quaſcunque ſub quovis modo, aut forma verborum de cætero faciendas, per quas directè vel indirectè aperiri via valeat ad beneficia vacatura, auctoritate Apoſtolica penitus reprobamus, & omninò viribus vacuamus, decernentes per eas, vel ipſarum aliquam, ad providendum alicui nullum deinceps quomodolibet obligari.

## CAP. III.

*Habens literas Apoſtolicæ ſedis ſuper primo beneficio, dignitate, vel præbenda, quod duxerit acceptandum, certum acceptare non poteſt: ſed primum quod vacabit, vel ex cauſa ſecundum, vel ulterius poterit acceptare. Reſervationes, proceſſus, & decreta contra hoc facta non valent. Ioan. And.*

Idem.

NE captandæ alienæ mortis occaſio ex benignitate gratiarum ſedis Apoſtolicæ tribuatur: Declarandum duximus, quòd is cui ab eadem ſede, ut ei provideatur de præbenda, dignitate, vel perſonatu, aut alio beneficio in aliqua provincia, diœceſi, vel eccleſia, quem *d*, ſeu quod duxerit acceptandum: certis ſibi ſuper hoc executoribus deputatis gratia noſcitur eſſe facta. Licet in genere primum perſonatum, dignitatem, præbendam, ſeu beneficium in eadem provincia, diœceſi, vel eccleſia vacaturum, aut ſecundum, ſeu ulterius (ſi rationabilis cauſa ſubſit) valeat acceptare. Certum tamen & expreſſum priuſquam vacet, acceptare non poteſt. Quòd ſi fecerit, etiam ſi per executores ejus ſecundum acceptationem hujuſmodi facta fuerit reſervatio, inhibitio, variique proceſſus, ac ſententiæ promulgatæ, tam acceptatio *e* ipſa, quàm proceſſus viribus careant, nec aliquam obtineant roboris firmitatem: imò niſi acceptator ille dignitatem, præbendam, perſonatum, ſeu beneficium taliter acceptatum & reſervatum, per collationem, vel inſtitutionem poſtmodum factam de vacanti jam adeptus, vel ejus in ipſo fuerit acquiſitum: per eum, ad quem ejuſdem perſonatus, dignitatis, præbendæ, aut beneficii collatio ſeu proviſio pertinet (dictis acceptatione, ac executorum proceſſibus inde ſecutis nequaquam obſtantibus) de illo vacanti liberè poterit alii provideri.

## CAP. IV.

*Sine ſpeciali mandato non inhibet executor generaliter*

a De. not. hic quòd executorium ad conferendum beneficium, quod impetrans duxerit acceptandum, inhibitio, intimatio, collatio ante tempus vacationis non ligat ordinarium, quia poteſtas in eum ſub conditione non exercetur ante purificatam conditionem facta c. ſi pro te. ſup. C. de reſtit. Font. b Al. ita oportet eum. c Vide Cle. 1. §. ſecus. infr. eod. d Al. ita, memorate D. ſuper ea, &c.

a Vid. Conc. Trid. ſeſſ. 16. de refor. c. b alit. ut hi. c Not. quòd contra veniens juri peccat. gl. de pœn. diſt. 1. in ſumm. Imò incurrit notam infamiæ. c. illud. de majorit. & obedientia. vid. Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fidejuſ. & gl. in c. 1. de ſerv. non ord. fac. vid. quæ dixi in c. perpetua. ſup. de elect. Font. d alit. ita, quam ſeu quòd duxerit, &c. quam varietat. etiam agnovit. gl. hic. e Vid. l. per fundum. ff. de ſervi. ruſtic. prædio.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*collationem beneficiorum provinciæ: ſpecialiter verò reſervat primum, & inhibet ulteriorem non ſine mandato: nec tunc tenet collatio contra facta. h. d. Dominicus.*

Idem.

EXecutor *a* ſuper proviſione alicujus à ſede Apoſtolica, per generales literas in aliqua Provincia deputatus, prælatis, & aliis, ad quos beneficiorum in eadem provincia ſpectat collatio, ne ad proviſionem aliquorum procedant, donec illi, pro quo ſcribitur ſit proviſum, non poteſt generaliter inhibere.

Niſi expreſsè in ipſis literis facultas hujuſmodi inhibitionis concedatur. Poteſt tamen reſervationem, & eiſdem inhibitionem facere ſpecialem de primo: vel (ſi hoc illi beneficio competat literarum) de ſecundo vel ulteriori beneficio inibi vacaturo eidem clerico conferendo. Quod autem contra talem reſervationem & inhibitionem ab eo, ad quem beneficii reſervati collatio pertinebat, fuerit attentatum, non tenet.

## CAP. V.

*Si mandetur capitulo, ut me recipiant in canonicum, & præbendam conferant, cùm id pertinet ad eos, dato executore ad providendum, per ſolam præſentationem factam capitulo, affecta eſt præbenda: & executor (negligente capitulo intra terminum per eum ſtatutum me recipere, & præbendam conferre) non vocato capitulo id exequi poterit. Ioan. And.*

Idem.

SI capitulo alicujus eccleſiæ, cùm ad ipſum canonicorum receptio, ac præbendarum collatio pertinebat, ut te in canonicum reciperet, & tibi de præbenda (ſi tunc vacaret) inibi provideret, vel cùm ſe facultas offerret, ac executori, qui eodem capitulo negligente mandatum Apoſtolicum exequatur, directa fuerint ſcripta noſtra. Per ſolam illorum præſentationem capitulo ipſi factam, abſque alia etiam executoris inſinuatione, inhibitione, ſeu reſervatione, beneficium, pro quo tibi conferendo ſcriptum extiterat, adeò eſt affectum, quòd de illo alteri facta collatio non obtinet firmitatem. Imò ſi capitulum intra terminum competentem ſibi ab executore præfixum mandatum Apoſtolicum ei pro te directum, in quãtum poterit non duxerit implendum, extunc in ipſum executorem poteſtas proviſionis hujuſmodi transferatur, & executor ipſe canonicatum incontinenti poterit tibi dare, ac præbendam (etiam ſine alia capituli vocatione vel monitione) ſi vacat, vel cùm obtulerit ſe facultas.

## CAP. VI.

*Si ſoli ordinario, vel ſoli executori ad compellendum, vel ordinario, & tali executori ſit ſcriptum: per præſentationem talis mandati non afficitur præbenda, niſi in alteris eſſet decretum, aut executor ille inſinuaſſet & interdixiſſet, maximè cùm decreto, vel ratione mandati jam eſſet facta receptio ad canonicatum. In his caſibus, vel ipſorum altero, affecta eſt præbenda, ita quòd collatio alteri facta, non tenet. Ioan. And.*

Idem.

SI ſoli ordinario *b* pro te beneficiando executore non dato, vel ordinario & executori (ut eum faciendum, quod mandatur compellat, ) aut ſoli executori (ut tibi faciat de canonicatu & præbenda, vel alio beneficio in certa eccleſia, diœceſi, ſeu provincia provideri) mandatum Apoſtolicum ſit directum: per [illegible] præſentationem mandati ordinario ipſi factam, [illegible] contrà faciat puniendus exiſtat, ei tamen poteſtas [illegible] adimitur conferendi, quin teneat alteri facta collatio [illegible] eodem: Niſi nos in gratia tibi facta decreviſſemus [illegible]tum & inane quod fieret contra ipſam. Aut executor hujuſmodi ordinario ſuam inſinuans poteſtatem [illegible] conferret beneficium (de quo tibi eſt ſecundum [illegible]rem hujuſmodi mandati Apoſtolici providendum) interdixiſſet eidem: præſertim cum interpoſitione decreti. Vel niſi tu, juxta dictum *a* mandatum eſſes in canonicum jam receptus: tunc enim præbendæ collatio [illegible] facta firmitatem aliquam non haberet.

## CAP. VII.

*Si tres expectantes ſunt in una eccleſia, unus auctoritate Martini, alter auctoritate Bonifacii, tertius ejuſdem auctoritate cum prærogativa, ut præferatur omnibus receptis non auctoritate Bonifacii: præbendas hi conſequentur hoc ordine, quia primam habebit ſecundus, ſecundam tertius, tertiam primus: quod probatur argumento legali. Ioan. And.*

Idem.

AVctoritate Martini Papæ prædeceſſoris noſtri, quodam ad præbendam primò in Parmenſi eccleſia vacaturam nulli alii de jure debitam in ejuſdem eccleſiæ canonicum recepto, & alio à nobis in eadem eccleſia ſimilem *b* gratiam adepto ſecundo, tertius deinde auctoritate noſtra in ipſa Parmenſi eccleſia in canonicum, & in fratrem recipitur cum prærogativa gratiæ, quòd omnibus prædeceſſorum noſtrorum auctoritate, non autem noſtra receptis in aſſecutione præbendæ debeat anteferri: poſt hæc autem quædam vacavit præbenda in eccleſia memorata, quæritur quis eorum alteri præferatur, & ſecundùm quem ordinem præbendas aſſequi debeant tres prædicti? Cùm igitur ex tenore *c* gratiæ tertio à nobis conceſſæ, appareat evidenter nos voluiſſe primo tertium, & ſecundum tertio, anteferri: decernimus, quod primam ſecundus, ſecundam tertius, & tertiam primus debet obtinere præbendam: aliàs forma mandati minimè ſervaretur. Licet enim ex perſona ſua, ſecundus primam obtinere non poſſet, ex perſona tamen tertii, qui primum ſuperat, illam habet. Sicut contingit in ſucceſſione illius, qui ab inteſtato relictis patre (in adoptiva familia conſtituto) matre atque fratre decedit, in qua ſucceſſione pater ex ſe matrem excludit: ſed quoniam talem patrem agnatus, materque vincit agnatum, mater patri non ex ſemetipſa (ſed agnati perſona) in ſucceſſione hujuſmodi antefertur.

## CAP. VIII.

*Revocatoria gratiarum includit receptos in canonicos præbendam diſtinctam expectantes: etiamſi percipiebant diſtributiones quotidianas, ſecus ſi præbendam diſtinctam non expectant, ſed augmentum portionis. Includit habentes jus ad vacaturum, ſi nondum eſt deventum ad collationem. h. d. ſecundum Domin.*

Idem.

QVoniam ex conſtitutione noſtra, per quam pauli poſt promotionem noſtram ad ſummi pontificatus apicem omnes collationes, proviſiones, reſervationes, & conceſſiones, ſuper canonicatibus, dignitatibus, perſonatibus, præbendis, officiis, portionibus, patrimoniis, eccleſiis parœcialibus, ruralibus, & aliis quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis vacaturis, quocunque nomine cenſerentur, ac etiam ſuper canonicatibus ſub expectatione dignitatum, vel aliorum quorumcunque beneficiorum (in quibus jus non eſſet

a *Nota quod executor datus ad providendum ſeu conferendum, non poteſt reſervare, vel inhibere in genere, ſed in ſpecie, ſic, & rationem ponit hic Io. And. & Inno. in ca. cùm dilectus. ſup. de jur. patro. Franceus.* b *Nota primò, quòd quandoq; Papa ſcribit ordinario ut conferat, ſine alia executoris datione. ad hoc de reſcr. eam te. not. ſecundò argu. quòd in impetratione debet fieri mentio de canonicatu & præbenda, & ſic videtur quòd non ſufficeret expreſſio tantum alterius. Dom.*

a *Al. prædictum.* b *Al. ſimiliter.* c *Mem. & [illegible] gratia eſt obſervandus ad hoc de præb. cui de non. ſuprà eod. lib.*

quæſitum

quorum jus in re, licet ad rem) à felicis recordationis Nicolao Papa IV. & Celeſt. V. prædeceſſoribus noſtris factas, ſive conceſſas, auctoritate Apoſtolica in fratrum noſtrorum præſentia omninò caſſavimus, irritavimus, & vacuavimus, caſſas, irritas & vacuas nunciavimus, & nullius fore decrevimus firmitatis: multæ dubitationes inſurgunt, ut unde præfatæ conſtitutionis revocatoria proceſſit editio, interpretatio ejus quoque prodeat. Præſenti declarandum duximus ſanctione, quòd in illis (qui editionis tempore ſupradictæ ultra ſtatutum numerum erant per eoſdem prædeceſſores canonici ſub expectatione præbendarum, vel etiam portionum) eadem conſtitutio locum habet. Si autem hujuſmodi recepti ultra numerum, diſtributiones, & alia, ut canonici de numero exiſtentes, ſic tempore dictæ revocationis habebant, quòd per ceſſionem vel deceſſum illorum, qui erant intra numerum ex vigore prioris gratiæ, nil amplius aſſequi expectabant, niſi diſtributionum, ſeu partium ſuarum augmentum (cùm forſan eſſet eccleſia, in qua canonicorum, non autem portionum numerus, vel præbendarum diſtinctio habebatur) quantoque inter pauciores cujuſvis eccleſiæ dividuntur proventus, tanto majores fieri poſſunt ſingulorum percipientium portiones: ad iſtos vel eos, qui per literas facultatis *a* dictorum prædeceſſorum noſtrorum in aliquarum eccleſiarum canonicos erant recepti (licet præbendas vel alia beneficia expectarent) conſtitutionem certum eſt non extendi præfatam. In illis verò, qui ultra numerum auctoritate præfata in aliquarum eccleſiarum canonicos erant recepti, quantum ad capitulum, & ad chorum, ac diſtributionum perceptionem quotidianarum plenitudinem juris canonici tunc habebant, ſed in eis dignitates, perſonatus, præbendas, portiones, vel alia beneficia, quæ conferuntur tantùm exiſtentibus de numero, expectabant: conſtitutionem præfatam locum habere (ratione hujuſmodi expectationis) dubium non exiſtit. Sanè in iis, qui ſuper canonicatibus, præbendis & dignitatibus, perſonatibus vel aliis eccleſiis ſeu beneficiis quibuſcunq; à dictis prædeceſſoribus noſtris literas impetraverunt, etiamſi per executores illorum factæ fuerint reſervationes, decreti interpoſitiones, variiq; proceſſus: & etiamſi eadem beneficia tunc vacabant, & per impetrantes petitum fuerat ab executoribus, quòd eis illa conferrent: nondum tamen ipſorum beneficiorum vacantium collationes, tunc temporis erant factæ: locum habet conſtitutio ſupradicta, ut omnes hujuſmodi gratiæ (quarum ratione tunc non erat ad collationem proceſſum, & ſic per conſequens jus in re non fuerat ipſis impetrantibus acquiſitum) intelligantur penitus revocatæ.

## NE SEDE VACANTE ALIquid innovetur.

### TITVLVS VIII.

### CAP. I.

*Collatione communiter ad Epiſcopum & capitulum pertinente, altero ipſorum effecto inhabili, alter confert. h.d. uſq; ad §. Cum verò. Dominicum.*

Bonifacius VIII.

SI *b* ad Epiſcopum & capitulum communiter pertineat *c* collatio præbendarum, mortuo Epiſcopo, vel à beneficiorum collatione ſuſpenſo, poterit capitulum vacantes conferre præbendas: Etiam ſi Epiſcopus intereſſe habeat in collatione hujuſmodi, ut prælatus. Idem poterit Epiſcopus ſi capitulum ab ipſa collatione ſuſpendi contingat, vel ſingulariter omnes de capitulo majoris excommunicationis vinculo innodari.

*Collatione ſpectante ad Epiſcopum de conſilio, vel aſſenſu capituli, illo exiſtente inhabili (niſi ſit in mora) non confert capitulum, hoc dicit.*

Cùm *a* verò ad ſolum Epiſcopum præbendarum ſpectat collatio, cum conſilio ſui capituli vel aſſenſu: defuncto Epiſcopo vel ſuſpenſo (niſi Epiſcopus in petenda relaxatione ſuſpenſionis hujuſmodi ſit in mora) capitulum ſe non poteſt intromittere de eiſdem.

*Habens conferre cum conſilio Epiſcopi, ſine illo confert, morte & remota abſentia interveniente. h.d. Dominicus.*

Vbi verò de ſpeciali alicujus eccleſiæ conſuetudine, vel ſtatuto, beneficiorum collatio ad aliquem cum conſilio Epiſcopi noſcitur pertinere: ſublato Epiſcopo de medio, (cùm conſilium nequeat tunc peti ab eo) non erit propter hoc vacantis beneficii collatio deferenda: nec etiam ſi egerit in remotis, ita quòd non poſſit ipſius præſentia in brevi haberi. Quia in petendo vel expectando ejus conſilio, poſſet vacanti beneficio periculum imminere.

## DE REBVS ECCLESIAE NON alienandis.

### TITVLVS IX.

### CAP. I.

*Perpetua alienatio facta de rebus eccleſiæ vacantis non præcedente tractatu, & ſine juſta cauſa, non valet. Ioan. And.*

Innocentius quartus.

DVdum: *& infrà.* Dictus verò Archidiaconus ex adverſo reſpondit, illas decimas illi eccleſiæ reſtitui non debere: proferens in medium ordinationem quandam Epiſcopi Dulmen. de conſenſu capituli ſui factam, inter alia continentem, quòd idem Epiſcopus attendens proventus Archidiaconatus Dulmen. adeò fore tenues, & exiles, quòd non ſufficiebant ad ejus onera *b* ſupportanda: præfatas decimas Archidiaconatui memorato conceſſit: *& infrà.* Quia verò in conceſſione hujuſmodi prædicta eccleſia (cùm vacaret) legitimo caruit defenſore, qui ſibi prius ab eodem Epiſcopo debuerat deputari. Quia etiam tractatus ſolennis diligens, qui in talibus conceſſionibus perpetuis, & alienationibus rerum eccleſiaſticarum exigitur, non fuit habitus in eadem: ordinationem & conceſſionem ipſam (præſertim cùm evidens neceſſitas quare fieri deberet, vel utilitas *c* non ſubeſſet) de fratrum noſtrorum conſilio decernimus non valere: dictas decimas ipſi eccleſiæ tanquam pertinentes ad eam ſententialiter adjudicare curantes.

### CAP. II.

*Primò prohibet ſubmiſſionem eccleſiarum ſuorum immobilium bonorum vel jurium fieri laicis abſque conſenſu capituli & licentia Papæ. Secundò caſſat contractus quacunque firmitate vallatos, contra hoc de cætero faciendos. Tertiò punit prælatos contra facientes, & clericos non contradicentes, & laicos, qui ipſos prælatos ad hoc compulerunt vel compellent. Quartò præcipit laicos per tales contractus, eo caſu, quo valent, ultra debitum non uſurpare: & pœnam apponit. h. d. Ioan. And.*

a *Vid. Panorm. & Felin. in c. conſtit. extr. de reſc.* b *Ad intellectum hujus cap. vid. Panorm. in c. ex parte. extr. de conſtit.* c *Illud dicitur communiter pertinere, quando æquale jus qualibet pars habet in actu.*

a *Ad hunc textum vide Felin. in cap. cam te. extr. de reſcript.* b *Vid. cap. ad audientiam. de eccleſ. ædi. x. q. iij. unio. alias regularis ſoli principi. licet ix. q. iij. nemo. ff. de evic. Lucius. vid. Oldrad. in conſil. 160. cum 2. ſeq. hoc eod. tit.* c *Vid. Hoſtien. in ſumm. eod. tit. ubi aſſignat quinq; cauſas alienationis rerum eccleſiaſticarum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gregor. X. *In Concilio generali Lugdun.*

HOc conſultiſſimo prohibemus edicto, univerſos & ſingulos prælatos eccleſias ſibi commiſſas, bona immobilia, ſeu jura *a* ipſarum, laicis ſubmittere, ſubjicere, ſeu ſupponere, abſque capituli ſui conſenſu & Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali. Non concedendo bona ipſa vel jura in emphyteuſim, ſeu aliàs alienando in forma, & caſibus à jure permiſſis: ſed conſtituendo, vel recognoſcendo, ſeu profitendo ab illis ea tanquam à ſuperioribus ſe tenere: ſeu ab ipſis eadem advocando, prout in quibuſdam partibus vulgariter dicitur, avoher, vel ipſos patronos, vel advocatos eccleſiarum, ſeu bonorum ipſarum perpetuò, aut ad tempus non modicum ſtatuendo. Contractus autem omnes etiam juramenti, pœnæ, vel alterius cujuſlibet firmitatis adjectione vallatos (quos de talibus alienationibus ſine hujuſmodi licentia & conſenſu contigerit celebrari) & quicquid ex eis ſecutum fuerit, decernimus adeò viribus omninò carere, ut nec jus aliquod tribuant, nec præſcribendi etiam cauſam parent. Et nihilominus prælatos, qui ſecus fecerint, ipſo facto ab officio & adminiſtratione: clericos etiam qui ſcientes contra inhibitionem prædictam aliquid eſſe præſumptum id ſuperiori denunciare neglexerint, à perceptione beneficiorum, quæ in eccleſia obtinent ſic gravata, triennio ſtatuimus eſſe ſuſpenſos. Laici verò, qui prælatos vel capitula eccleſiarum, ſeu alias perſonas eccleſiaſticas ad ſubmiſſiones hujuſmodi faciendas, hactenus compulerunt, niſi poſt competentem monitionem (remiſſa ſubmiſſione, quam per vim vel metum exegerant) eccleſias, & bona eccleſiaſtica eis ſubmiſſa taliter in ſua libertate dimittant. Illi verò, qui de cætero prælatos, vel perſonas eaſdem ad talia facienda compulerint (cujuſcunque ſint conditionis, aut ſtatus) excommunicationis ſint ſententia innodati. Ex contractibus præterea ſuper præmiſſis (hujuſmodi licentia & conſenſu intervenientibus) hactenus initis, vel quos in futurum iniri contigerit, ſeu occaſione illorum, laici ultra id quod ex natura contractuum ipſorum, vel adhibita in illis lege permittitur, aliquid non uſurpent. Qui verò ſecus egerint (niſi legitimè moniti ab hujuſmodi uſurpatione deſtiterint, reſtituendo etiam *b* ea, quæ taliter uſurparunt) eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant: & extunc ad ſupponendum terram ipſorum (ſi opus fuerit) eccleſiaſtico interdicto liberè procedatur.

## DE RERVM PERMVTAtione.

### TITVLVS X.

### CAP. I.

*Non obſtantibus expectationibus beneficiorum permutatio fieri poteſt. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII. *Biteren. Epiſcopo.*

LIcet *c* in tua diœceſi aliqui auctoritate Apoſtolica beneficia proximò vacatura expectent: illos tamen qui ſecundum formam juris ſua beneficia in eadem diœceſi ad tuam collationem ſpectantia permutare volentes, liberè ac ſine fraude in manibus tuis ipſa reſignant: Nolumus occaſione præmiſſa (æquitatem præferentes in hac parte rigori) circa faciendam permutationem beneficiorum hujuſmodi (quæ aliàs minimè reſignaſſent) ullatenus impediri.

a *Vid. Bart. in ij. colla. C. ubi in rem actio. per l. ſi aliena. ff. de uſuca. Font.* b *Dictio, ea, deeſt in antiquior. codic.* c *Vid. Clem. 1. tit. de rer. permut. & de materia Bellamerum tract. de permutatione beneficiorum, & Dec. conſil. 141. l. 1. incip. ad plura dubia. & conſil. 210. ca. incip. viſo. puncto. lib. 2.*

## DE TESTAMENTIS ET VLTImis voluntatibus.

### TITVLVS XI.

### CAP. I.

*In fideicommiſſariis ſubſtitutionibus locum habet quartarum deductio: in directis non. Et ſubſtitutiones interpretari debemus directas, dummodo conveniant verbis & perſonis inſtituti. Ioannes Andreas.*

Bonifacius octavus.

SI pater *a* filium & filiam habens impuberes, & uxorem, filiam in re certa, filium verò in cæteris bonis ſuis univerſalem hęredem inſtituit, & uxori aliqua in ſuo teſtamento legavit, adjiciens, ut ſi decederet filia ſine liberis, eidem filio, & ſi ipſe abſque liberis obiret filius, præfatæ filiæ moreretur: Chriſti pauperes inſtituendo hæredes, ſi utrunque ſine liberis mori contingeret filiorum. Teſtatore mortuo, ac deinde filio ſubſequēter, & filia (ſuperſtite matre) defunctis ante tempus pubertatis. Abſque deductione Trebellianicæ, ſive partis juræ naturæ debitæ, facienda, ipſis pauperibus bona omnia deferuntur. Præmiſſæ namq; ſubſtitutiones factæ de filio ad filiam, & econtra, & de illis ad pauperes, directè debent intelligi pupillares. Cùm in ſubſtitutionibus ſemper ſit interpretatio facienda (dummodo, ſicut in caſu propoſito, earum verbis & perſonis conveniat inſtitutis) ut ſubſtitutio directa intelligatur potius quàm obliqua: quanquam directa interdum ad fideicommiſſum ex cauſa trahatur. Licet autem filius teſtamento ſuo matrem portione jure naturæ debita privare non poſſit, pater tamen in teſtamento, quod filio impuberi facit, poteſt: nam teſtamentum hujuſmodi pupillare paternum, vel paterni pars potius eſt cenſendum.

### CAP. II.

*Superior habet conſentire religioſis deputatis executoribus. hoc dicit, ſecundum Zen.*

Idem.

REligioſus executor ab aliquo in ſua voluntate ultima deputatus, non poteſt (cùm velle vel nolle non habeat) hujuſmodi officium ſuſcipere, vel exequi: niſi à ſuperiore ſuo petita ſuper hoc licentia & obtenta.

*Pluribus executoribus datis, uno mortuo, vel in remotis exiſtente, vel exequi nolente, unus officium executionis exercebit, ne impediatur teſtatoris voluntas: niſi aliud per teſtatorem diſponatur. h.d. ſecundum Zen.*

Sanè pluribus à teſtatore ſimpliciter executoribus deputatis, uno eorum mortuo, vel in remotis agente, aut id exequi fortè nolente: Ne voluntatem teſtatoris impediri, vel nimium differri contingat: poterit alius (niſi teſtator aliud expreſſerit) officium executionis injunctæ liberè adimplere.

## DE SEPVLTVRIS.

### TITVLVS XII.

### CAP. I.

*Hic prohibetur pactum de ſepultura eligenda. Non obſtante pacto de ſepultura eligenda, vel electa non mutanda, ſepeliendus eſt quis, ubi aliàs erat de jure ſepeliendus: & aliàs ſepultus cum omnibus ſepulturæ obventionibus reſtituendus eſt, aliàs pœna incurritur hic contenta. h.d. ſecundum Zen.*

Bonifacius octavus.

ANimarum periculis & ſcandalis quæ frequenter ex his proveniunt, oviare volentes, univerſis religioſis & ſecularibus clericis ca-

a *De materia hujus cap. præter doctores hîc vide Interpretes in cap. Rainutius. ext. de teſt. & in l. precibus c. de imput. & aliis ſubſt. & alibi.*

juſtu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

jusſcunque ſtatus vel conditionis exiſtant *a*, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interminatione maledictionis æternæ, diſtrictiſſimè prohibemus: ne aliquos ad vovendum, jurandum, aut fide interpoſita, ſeu aliàs promittendum inducant, ut apud eorum eccleſias ſepulturam eligant, vel jam electam ulterius non immutent. Nos enim (ſi ſecus actum fuerit) electionem talem decernimus nullius penitus exiſtere firmitatis. Statuentes, ut ii, qui ſic elegerint, nec apud ſic electas eccleſias ullatenus ſepeliri, nec alibi (ne contra votum, juramentum aut promiſſum hujuſmodi à ſe factum materiam habeant veniendi) poſſint eligere ſepulturam: ſed contradictione quacunque ceſſante, ſepeliantur omninò apud illas eccleſias, apud quas ſepeliendi de jure fuiſſent, ſi aliàs ſepultura non electa forſitan deceſſiſſent. Si verò idem religioſi vel clerici prædictos in ſuis eccleſiis vel cœmeteriis præſumpſerint ſepelire, ad reſtitutionem, tam ſepultorum corporum (ſi petantur) quàm etiam omnium, quæ occaſione ſepulturæ illorum pervenerint quomodolibet ad eoſdem, intra decendium integraliter faciendam ipſos obligatos eſſe cenſemus. Quam niſi fecerint, eccleſiæ ipſæ, apud quas ſepulti fuerint, necnon & cœmeteria earundem, extunc eo ipſo ſint, & tamdiu maneant eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, donec ab eis facta fuerit reſtitutio plenaria omnium prædictorum.

### CAP. II.

*Eccleſiæ dimiſſæ non debetur canonica portio, ſed parœciali: & pluribus ſi ſunt plures.*

Idem.

CUm *b* quis, cujus majores ſunt obliti ab antiquo in aliqua eccleſia ſepeliri, ea dimiſſa eligit alibi ſepulturam, canonica portio dimiſſæ non debetur eccleſiæ, ſed illi duntaxat, in qua ille officia conſuevit audire divina, & eccleſiaſtica recipere ſacramenta. Cùm verò, qui duo habet domicilia, ſe collocans æqualiter in utroque, loco tertio eligitur ſepultura, domiciliorum eccleſiæ habebunt inter ſe *c* dividere canonicam portionem.

*In loco etiam minus religioſo, poteſt nova eligi ſepultura. h. d. ſecundum Zen.*

Si quis antiqua dimiſſa novam (etiam in loco minus religioſo) elegerit ſepulturam, electionem hujuſmodi (licet jura ſuper hoc videantur eſſe diverſa) nequaquam volumus impugnari.

### CAP. III.

*Tranſlatio perſonæ ad certum locum facta ad tempus, eccleſiæ jus ſepulturæ non aufert. h.d. ſecundum Zen.*

Idem.

IS *d*, qui habens domicilium in civitate vel caſtro, quandoq; ad villam ruralem ſe transfert recreationis cauſa, vel ut ruralia exerceat in eadem, ſi non electa ſepultura decedat ibidem, non in eccleſia dictæ villæ, ſed in ſua parœciali, vel in ea potius, in qua majorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit, ſepeliri debebit. Dummodo abſque periculo ad ipſam valeat deportari.

*Mulier mortua, quæ pluribus nupſit, cum viro ultimo ſepelitur. hoc dicit.*

Mulier autem, quæ plures viros habuit ſucceſſivè, ſi ſepulturam non eligat, eſt cum viro ultimo, cujus domicilium retinet & honorem *e*, tumulanda.

### CAP. IV.

*Ex conſuetudine poteſt pater impuberi eligere ſepulturam: pubes autem eligit per ſeipſum. & hoc dicit ſecundum Zen. quoad titulum, ſed non quoad textum: unde poſſet addi: Et pro anima non legat, ſine aſſenſu patris bona non caſtrenſia. Domin.*

a *Vid. cap. de via. & ob. 8. q. 4. ſciendum. & Bal. in l. 1. C. de ſacr. ſanct. eccl.* b *Vid. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 13. & Cardin. conſil. 90. incip. Epiſc. Feltren.* c *Vid. Bar. in l. hoc artic. ff. de her. inſt. Ange. de ag. ſucceſſ. §. proxime. Font.* d *Vid. Contractum Brunum lib. 4. de ceremon. c. 4. circa finem.* e *Vid. Abbatem in ca. ſuper eo. ext. de teſt.*

Idem *in eodem* a.

LIcet *b* pater minores filios, qui nequeunt, antequam ad annos pubertatis perveniant, eligere ſepulturam, poſſit (ſi conſuetudo terræ id habeat) quo voluerit ſepelire: hoc tamen non poteſt, ubi conſuetudo hujuſmodi non habetur, ſed ſunt cum ſuis majoribus, vel in parœciali eccleſia tumulandi. Quamvis autem filiusfamiliâs abſque patris aſſenſu, ſibi poſſit liberè eligere ſepulturam, pro anima tamen ſua *c* præter ipſius aſſenſum (niſi peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe habeat) aliquid judicare non poteſt.

### CAP. V.

*Religioſi niſi multum remoti à monaſterio, nequeunt alibi eligere ſepulturam. h. d. ſecundum intellectum. Zen.*

Idem *in eodem*.

REligioſi niſi à propriis monaſteriis adeò forſitan ſint remoti, quòd ad ea cùm moriuntur commodè portari non poſſint, nequeunt (cùm velle vel nolle non habeant) ſibi eligere ſepulturam: ſed ſunt apud ſua monaſteria tumulandi.

## DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET oblationibus.

### TITVLVS XIII.

### CAP. I.

*Populus, ut eccleſiis jura debita perſolvat, eſt in prædicationibus & aliis exhortandus. h. d. ſecundum Zen.*

Gregorius IX. *Fratribus prædicatoribus & minoribus.*

DIſcretioni *d* veſtræ mandamus, diſtrictius inhibentes, ne talia, quæ audientes à decimarum, ſeu aliarum rerum eccleſiis debitarum reſolutione retrahant, vel aliàs animas corrumpant audientium, in ſermonibus veſtris, vel alibi proponere de cætero præſumatis. Imò verbo & opere informetis eoſdem, ut ad ſolutionem prædictorum promptæ voluntatis animo ſint intenti.

### CAP. II.

*Privilegium decimas novalium concedens, non includit decimas novalium, per alios poſſeſſas tempore impetrationis: & loca tantum includit, ubi percipiebantur antiquæ, & ad portionem antiquam. h. d. uſq; ad §. Statuimus. ſecundum Dominic.*

Alexander IV.

STatuto perpetuo declaramus, quòd indultum illud Apoſtolicum (quod pleriſque conceditur) ut novalium decimas pro ea portione percipere valeant, qua veteres eos contingunt, ad illas novalium decimas (quas tempore illo, quo impetratum vel obtentum extitit hoc indultum alii *e*, poſſidebant, cùm de hoc in ipſo mentio nulla fiat) nullatenus ſe extendit: nec ad alias etiam, niſi in his tantùm locis, ubi veteres tunc (quando dictum indultum impetratum fuit) ipſi impetratores habebant, & pro ea ſolummodo portione, qua ipſi tempore impetrationis hujuſmodi percipiebant antiquas.

*Privilegium decimarum novalium limitatum ad menſuram antiquarum, non poteſt ultra dimidiam includere: fallit in Ciſtercienſibus & Carthuſienſibus. h. d.*

a *Hæc duo verba, in eodem, deſunt in antiq. codicib.* b *Vid. Antonium de Butrio in cap. de uxore extr. de ſepulturis.* c *Vid. Bart. in l. qui in poteſtate. ff. de teſta. Font.* d *Vid. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 12. & B. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1.* e *Vid. l. impuberi. ff. de adm. tut.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Statuimus præterea, quòd idem indultum obtentum ab iis, qui tempore impetrationis totaliter veteres percipiebant decimas, ut ultra medietatem decimarum novalium nullatenus extendatur: quia non eſt veriſimile, ſi tunc de plena & integra perceptione veterum fuiſſet expreſſum, quòd Apoſtolica ſedes pariter & ſimiliter novalium decimas, in tam grave parœcialium eccleſiarum diſpendium, indulſiſſet, quodque ratione talis indulti ſive impetrati jam, ſive impetrandi deinceps, non poſſit in novalibus (quæ amodò fient) vindicari & acquiri vel percipi, plus quàm medietas decimarum ipſorum novalium: etiamſi amplius in veteribus habebatur, cùm non ſit dicendum aſperum, ſed pium potius & benignum, ſi ſuper decimis futurorum novalium contra parœcialium eccleſiarum gravamen (quod ex diſtinctione *a* indulti hujuſmodi poſſit accedere) taliter obviatur. Religioſos tamen Ciſtericen. & Carthuſienſ. ordinum ſtatuto & declaratione hujuſmodi (quantum ad hos duos articulos, videlicet de medietate decimarum novalium) comprehendi nolumus, vel conſtringi.

*Privilegiati ſuper decimis recipiendis, eccleſiis parœcialibus gratis aſſignare debent portionem pro debitis oneribus ſupportandis. h.d Dominicus.*

Vbi autem per hujuſmodi conceſſiones decimarum parœciales eccleſias adeò gravari contingit, quòd earum rectores de ipſarum reditibus congruè ſuſtentari, & commodè jura Epiſcopalia exhibere non poſſunt: provideatur per locorum ordinarios, & ordinetur taliter, quòd eiſdem rectorib. tantum de illarum relinquatur proventibus, quòd exinde competentem ſuſtentationem habere *b*, & Epiſcopalia jura ſolvere valeant, aliaque onera debita ſupportare.

*Decima per laicos ante Lateranenſe Concilium in feudum receptum à religioſis per eos recognita in feudum, non poſſunt ipſis religioſis concedi, ſine diœceſanorum conſenſu. hoc dicit. Dominicus.*

Sanè quamvis fortè à religioſis exemptis & aliis fiant infeudationes de decimis detentis à laicis, & iidem laici, quòd illas ab ipſis religioſis in feudum teneant, recognoſcant, non tamen licet religioſis eiſdem poſt talem infeudationem, vel recognitionem ſic de facto præſumptam hujuſmodi decimas de manibus laicorum ipſorum acquirere, vel recipere abſque diœceſanorum Epiſcoporum aſſenſu. Illas autem decimas intelligimus poſſe taliter à religioſis de manibus laicorum recipi vel acquiri, quæ ante Lateranen. *c* Concilium ipſis laicis in feudum perpetuò fuêre conceſſæ.

*Diœceſani compellunt religioſos exemptos ſolvere decimas parœcialibus eccleſiis, ſi non agatur de rebus exemptis. hoc dicit. Dominicus.*

Diœceſani verò parœcialium eccleſiarum, ad requiſitionem rectorum earundem, de ipſis religioſis ſuper decimis, quas habent vel eos habere continget, quæ quidem aliàs ad ipſas ſpectaverunt eccleſias (niſi de rebus exemptis agatur) exhibeant juſtitiæ complementum.

*Religioſi etiam exempti de poſſeſſionibus acquiſitis, & acquirendis eccleſiis parœcialibus ſolvere debent decimas, ſi privilegiati non ſunt. h.d. Dominic.*

Cæterùm iidem religioſi, tam exempti, quàm non exempti de terris & poſſeſſionibus acquiſitis hactenus & amodò acquirendis decimas integrè ſolvant illis eccleſiis, quibus eædem poſſeſſiones & terræ prius fuerant decimales, niſi ſuper hoc ſpeciali jure vel privilegio ſint muniti.

*Ex donatione laicorum habentes decimas antiquas, novales ſupervenientes, in eodem loco non percipiunt. h.d. Dom.*

Nec pro eo, quòd fortè in aliquibus parœcialibus majores decimas, ſeu partem illarum acquirunt de manibus laicorum, poſſunt pro eadem vel ſimili portione (ſi de novo poſtmodum fiant novalia) in eiſdem percipere novalium decimas eorundem: niſi alia rationabilis, per quam hoc facere valeant, cauſa ſubſit.

## DE REGULARIBUS *a* ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

### *TITULUS XIV.*

### CAP. I.

*Si minor XIV. an. ingreditur religionem, in XV. annum liber erit, niſi in ipſo XV. anno profeſſionem fecerit, vel habitum profeſſorum receperit, vel expreſſe ratam habuerit profeſſionem prius factam. Si autem per totum XV. annum portavit habitum, ubi non eſt diſtinctus, intelligitur profeſſus, niſi tanta ſit indiſtinctio, quod viventes cum eis ſimili habitu induantur. Si major XIV. annis ingreditur, ſi portat habitum per annum, quantumcunque ſit indiſtinctus, intelligitur profeſſus. Ioan. And.*

Innocentius quartus.

IS *b*, qui monaſterium ante XIV. annum, ut Monachus efficiatur, ingreditur, niſi eo completo profeſſionem faciat in ſequenti, vel habitum religionis ſuſcipiat, qui dari profitentibus conſuevit, ſeu profeſſionem à ſe prius factam ratam expreſſè habeat, liberè poteſt infrà *c* ſequentem annum ad ſeculum remeare. Quòd ſi per totum ſequentem annum in monaſterio permanſerit, ubi profeſſorum & noviciorum ſunt habitus indiſtincti, profeſſionem per hoc feciſſe, vel ſi quam prius fecerat, ratam habuiſſe videtur: niſi tanta indiſtinctio ibi habitus habeatur, quòd & profeſſi & novicii, ac etiam alii communem vitam cum eis ducentes ſimili penitus habitu induantur. Qui verò poſt quartum decimum annum habitum religionis aſſumpſerit, ſi per annum illum geſtaverit, extunc religionem aſſumptam præſumitur veraciter eſſe profeſſus, ubi profeſſi à noviciis diſſimilitudine habitus minimè diſtinguuntur, etiam ſi alii degentes cum eis ſimilibus veſtibus coutantur: quoniam cùm jam hic ad diſcretionis annos pervenerit, quid agat agnoſcit: & ideo ſuſceptum diſcretionis tempore ordinem (poſtquam hunc anni probaverit ſpacio) intelligitur firmiter approbaſſe. Secus autem in illo, qui ante diſcretionis annos habitum induit regularem: cùm eorum, quæ tunc agit, plenum non habeat intellectum.

*Hic declarat qui ſunt habitus diſtincti. h.d.*

Diſtinctos *d* quoque ſeu diſſimiles intelligimus eſſe habitus, ſive noviciis, ſive profeſſis diſſimiles veſtes dentur: ſive benedicantur, cùm profitentibus conceduntur: ſive etiam aliquid aliud fiat, per quod noviciorum à profeſſorum habitu diſcernatur.

### CAP. II.

*Prædicatores & minores intra annum probationis quemquam ad ſui ordinis profeſſionem recipere non poſſunt: quòd ſi fecerint, non prius alligatus non eſt eorum ordini, & ipſi à receptione profeſſionis aliorum ſunt ſuſpenſi, & puniendi pœna, quæ pro gravioribus culpis eis conſuevit infligi. Ioan. And.*

a *alit. Diſtrictione.* b *Ad hac vide l. in condemnatione l. inter eos. ff. de regul. jur. Font.* c *Hoc eſt Concilium Lateran. ſub Alex. III. cap. 9.*

a *De materia hujus titul. vide quæ noviſſimè ſancivit Concil. Tridentin. ſeſſion. 25. titul. de regul. & monialibus.* b *Vid. Concil. Tridentin. ſeſſion. 25. titul. de regul. & monialib. cap. 15. ubi de tempore profeſſionis aliud quàm hic ſtatuitur.* c *In antiq. codic. conſtanter legitur ita, infr. ipſum ſequentem annum, &c.* d *De materia hujus. §. vide Clem. eos. qui. tit. de regul. & ibi late Zabarellam, Imolam & alios.*

Alexan-

Alexander IV. *Fratribus prædicatoribus & minoribus.*

NOn ſolùm *a: & infrà.* Licet zelum animarum habentes eas lucrari Domino ſolicitè cupiatis, quia tamen decet & expedit, ut conſcientiæ puritati non deſit judicium rationis, ne unde ſpiritualis profectus quæritur, ſalutis diſpendium ſubſequatur: vobis de fratrum noſtrorum conſilio in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne ante annum probationis elapſum (qui eſt maximè in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus) quenquam ad profeſſionem veſtri ordinis, ſeu renunciationem in ſeculo faciendam recipere, nec inſtitutum intra hujuſmodi annum aliquatenus impedire, quò minùs intra ipſum ad aliam religionem, quam maluerit, tranſeat: vel (niſi major tamen quatuordecim annis exiſtens, profeſſus ſit tacitè, vel expreſſe: ut evidenter conſtet illum vitam voluiſſe mutare: quod tamen non præſumitur, niſi clara probatione, vel competentibus indiciis oſtendatur) omninò ad ſeculum redeat, ſicut de ſua voluntate proceſſerit, præſumatis. Quod ſi fortè contra hanc noſtram prohibitionem, quenquam recipere præſumpſeritis, decernimus eum (qui taliter receptus fuerit) nullatenus veſtro eſſe ordini alligatum, voſque à receptione quorumlibet ad profeſſionem ejuſdem ordinis fore ipſo facto ſuſpenſos, & inſuper pœnæ ſubjiciendos, quæ fratribus ipſius ordinis pro culpis infligi gravioribus conſuevit.

CAP. III.

*Decretalis, non ſolùm extenditur ad omnes mendicantes: in aliis verò profeſſio expreſſa religioni, cui fit: tacita autem generaliter obligat intra annum. h. d. ſecundùm Zen.*

Bonifacius VIII.

COnſtitutionem *b* Innocentianam, quæ prohibet converſorum profeſſionem recipi ante annum probationis elapſum, piæ memoriæ Alexand. Papa IV. prædeceſſor noſter ad fratrum prædicatorum & minorum ordines dumtaxat declaravit extendi. Vnde nos pari ſimilitudine rationis inducti, declarationem eandem ad aliorum mendicantium ordines prorogamus. In aliis autem religionis profeſſio expreſsè vel tacitè fieri poteſt licitè intra annum. Sed expreſsè emiſſa (etiam ſeculari habitu non mutato) illi religioni *c* præcisè obligat, quam profitens eſt profeſſus. Tacitè verò facta intra probationis annum per ſuſceptionem habitus (qui profitentibus tantùm datur) non illi ſpecialiter, cujus habitus eſt ſuſceptus, ſ *d* generaliter religioni alicui recipientem obligat, ſi ætatis aptæ ſit: ſi ſciens & voluntarius ac triduo perſeveret.

CAP. IV.

*Beneficium ingredientis religionem intra annum probationis (exceptis caſibus hîc expreſſis) non eſt alteri conferendum: interim tamen debebit per alium beneficio deſerviri, aſſignata eidem ſubſtituto congrua portione, unde vivere poſſit. h. d. Ioan. de Fan.*

Idem *Pariſienſi capitulo.*

BEneficium *a* illius, qui religionem ingreditur, non debet intra probationis annum alicui conferendum: niſi ad id ipſius accedat aſſenſus *e*, aut conſtet, quod vitam voluerit abſolutè mutare, vel profeſſionem expreſſam fecerit, ſeu ſcienter habitum receperit profeſſorum. Interim eidem beneficio per alium deſerviri debebit, aſſignata ſibi congrua de ipſius proventib. portione.

a *Vid. omninò quod ſancivit noviſſimè Concil. Trident. circa profeſſionem admittendam, ſeſſ. 25. tit. de regul. & monialibus, ca. 15.* b *Hic quoque tenendum quod ſancivit Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. & monialibus, cap. 15.* c *Vid. l. precibus. Cod. de impu. & al. ſubſtitu.* d *Vid. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 1.* e *ad Conſenſus.*

CAP. V.

*Secundùm votum ſolenne religionis, derogat priori ſimplici. h. d. Ioan. de Fan.*

Idem.

QVi *a* poſt votum à ſe de certa religione intranda emiſſum, religionem aliam etiam laxiorem ingreditur & profitetur in ipſa, poteſt (voto non obſtante priori, cui tanquam ſimplici, per ſecundum ſolenne noſcitur derogatum) manere licitè in eadem. Pro voto tamen non completo, erit eidem pœnitentia imponenda.

CAP. VI.

*Vacante monaſterio conventus novum recipit Monachum, ſi communiter ad Abbatem, & eos ſpectat: ſi ad Abbatem ſolum, ſecus. h. d. Dominicus.*

Idem.

SI ad ſolum Abbatem pertineat creatio Monachorum, eo defuncto nequibit novus Monachus à conventu creari. Aliàs poterit, ſi eorum creatio ſpectat inſimul ad utrunque.

DE VOTO ET VOTI REdemptione.

TITVLVS XV.

CAP. I.

*Votum ſolennizatum per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel per profeſſionem factam alicui de religionibus per ſedem Apoſtolicam approbatis, dirimit matrimonium, poſt contractum: aliàs ſolùm impedit, & non dirimit. h. d. ſecundùm Zen.*

Bonifacius VIII. *Bitiren. Epiſcopo.*

QVod *b* votum debeat dici ſolenne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, nos conſulere voluiſti. Nos igitur attendentes, quòd voti ſolennitas ex ſola conſtitutione eccleſiæ eſt inventa: matrimonii verò vinculum ab ipſo eccleſiæ capite rerum omnium conditore, ipſum in paradiſo, & in ſtatu innocentiæ inſtituente, unionem & indiſſolubilitatem acceperit: Præſentis declarandū duximus oraculo ſanctionis, illud ſolum votum debere dici ſolenne, quantum ad pòſt contractum matrimonium dirimendum, quod ſolennizatum fuerit, per ſuſceptionem ſacri ordinis. Aut per profeſſionem expreſſam vel tacitam factam alicui, de religionibus per ſedem Apoſtolicam approbatis. Reliqua verò vota, etſi quandoque matrimonium impediant contrahendum, & quantò manifeſtius ſunt emiſſa, tantò propter plurium ſcandalum, & exemplum durior pœnitentia tranſgreſſoribus debeatur: non tamen reſcindere poſſunt matrimonia pòſt contracta.

DE STATV REGVLARIVM.

TITVLVS XVI.

CAP. I.

*Moniales tacitè vel expreſſe profeſſa, clauſuras monaſterii exire non poſſunt, nec alii ad illas intrare: niſi cauſa legitima & ſuperioris licentia interveniat. h. d.*

Bonifacius VIII.

PEriculoſo & *c* deteſtabili quarundam monialium ſtatui (quæ honeſtatis laxatis habenis, & monachali moleſtia ſexuſque verecundia impudenter abjectis, extra ſua monaſteria, nonnunquam

a *Vid. B. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. & q. 189. art. 4. & 8.* b *Vid. B. Thom. & ibidem Cajetanum 2. 2. qu. 88. art. 7.* c *Innuit. quòd moniales corrumpuntur: & an talibus ac iis, qui publicè volunt, ſit dandum corpus Chriſti? gl. 1. de filia. 27. qu. 1. vid. doc. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler. Font.*

per habitacula ſecularium perſonarum diſcurrunt, & frequenter intra eadem monaſteria perſonas ſuſpectas admittunt, in illius, cui ſuam integritatem voluntate ſpontanea devoverunt, gravem *a* offenſam, religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum) providere ſalubriter cupientes, præſenti conſtitutione perpetuò irrefragabiliter valitura, ſancimus: univerſas & ſingulas moniales præſentes, atque futuras cujuſcunque religionis ſint vel ordinis, in quibuſlibet mundi partibus exiſtentes, ſub perpetua in ſuis monaſteriis debere de cætero permanere clauſura: ita, quòd nulli earum religionem tacitè vel expreſsè profeſſæ, ſit vel eſſe valeat quacunque ratione vel cauſa (niſi fortè tanto & tali morbo evidenter earum aliquam laborare conſtaret, quòd non poſſet cum aliis abſque gravi periculo ſeu ſcandalo commorari) monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas: nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ (niſi rationabilis & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius, ad quem pertinuerit, ſpeciali licentia) ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem: ut ſic à publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omninò ſervire Deo valeant liberius, & (laſciviendi opportunitate ſublata) eidem corda ſua & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire.

*In monaſterio non mendicantium, tot ſorores debent recipi, quot poterunt ſine penuria ſuſtentari, & ultra non valet receptio. hoc dicit. Dominicus.*

Sanè, ut hoc ſalutare ſtatutum commodius valeat obſervari, diſtrictius inhibemus, ne in monaſteriis ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur de cætero in ſorores, niſi quot poterunt, de ipſorum monaſteriorum bonis ſive proventibus abſq; penuria ſuſtentari: ſi ſecus actum fuerit, irritum decernentes.

*Abbatiſſa Principibus ſecularibus, ad fidelitatis ſacramentum præſtandum adſtricta, ſi non poſſunt per procuratorem jurare, perſonaliter exeundo monaſterium jurabunt, abſque dilatione ad monaſterium reditura. Domin.*

Verùm quando Abbatiſſa vel prioriſſa, cujuſvis monaſterii pro feudo, quod monaſterium ipſum tenet ab aliquo Principe, ſeu domino temporali, ſibi debebit homagium, vel fidelitatis ſacramentum præſtare (niſi quòd per procuratorem illud præſtet poſſit efficere apud eum) de monaſterio cum honeſta & decenti ſocietate exire poterit eo caſu licenter, homagio facto, quàm primum commodè poterit, ſeu fidelitatis præſtito ſacramẽto ad ipſum monaſterium à veſtigio reverſura: ſic quòd in fraudem reſidentiæ, ſive moræ clauſtralis, nihil fiat omninò.

*Compelluntur domini temporales, per cenſuram eccleſiaſticam, ut in ſuis curtis admittant Abbatiſſas per procuratores litigare. Eccleſiaſtici verò in temporalibus & ſpiritualibus earum procuratores admittere debent. Domin.*

Porrò, ne moniales cauſam, ſeu occaſionem habeant evagandi, Principes ſeculares, ac alios dominos temporales rogamus, requirimus & obſecramus *b* per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, eiſdem in remiſſionem peccaminum nihilominus ſuadentes, quòd Abbatiſſas ipſas, & prioriſſas, ac moniales quaſcunque, monaſteriorum ſuorum curam, adminiſtrationem, negotiáve gerentes, quibuſcunque nominibus cenſeantur, per procuratores in ſuis tribunalibus ſeu curiis litigare permittant: ne pro conſtituendis procuratoribus (qui adornati in aliquibus partibus nuncupantur) ſeu aliis hujuſmodi, eaſdem oporteat evagari. Si qui verò contra præſumpſerint, exhortationi hujuſmodi rationabili, atque ſanctæ obtemperare nolentes, cùm ſit juri contrarium, quòd mulieres (præſertim religioſæ) per ſeipſas litigare cogantur, & à via deviet honeſtatis, & periculum animarum inducat, ad hoc per ſuos ordinarios eccleſiaſticos censura eccleſiaſtica compellantur. Epiſcopis autem, & aliis prælatis ſuperioribus & inferioribus quibuſcunque injungimus, quòd & ipſi cauſas ſeu negotia, quæ præfatæ moniales habebunt agere coram ipſis, aut in curiis eorundem, ſive ſint homagia, fidelitatis ſacramenta, ſive lites, vel quicquid aliud, ipſa per procuratores earum ſinant fa-ciant & tractari.

*Ordinarii locorum, in ſubjectis monaſteriis propria, in exemptis Apoſtolica auctoritate clauſuram procurare debent: nec eſt propter hoc in aliis caſibus juriſdictio in exemptos eis attributa. hoc dicit. Dominicus.*

Et quoniam parum eſſet condere jura, niſi eſſent qui ea executioni debitè demandarent, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis univerſis diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, ſeu obteſtatione divini judicii & interminatione maledictionis æternæ, præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in civitate ac diœceſi propria, in monaſteriis monialium ſibi ordinario jure ſubjectis, ſua; in iis verò, quæ ad Romanam immediatè ſpectant eccleſiam ſedis Apoſtolicæ auctoritate: Abbates verò & alii, tam exempti, quàm non exempti prælati eccleſiarum, monaſteriorum & ordinum quorumcunque in monaſteriis hujuſmodi ſibi ſubjectis, de clauſura convenienti, ubi non eſt ipſorum monaſteriorum expenſis & fidelium eleemoſynis, quas ad hoc procurent, diligentius facienda, & de ipſis monialibus includendis, quàm primùm commodè potuerunt, providere procurent, ſi divinæ, ac noſtræ indignationis voluerint acrimoniam evitare: contradictores atq; rebelles per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: invocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis. Per hoc autem in monaſteriis exemptis ordinarii locorum, quoad alia nullam ſibi credant juriſdictionem vel poteſtatem aliquatenus attributam.

## DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

### TITVLVS XVII.

### CAP. I.

*Non licet novum ordinem vel religionem, aut habitum novæ religionis creare & aſſumere. Et revocati ſunt ordines mendicantium per Papam non approbati, creati poſt Concil. Dominicus.*

Gregorius X. *In Concilio general. Lugdunen.*

REligionum diverſitatem nimiam (ne confuſionem induceret) generale Concilium *b* conſulta prohibitione vetavit *c*. Sed quia non ſolum importuna petentium inhiatio illarum poſtmodum multiplicationem extorſit, verumetiam aliquorum præſumptuoſa temeritas diverſorum ordinum, præcipuè mendicantium (quorum nondum approbationis meruere principium) effrenatam quaſi multitudinem adinvenit: repetita conſtitutione diſtrictius inhibentes, ne aliquis de cætero novum ordinem aut religionem adinveniat, vel habitum novæ religionis aſſumat. Cunctas *d* affatim religiones & ordines mendicantes poſt dictum concilium adinventos, qui nullam confirmationem ſedis Apoſtolicæ meruerunt, perpetuæ prohibitioni ſubjicimus, & quatenus proceſſerant *e*, revocamus.

a *Aliter autem hîc legitur gravamen, offenſam & religionis.*
b *Not. dom. & Phil. quòd verba rogativa in materia præcepti ſtant præceptivè. gloſſ. 11. quæſt. 3. c. rogo. not. in l. age. c. de tranſ. de quo vide Tiraquell. tract. de pœnis temperandis aut remittend. cauſa 24.*

a *Vid. gloſſ. 11. q. 3. c. rogo. not. in l. age. C. de tranſ.* b *Conc. Later. ſub Innocent. III. cap. 13.* c *al. vitavit.* d *In antiquis ut plurimum legitur ita: cunctos affatim religiones & ordines, & quidam manuſcriptus habet ita: cunctos affatim religioſos & ordines mendicantium.* e *al. proceſſerunt.*

Religi-

*Religioſi mendicantes, per Papam poſt Concilium approbati & confirmati, non poſſunt aliquem ad profeſſionem recipere, domum vel locum de novo acquirere, nec acquiſita ſine licentia alienare, nec extraneis prædicare, confeſſiones eorum audire, vel ad ſepulturam admittere: Ex contra factum non tenet, & contra faciens, excommunicatus eſt. h.d. Dominic.*

Confirmatos autem per ſedem eandem, poſt idem tamen concilium inſtitutos, quibus ad congruam ſuſtentationem reditus aut poſſeſſiones habere profeſſio ſive regula quælibet interdicunt, ſed per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas: modo decernimus ſubſiſtere infraſcripto, ut videlicet profeſſoribus eorundem ordinum ita liceat in illis remanere, ſi velint, quòd nullum deinceps ad eorum profeſſionem admittant, nec de novo domum vel aliquem locum acquirant, nec domos ſeu loca, quæ habent, alienare valeant ſine ſedis ejuſdem licentia ſpeciali. Nos enim ea diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſervamus, in terræ ſanctæ ſubſidium, vel pauperum, vel alios pios uſus per locorum ordinarios, vel eos, quibus ſedes ipſa commiſerit, convertenda. Si verò ſecus præſumptum fuerit, nec perſonarum receptio, nec domorum vel locorum acquiſitio, aut ipſorum, cæterorumque bonorum alienatio valeat, & nihilominus contrarium facientes ſententiam excommunicationis incurrant. Perſonis quoque ipſorum ordinum omninò interdicimus, quoad extraneos, prædicationis & audiendæ confeſſionis officium, aut *a* etiam ſepulturam.

*Revocatio ordinum mendicantium, prædicatores, minores, eremitanos, & carmelitas non comprehendit. hoc dicit. Dominic.*

Sanè ad prædicatorum & minorum ordines (quos evidens ex eis utilitas eccleſiæ univerſali proveniens perhibet approbatos) præſentem non patimur conſtitutionem extendi. Cæterùm Eremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum ordines, quorum inſtitutio dictum Concilium generale præceſſit, in ſolido ſtatu volumus permanere.

*Profeſſus de ordinibus revocatis, non collegialiter, ſed ſingulariter ad alios ordines tranſire poteſt. h.d. Dominic.*

Ad hæc perſonis ordinum (ad quos conſtitutio præſens extenditur) tranſeundi ad reliquos ordines approbatos licentiam concedimus generalem: ita quòd nullus ordo ad alium, vel conventus ad conventum ſe, ac loca ſua totaliter transferat *b*, ſedis ejuſdem ſuper hoc permiſſione ſpecialiter non obtenta.

## DE CAPELLIS MONACHORUM.

### TITVLVS XVIII.

### CAP. I.

*Inſtituti in eccleſiis Monachorum ad curam populi per Epiſcopum ad ipſorum præſentationem, per eundem (ſi cauſa ſubſit) ſunt deſtituendi. h.d. Dominicus.*

Bonifacius octavus.

PResbyteri, qui ad curam populi per Monachos in eorum eccleſiis præſentantur Epiſcopis, & inſtituuntur ab ipſis: (cùm debeant eſſe perpetui *c*) conſuetudine vel ſtatuto quovis contrario non obſtante, ab eiſdem nequeunt eccleſiis (niſi per Epiſcopos, & ex cauſa rationabili) amoveri.

a *In manuſcript. ita: ac etiam ſepulturam.* b *alit. tranſferunt.* c *Dictio, perpetuus, quid ſignificet, vid. Fulgoſ. conſ. 157. incip. in cauſa Benedicti, & Alex. conſil. 60. incip. omiſſo multiloquio, in 1. volum.*

## DE IVRE PATRONATVS *a*.

### TITVLVS XIX.

### CAP. I.

*Donatio juris patronatus laici facta loco eccleſiaſtico, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, tenet: non tamen præjudicat juri Epiſcopi. h. d. Dominicus.*

Bonifacius octavus.

SI laicus jus patronatus eccleſiæ ſibi competens, eidem vel alteri eccleſiæ ſeu loco religioſo duxerit conferendum, hujuſmodi collatio (quamvis abſq; aſſenſu Epiſcopi facta fuerit) efficax eſt cenſenda *b*. Per præfatam tamen collationem juri Epiſcopi, qui eidem aſſenſum non præbuit, nolumus in aliquo derogari.

*Laicus quadrimeſtre tempus habet ad præſentandum: eccleſia vero ſemeſtre, licet à laico acquiſiverit jus patronatus. hoc dicit. Dominicus.*

Verùm licet patronus laicus ad præſentandum tempus habeat quadrimeſtre duntaxat: eccleſia tamen (vel monaſterium, cui facta eſt à laico juris patronatus collatio) tempus habet ſemeſtre. Et omninò quantum ad præſentationem pertinet, non ut patronus laicus, ſed ut patronus debet eccleſiaſticus reputari.

## DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, & procurationibus.

### TITVLVS XX.

### CAP. I.

*Archiepiſcopus volens provinciam viſitare, prius debet viſitare eccleſiam, civitatem, & diœceſim propriam, clericos & laicos earundem. h.d. Dominicus.*

Innocentius IV.

ROmana *c* eccleſia: *& infrà.* Statuimus, ut quilibet Archiepiſcopus ſuam volens viſitare provinciam, prius eccleſiæ ſuæ capitulum ac civitatem & diœceſim propriam plenè viſitare procuret: nec ſit ſolùm erga majorum, ſed etiam minorum eccleſiarum, nec circa clericorum tantùm, ſed etiam populorum viſitationem intentus. Et ſi commodè vel abſque difficultate accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus locis ad unum congruum clericos & laicos ſtudeat convocare, ne in illis viſitatio poſtponatur.

*Viſitata ſua diœceſi, Archiepiſcopus in parte vel in totum viſitat omnia loca eccleſiaſtica, clerum & populum provinciæ procurationem à viſitatis recipiendo. h.d. Domin.*

Deinde liceat ei per totam provinciam vel ejus partem viſitationis officium exercere, civitates & diœceſes, ſuffraganeos ſuos & eorum ſubditos, cathedralium & aliarum eccleſiarum capitula & monaſteria, eccleſias & alia religioſa & pia loca, cleros & populos liberè viſitando, ac procurationes à locis tantum recipere viſitatis.

*Archiepiſcopus poſt inceptam viſitationem in una diœceſi tranſiens ad aliam, ad primam redire non poteſt: niſi de novo reiteret in tota provincia. Dominic.*

Ex quo tamen aliquam de ipſis diœceſibus viſitare cœperit, nunquam poſtea, ſive totam ſive partem ejus viſitaverit, revertatur cauſa viſitationis ad illam, priuſquam omnes reliquæ ipſius provinciæ diœceſes in toto vel in parte (quas ſecurè viſitare poterit) & ſua denuò fuerint viſitatæ. Quòd ſi fortè eadem diœceſis vel aliqua ibi eccleſia plus aliis indiguerit viſitari: tunc aliarum

a *De materia hujus tit. vide quod noviſſimè decrevit Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reſor. c. 9.* b *Vid. l. cùm à matre. C. de re. vin. & l. peto. §. fratr. ff. de leg. 2.* c *De materia hujus decret. præter ſtatuta in Conc. Later. ſub Alexand. III. c. 4. & in Concil. Later. ſub Innocent. III. c. 33. vide omninò quæ noviſſimè ſancivit Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. ca. 5.*

viſitatione intermiſſa redeat ad eandem, ſi à loci diœceſano requiſitus extiterit, vel de omnium aut majoris partis Epiſcoporum ejuſdem provinciæ proceſſerit conſilio & aſſenſu: ad quod iidem ſe pronos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si verò malitioſè in his difficultatem adhibuerint, Archiepiſcopus licentiam ſuper hoc à ſede Apoſtolica poſtulet confidenter.

*Expedita viſitatione non reiterat illam Archiepiſcopus ſine conſilio ſuffraganeorum, & definitione in ſcriptis prius facta: debet tamen reincipere ab illis qui in prima non fuerant viſitati. hoc dicit. Dominicus.*

Poſtquam autem ſemel omnes provinciæ ſuæ diœceſis viſitaverit, licitum ſit ei poſtea (prius tamen ſuffraganeorum ſuorum requiſito conſilio, & ipſius definitione ſuper hoc habita coram eis, quæ in ſcriptis redigi volumus, ut poſſint *a* aliis eſſe nota) viſitationem per eandem reiterare provinciam, juxta modum ſuperiùs annotatum: etiam ſi non interveniat in hoc ſuffraganeorum ipſorum aſſenſus: illam ſemper providentiam adhibendo, ut in poſterioribus viſitationibus illas eccleſias, eoſque cleros & populos prius viſitet, qui non fuerant ab eo in prioribus viſitati: niſi magis ſit aliis viſitationis officium opportunum.

*Archiepiſcopus viſitans debet proponere verbum Dei, inquirere de vita miniſtrorum, & de pertinentibus ad divinum officium, abſque juramento: infamatos ordinariis denunciet, & notoria crimina puniat. h.d. Dominic.*

Sanè hujuſmodi impenſurus officium, propoſito verbo Dei quærat de vita & converſatione miniſtrantium in eccleſiis & locis aliis divino cultui deputatis, ac cæteris, quæ ad officium ipſum ſpectant abſque coactione & exactione qualibet juramenti, ad ipſorum emendationem per ſalubria monita *b* nunc levia nunc aſpera juxta datam ſibi à Deo prudentiam diligenter intendens. Quòd ſi de aliquibus orta fuerit infamia, contra eos ordinariis ipſorum (ut ſuper his ſolenniter inquirant) denunciet, ſi viderit expedire. Notoria verò crimina, quæ examinatione non egeant (cùm ſuper his meritò notari poſſit ordinariorum negligentia eorundem) liberè corrigat, pœnam pro illis debitam infligendo.

*Viſitator non in pecunia, ſed victualibus recipiet procurationem moderatam: nec familia ſua aliquid recipere poteſt etiam prætextu officii, nec ipſe, nec ſui aliquod munus etiam oblatum recipient. h.d. Dominicus.*

Procurationes autem recipiat, ſecundùm quod eſt in canonibus *c* conſtitutum: nullam tamen pecuniam ipſe vel aliquis de ſua familia, occaſione alicujus officii aut conſuetudinis, ſeu quolibet alio modo earum nomine, ſed in victualibus expenſas tantùm recipiat moderatas. Caveat inſuper, ne ipſe vel quiſquam ſuorum aliquod munus quodcunq; ſit, & qualitercunque offeratur, præſumat recipere: ut non quæ ſua ſunt videatur quærere, ſed quæ Ieſu *d* Chriſti. Quòd ſi fuerit contra præſumptum, recipiens maledictionem incurrat, à qua nunquam (niſi duplum reſtituat) liberetur: volumus enim in his fraudem quamlibet penitus evitari.

*Forma viſitationis præmiſſa ſervari debet in Epiſcopis & aliis prælatis inferioribus: regularium conſuetudinibus exceptis. hoc dicit. Dominicus.*

Hanc autem viſitandi formam ab univerſis etiam Epiſcopis aliiſque prælatis ordinario jure ſuos ſubjectos *e* viſitantibus, plenè obſervari præcipimus: ſalvis ſuper hoc rationalibus & approbatis religioſorum conſuetudinibus & regularibus inſtitutis.

CAP. II.

*Quia decreta Innocent. IV. ſupr. proxim. non bene ſervabantur in illo capitulo, quo præceperat procurationes in victualibus non in pecunia recipi, & non recipi munera, nec etiam procurationes in victualibus a locis non viſitatis: illam confirmat, pœnas adjiciens. Ioann. Andr.*

Gregorius X. *In generali Concilio Lugdunen.*

EXigit perverſorum *a* audacia, ut non ſimus ſolo delictorum prohibitione contenti, ſed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Conſtitutionem itaque felicis recordationis Innocent. Papæ IV. prædeceſſoris noſtri editam, ſuper non recipiendis in pecunia procurationibus, ac ſuper receptione munerum, viſitantibus, eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire, volentes inviolabiliter obſervari: eam decernimus pœnæ adjectione juvandam. Statuentes, ut univerſi & ſinguli, qui ob procurationem ſibi ratione viſitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam à volente recipere, vel aliàs conſtitutionem ipſam recipiendo munera, ſive viſitationis officio non impenſo procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occaſione violare præſumpſerint, duplum ejus, quod receperint eccleſiæ, à qua id receptum fuerit, intra menſem reddere teneantur. Alioquin extunc Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, duplum ipſum ultra prædictum tempus reſtituere differentes, ingreſſum ſibi eccleſiæ ſentiant *b* interdictum. Inferiores verò ab officio & beneficio noverint ſe ſuſpenſos, quouſque de duplo hujuſmodi gravatis eccleſiis plenariam ſatisfactionem impendant: nulla eis in hoc dantium remiſſione, liberalitate ſeu gratia valitura.

CAP. III.

*Viſitator recipere poteſt procurationem in pecunia volentibus viſitatis. Sed una die ultra unam procurationem non recipiet, licet plura viſitaverit loca. h.d. Dominic.*

Bonifacius VIII.

FElicis *c* recordationis Gregorius Papa X. prædeceſſor noſter prohibuit in concilio Lugdunenſi, ne aliqui ob procurationem ſibi ratione viſitationis debitam exigere pecuniam præſumerent, vel etiam recipere à volente. Verùm quoniam rerum experientia nos inſtruxit, ex hoc tam perſonis viſitantibus, quàm locis & eccleſiis viſitatis multa incommodorum diſpendia provenire, concedimus, ut Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii, quibus ex officio competit viſitare, à volentibus eccleſiarum & locorum viſitatorum rectoribus ſeu perſonis pecuniam licitè recipere valeant, pro ſumptibus moderatis faciendis in victualibus, diebus quibus viſitationis officium perſonaliter exercebunt: Adjicientes, quòd non liceat viſitanti niſi unam procurationem recipere una die, ſive unum locum ſolum viſitaverit, ſive plura, etiam ſi locus quilibet viſitatus ab illo ſufficeret ad procurationem integram perſolvendam, cùm eidem ſufficere debeat, ut temporalia metat à locis perſonaliter viſitatis, pro diebus, quibus eis ſpiritalia ſubminiſtrat. Cætera verò in ejuſdem prædeceſſoris conſtitutione contenta in ſuo volumus robore perdurare.

CAP. IV.

*Si univerſitas vel ſingularis perſona eccleſias vel eccleſiaſticas perſonas compulerit ſolvere pedagia, vel guidagia, vel exactiones pro rebus ſuis, quas cauſa negotiationis non deferunt, vel pro perſonis: ſingulares ſunt excommunicati, & univerſitas interdicta: nec prodeſt contraria conſuetudo. Cle. hoc addit, quòd diœceſani, quibus conſtat aliquos has ſententias incidiſſe, illos publicare debent, & ipſas ſententias facere obſervari. eo. tit. præſenti. Ioan. And.*

a *al. Poſſet.* b *Vid. omninò Conc. Trid. ſeſſ. 1. de reform. ca. 1.* c *Hos canones habes in Conc. Later. initio cap. citati.* d *al. deeſt dictio, Ieſu.* e *al. ſubditos.*

a *Vid. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 3. quid ſi quiſquam. b in alteri exemplari deeſt, ſentiant.* c *Vid. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. ca. 3. & ſit tamen in optione eorum.*

Idem.

QVanquam *a* pedagiorum exactiones, tam jure canonico, quàm civili regulariter meritò ſint damnatæ *b*: multò tamen diſtrictius ne ab eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis talia exigantur, prohiberi oportet, quantò ſi id fit, major inde tranſgreſſionis reatus incurritur, & offenſa evidentior comprobatur. Cùm igitur eccleſiæ eccleſiaſticæque perſonæ ac res *c* ipſarum non ſolùm jure humano, quinimò & divino, à ſecularium perſonarum exactionibus ſint immunes: conſtitutionem felicis recordationis Alexandri Papæ IV. prædeceſſoris noſtri (qui ſtatuit eccleſias & perſonas eccleſiaſticas ad pedagia & guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum vel ſolvendum talia pro rebus ſuis propriis, quas non cauſa negotiandi deferunt vel deferri faciunt, ſeu tranſmittunt.) Volentes propter multorum inſolentiam & abuſum pœnæ adminiculo adjuvare, adjicimus diſtrictius inhibendo (contraria conſuetudine quorumcunque, quæ dicenda est corruptela verius, non obſtante) ut nec collegium, aut univerſitas, nec aliqua etiam ſingularis perſona cujuſcunque ſit dignitatis, conditionis aut ſtatus, à præfatis eccleſiis, aut perſonis, pro perſonis ipſis aut rebus prædictis talia exigat, vel extorqueat, per ſe vel per alium, ſuo nomine vel etiam alieno, aut eas ad hujuſmodi perſolvenda compellat. Qui verò contrà fecerint, ſi perſonæ fuerint ſingulares, excommunicationis: ſi autem collegium vel univerſitas civitatis, caſtri, ſeu loci alterius cujuſcunque, ipſa civitas, caſtrum vel locus interdicti ſententias ipſo facto incurrant: nec ab excommunicatione hujuſmodi abſolutionem vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè reſtituerint, & de tranſgreſſione ſatisfecerint competenter.

CAP. V.

*Archiepiſcopus viſitare poteſt provinciam ac etiam iterare, licet ſuffraganei non ſint negligentes: & tunc confeſſiones omnium audire, abſolvere, & pœnitentias imponere. h.d. Domin.*

Idem.

Perpetuò *a* declaramus edicto, Archiepiſcopum poſſe, ſecundùm tenorem conſtitutionis felicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editæ, ſuam provinciam viſitare liberè, licet non ſint ejus ſuffraganei negligentes, & iterare viſitationem eandem, ac procurationes à locis recipere viſitatis. Conſuetudine *b* quæ forſan ab ipſis ſuffraganeis vel ab aliis allegetur præmiſſis contraria non obſtante. Poteſt etiam *c* idem Archiepiſcopus dum viſitat confeſſiones ſubditorum ſuffraganeorum audire, ac abſolvere confitentes, & ipſis pœnitentias injungere ſalutares.

## DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ VEL ALTARIS.

### TITVLVS XXI.

### CAP. VNIC.

*Polluta eccleſia pollutum eſt cœmeterium illi contiguum, ſed non è contra. Pollutio cœmeterii eccleſiam non polluet, licet contigua ſit. Polluto uno cœmeterio, aliud illi contiguum pollutum non eſt, licet per portam de uno in aliud detur ingreſſus. hoc dicit. Dominus.*

Bonifacius VIII.

SI *a* eccleſiam pollui ſanguinis effuſione contingat, ipſius cœmeterium, ſi contiguum ſit eidem, cenſetur eſſe pollutum: unde antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis ſepeliri. Secus ſi remotum fuerit ab eadem. Non ſic quoque in caſu converſo ſentimus, ut videlicet polluto cœmeterio (quamvis eccleſiæ contiguo) debeat eccleſia reputari polluta: ne minus dignum, majus, aut acceſſorium principale ad ſe trahere videatur. Non unum, ſed plura cœmeteria eſſe noſcuntur, quæ quamvis ſibi cohærentia, pariete tamen medio ſejunguntur. Ideoque violato eorum altero, alterum (licet de uno ad aliud per portam intermediam habeatur acceſſus) non propter hoc reputabitur violatum.

## DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

### TITVLVS XXII.

### CAP. VNIC.

*Feſta duodecim Apoſtolorum, quatuor Evangeliſtarum, & quatuor doctorum & confeſſorum eccleſiæ, ſcilicet Gregorii, Auguſtini, Ambroſii, & Hieronymi, ſub officio duplici debent ſolenniter celebrari. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

GLorioſus *b* Deus in ſanctis ſuis, & in majeſtate mirabilis, cujus ineffabilis altitudo prudentiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura judicii cœleſtia pariter & terrena diſponit, etſi cunctos ejus miniſtros magnificet, altis decoret honoribus, & cœleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores: illos tamen (ut dignis digna rependat) potioribus attollit inſigniis dignitatum, & præmiorum uberiori retributione proſequitur, quos *c* digniores agnoſcit, & commendat ingentior excellentia meritorum. Sic & alma mater eccleſia ejus ſacra veſtigia proſequens, & exemplo ducta laudabili, licet univerſos in regnis cœleſtibus conſtitutos ſtudiis honorare ſolicitis & ſonoris efferre præconiis non deſiſtat: glorioſiſſimos tamen Chriſtianæ fidei principes, athletas Dei electos, juſtos ſeculi judices, lumina vera mundi, videlicet Chriſti redemptoris Apoſtolos numero duodeno contentos, qui viventes in carne prædictam eccleſiam ſuo precioſo ſanguine plantaverunt, ipſam erigendo ſublimiter, & diſciplinis ſanctiſſimis dirigendo: Reverendiſſimos etiam patres viroſque clariſſimos quatuor Evangeliſtas Domini, per quorum diligentiſſima & fideliſſima ſtudia eidem eccleſiæ ſacra Evangelia illuxerunt: Egregios quoque ipſius doctores eccleſiæ beatos Gregorium, qui meritis inclytus ſedis Apoſtolicæ curam geſſit, Auguſtinum & Ambroſium venerandos *d* antiſtites, ac Hieronymum ſacerdotii præditum titulo, eximios confeſſores ſummis attollere vocibus, laudibus perſonare præcipuis, & ſpecialibus diſponit honoribus venerari. Horum quippe doctorum perlucida & ſalutaria documenta prædictam illuſtrarunt eccleſiam, decorarunt virtutibus, & moribus informarunt: per ipſos prætereà quaſi luminoſas ardenteſque lucernas ſuper candelabrum in domo Domini poſitas (errorum tenebris profugatis) totius corpus eccleſiæ tanquam ſydus irradiat matutinum: eorum etiam fœcunda facundia cœleſtis irrigui gratia influente ſcripturarum ænigmata reſerat, ſolvit nodos, obſcura dilucidat, du-

a Vide conc. Lat. ſub Alex. III. c. 22. & conc. Trid. Seſſ. 25. de reſ. b Ergo cas factum probabat hoc ſibi licere, infrà c. 2. de imm. eccl. l. 1 cap. de vet. reg. not. Dom. & Phil. c vide l. ſi publicanus. 5. rebus ff. de publ. Font. d vide conc. Trid. Seſſ. 24. de ref. c. 3. & metropolitanis verò, unde intelliges qualiter hodie probanda diſpoſitio hujus capitis.

a De materia hujus decretalis, vide plene Turrecrematam & alios in cap. eccleſiis. de conſecrat. diſtinct. 1. b Vide Chaſſaneum in Cathalogo gloriæ mundi, part. 3. conſiderat. 20. & multis ſequentibus. c Vide text. 89. diſtinctione, ad hoc. Font. d Alias reverendos.

biaque declarat: profundis quoque ac decoris illorum ſermonibus ampla ipſius eccleſiæ fabrica velut gemmis vernantibus rutilat, & verborum elegantia ſingulari glorioſiùs ſublimata, coruſcat. Ideoque circumſpecta prudentia dictæ ſedis (quæ actibus intenta ſalubribus, & operibus expoſita pietatis, libenter exequitur, quæ ſunt Dei) præmiſſa ſolicitè digneque conſiderans, & debita mediatione perluſtrans, ad divini nominis honorem & gloriam, exaltationem catholicæ fidei ſalutemque fidelium, meritò cenſuit, riteque providit, Apoſtolos, Evangeliſtas, & confeſſores eosdem in univerſali eccleſia honorificentiæ potioris impendiis attollendos: ut ab ea tantò propenſius honorari ſeſe ſentiant, quantò ipſam præ cæteris excellentius illuſtrarunt. Nos itaque piis ducti conſiliis, dignisque ſtudiis excitati, nonnullos a prædeceſſores noſtros Romanorum Pontificum (qui ſpecialis devotionis proſequentes affectum, aliquorum feſta ſanctorum ſub duplici ordinaverunt officio celebranda) imitari ſolicitè intendentes, eorundem Apoſtolorum, Evangeliſtarum & confeſſorum feſtivitates præcipuas (de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu) ſub officio duplici per univerſas orbis eccleſias volumus, ſtatuimus, & præcipimus annis ſingulis perpetuis futuris temporibus ſolenniter celebrari.

## DE IMMVNITATE b ECCLESIARVM, COEMETERIORUM, ET ALIORUM LOCORUM RELIGIOSORUM.

### TITVLVS XXIII.

### CAP. I.

*Seculares poteſtates ab eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis tallias vel exactiones pro rebus vel poſſeſſionibus acquiſitis vel acquirendis exigere non præſumant: nec eos compellere ad ipſas diſtrahendum, vel extra manum ſuam ponendum. hoc dicit. Ioan. And.*

Alexander III.

QVia c nonnulli habentes temporale dominium, vel poteſtatis gerentes officium ſecularis, libertatem & immunitatem eccleſiaſticam lædere ac minuere tanquam honoris & privilegii eccleſiarum invidi moliuntur: expedit, quòd per diligentiam & auctoritatem ſedis Apoſt. (quæ curam habet eccleſiarum omniũ & tutelam) contra talium auſus & conamina opportunum remedium apponatur, ut eccleſiæ ipſæ in plenitudine juris ſui & libertatis integritate lætentur d, ac deteſtabilis malignorum audacia, & inſolentium nefaria temeritas propulſetur. Sanè intelleximus, quòd in regno Franciæ, communiæ, ſcabinii, ſeu conſules & alii domini temporales, & ii, qui jurisdictionem in ipſis communiis, civitatibus, caſtris & villis temporalem exercent, vel quibus in illis commiſſa eſt executio juſtitiæ ſecularis, moleſti ſunt nimium eccleſiis ſuper pluribus, & infeſti: & inter cætera nituntur & ſtudent, ut illis collectas e & tallias & alia hujuſmodi eædem eccleſiæ prætextu bonorum, quæ acquiſiverunt, tribuant & perſolvant, vel extra manum ſuam ponant hujuſmodi acquiſita. Volentes itaque ſuper his omnibus (prout expedit) ſolicitè providere, totque temerariis auſibus congruis præſidiis obviare, auctoritate Apoſtolica, præhabita cum fratribus noſtris diligenti deliberatione, decernimus, non licere præfatis communiis, ſcabinis, & iis, qui in eis juriſdictionem temporalem obtinent, vel juſtitiam temporalem exercent, tallias vel collectas ſeu exactiones quaſcunque eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædiis, vel quibuſcunque poſſeſſionibus ab eisdem eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis legitimè hactenus acquiſitis, vel in poſterum acquirendis, etiamſi ipſæ eccleſiæ vel perſonæ, vel res hujuſmodi ſint intra illorum diſtrictum vel territorium conſtitutæ. Nec etiam liceat illis ipſas eccleſias vel perſonas ad diſtrahendum vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum, acquiſita jam vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.

### CAP. II.

*In eccleſiis dato humili ingreſſu debet oratione inſiſti: exclusis clamoribus & ſeditionibus, conſiliis univerſitatum & eorum publicis parlamentis, vanis colloquiis, negotiationibus & nundinis ac judiciis ſecularibus, & maxime criminalibus, h. d. uſq. ad §. ordinarii. Dominicus.*

Gregorius X. in generali conc. Lugdun.

DEcet domum Domini b ſanctitudo, decet ut cujus in pace factus eſt locus, ejus cultus ſit cum debita veneratione pacificus. Sit itaque ad eccleſias humilis & devotus ingreſſus, ſit in eis quieta converſatio, Deo grata, inſpicientibus placita c, quæ conſiderantes non ſolùm inſtruat, ſed & reficiat. Convenientes ibidem tamen illud, quod eſt ſuper omne nomen (à quo aliud ſub cœlo non eſt datum hominibus, in quo ſalvos fieri credentes oporteat, nomen videlicet IESV d Chriſti, qui ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum) exhibitione reverentiæ ſpecialis attollant, & quod generaliter ſcribitur e, ut in nomine IESV omne genu flectatur, ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes (præcipuè dum aguntur miſſarum ſacra myſteria) f glorioſum illud nomen quandocunque recolitur, flectant genua cordis ſui, quod vel capitis inclinatione teſtentur; attendatur in locis eisdem intentis præcordiis ſacra ſolennia, devotis orationibus inſiſtatur, nullis in locis eisdem, in quibus cum pace ac quiete vota convenit celebrari, ſeditionem excitet, conclamationem moveat, impetum committat. Ceſſent in locis illis univerſitatum & ſocietatum quarumlibet concilia g, conciones & publica parlamenta. Ceſſent vana, & multo fortius fœda & prophana colloquia. Ceſſent confabulationes quælibet. Sint poſtremò quæcunque alia, quæ divinum poſſunt turbare officium, aut oculos divinæ majeſtatis offendere, ab ipſis prorſus extranea: ne ubi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi. Ceſſent in eccleſiis earumque cœmeteriis negotiationes, & præcipuè nundinarum ac fori cujuſcunque tumultus, omnis in eis ſecularium judiciorum ſtrepitus conquieſcat, nulla in eis cauſa per laicos, criminalis maximè, agitetur, ſint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena.

*Locorum ordinarii exequi debent hic contenta: & ſententiæ in eccleſiis habita ſunt nullæ: & contra facientes puniri debent, h. d. Dominicus.*

Ordinarii locorum hoc faciant obſervari: ſtudendi

a *Al. ita: nonnullos prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, &c.* b *vide conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 26. ubi privilegia & immunitates eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum innovantur & confirmantur.* c *vid. conc. Lat. ſub Alex. III. c. 15. & conc. Lat. ſub Leone X. Seſſ. 9. tit. de reformat. §. etiam à jure.* d *alias, locentur.* e *Vide Anch. conſil. 96. incip. ſuper dicto dubio. Dec. conſil. 496. incip. in cauſa domini. & Iaſ. conſil. 83. incip. dicta prædia. volum. 3.*

a *Secularem legitur conſtanter in vetuſt. codic.* b *Pſal. ... & 75.* c *Alias, placida.* d *vide beatum Chryſoſtomum ſuper c. 1. Epiſt. Pauli ad Galatas.* e *Philipp. 2.* f *alias, myſteria.* g *al. conſilia.*

ſudeant, interdicta hujus canonis auctoritate compeſcant, ad hoc alios etiam in eccleſiis ipſis magis aſſiduos, & in præmiſſa idoneos deputando. Et nihilominus proceſſus judicum ſecularium, ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ in eiſdem locis omni careant robore firmitatis. Qui vero præmiſſas inhibitiones animo petulanti contempſerint, præter proceſſum ordinariorum & deputandorum ab ipſis, divinæ ultionis & noſtræ poterunt acrimoniam formidare, donec ſuum confeſſi reatum à ſimilibus firmato propoſito deliberaverint abſtinere.

## CAP. III.

*Pœnæ exceſſus laicorum, qui clericis collectas, tallias & onera imponebant: & exceſſus clericorum, qui talibus conſentiebant.*

### Bonifacius VIII.

Clericis [a] laicos infeſtos oppidò tradit antiquitas, quod & præſentium experimenta temporum manifeſtè declarant, dum ſuis finibus non contenti nituntur in vetitum, ad illicita frena relaxant, nec prudenter attendunt, quàm ſit eis in clericos, eccleſiaſticasve perſonas & bona interdicta poteſtas, eccleſiarum prælatis, eccleſiis, eccleſiaſticisque perſonis regularibus & ſecularibus imponunt onera gravia, ipſosque talliant, & eis collectas imponunt, ab ipſis ſuorum proventuum vel bonorum dimidiam, decimam ſeu viceſimam, vel quamvis aliam portionem aut quotam exigunt & extorquent, eosque moliuntur multifariè ſubjicere ſervituti, ſuæque ſubmittere ditioni: & (quod dolentes [b] referimus) nonnulli eccleſiarum prælati, eccleſiaſticæque perſonæ, trepidantes ubi trepidandum non eſt, tranſitoriam pacem quærentes, plus timentes majeſtatem temporalem offendere, quàm æternam, talium abuſibus non tam temerariè, quàm improvidè acquieſcunt, ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſeu licentia non obtenta.

*Præcipit perſonas eccleſiaſticas pro rebus ſuis vel eccleſiarum nil laicis ſolvere debere abſq; licentia Apoſtolicæ ſedis, ſub quocunq; colore mutui, ſubventionis, doni, vel alio quolibet: ut etiam ipſi laici talia non exigant vel recipiant: nec occupent quocunq; modo depoſita eccleſiarum vel perſonarum eccleſiaſticarum: ſingulares contrà facientes excommunicat, univerſitates interdicit: quæ pœna locum habeat in promiſſionibus factis etiam ante hanc conſtitutionem, ſi poſt eam ſolvantur vel recipiantur: & ab his ſententiis ſolus Papa abſolvit, præterquam in mortis articulo. h. d.*

Nos igitur talibus iniquis actibus obviare volentes, de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, quod quicunque prælati eccleſiaſticæque perſonæ, religioſæ vel ſeculares quorumcunque ordinum, conditionis ſeu ſtatus, collectas vel tallias, decimam, viceſimam ſeu centeſimam ſuorum & eccleſiarum proventuum vel bonorum laicis ſolverint vel promiſerint, vel ſe ſoluturos conſenſerint, aut quamvis aliam quantitatem, portionem, aut quotam ipſorum proventuum vel bonorum æſtimationis, vel valoris ipſorum, ſub adjutorii, mutui, ſubventionis, ſubſidii vel doni nomine, ſeu quovis alio titulo, modo, vel quæſito colore abſque auctoritate ſedis ejuſdem: necnon Imperatores, Reges, ſeu principes, duces, comites, vel barones, poteſtates, capitanei, vel rectores, quocunque nomine cenſeantur, civitatum, caſtrorum, ſeu quorumcunque locorum conſtitutorum ubilibet, & quivis alii cujuſcunque præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, qui talia impoſuerint, exegerint, vel receperint, aut apud ædes ſacras depoſita eccleſiarum vel eccleſiaſticarum perſonarum ubilibet arreſtaverint, ſaiſiverint, ſeu occupare præſumpſerint, vel arreſtari, ſaiſiri [a] aut occupari mandaverint, aut occupata, ſaiſita [b] ſeu arreſtata receperint: necnon omnes, qui ſcienter dederint in prædictis auxilium, conſilium, vel favorem publicè vel occultè, eoipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Univerſitates quoque, quæ in his culpabiles fuerint, eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Prælatis & perſonis eccleſiaſticis ſupradictis in virtute obedientiæ, & ſub depoſitionis pœna diſtrictè mandantes, ut talibus abſque expreſſa licentia dictæ ſedis nullatenus acquieſcant: quodque prætextu cujuſcunque obligationis, promiſſionis, & confeſſionis [c] factarum hactenus vel faciendarum in antea, priuſquam hujuſmodi conſtitutio, prohibitio, ſeu præceptum ad notitiam ipſorum pervenerit [d], nihil ſolvant, nec ſupradicti ſeculares quoquomodo recipiant. Et ſi ſolverint, vel prædicti receperint, in excommunicationis ſententiam incidant ipſo facto. A ſupradictis autem excommunicationum & interdicti ſententiis nullus abſolvi valeat (præterquam in mortis articulo) abſque ſedis Apoſtolicæ auctoritate & licentia ſpeciali: Cùm noſtræ intentionis exiſtat tam horrendum ſecularium poteſtatum abuſum nullatenus ſub diſſimulatione tranſire.

*Omnia privilegia derogantia huic conſtitutioni, caſſat & irritat.*

Non obſtantibus quibuſcunque privilegiis ſub quibuſcunque tenoribus, formis, ſeu modis, aut verborum conceptione conceſſis Imperatoribus, Regibus & aliis ſupradictis, quæ contra præmiſſa in nullo volumus alicui vel aliquibus ſuffragari.

## CAP. IV.

*Excommunicati ſunt, qui impediunt ſuper cauſis, quæ ad forum eccleſiaſticum de jure vel de conſuetudine pertinent, literas à ſede Apoſtolica impetrari, vel ſuper ipſis coram ordinariis vel delegatis eccleſiaſticis litigari. Ioan. And.*

### Idem.

Quoniam (ut intelleximus) quorundam juſtitiariorum, ballivorum, judicumve ſecularium ac temporalium dominorum in quibuſdam partibus præſumptuoſa temeritas ſic excrevit, ut in terris eorum ſive diſtrictibus literas Apoſtolicas impetrantes, vel ad judices ordinarios eccleſiaſticos recurrentes, ſuper cauſis, negotiis, ſeu quæſtionibus, quæ ratione perſonarum aut rerum de jure aut antiqua conſuetudine ad forum [e] eccleſiaſticum pertinent, obtinere non poſſunt in eis per eoſdem ordinarios judices vel Apoſtolicas literas juſtitiæ complementum: quin potius ſuper illis recurrere ad judicium ſeculare, vel à lite, cauſa ſeu quæſtione deſiſtere compelluntur: Nos juſtitiam noſtram & eccleſiæ ſponſæ noſtræ nolentes negligere, qui alios in ſua juſtitia confovemus: ſtatuimus diſtrictius inhibendo, ne quis impetratores literarum noſtrarum, vel alios in foro eccleſiaſtico delegato ſeu ordinario litigantes, ſeu litigare volentes, ſive ambæ partes hoc voluerint, ſive una ſuper cauſis eccleſiaſticis, ſive quæ ad forum eccleſiaſticum ratione perſonarum, negotiorum, vel rerum de jure vel de antiqua conſuetudine pertinere noſcuntur, per ſe vel per alium ad deſiſtendum, vel in foro ſeculari de quæſtionibus hujuſmodi litigandum per eorundem judicũ eccleſiaſticorum vel impetrantium, aut litigantium, ſeu

---

*[a] Quærebat Ioan. Mont. in iſto cap. Quid ſi fiat impoſitio talis non eccleſiaſticis perſonis, ſed eorum hominibus, nunquid eſſet locus pœnæ hujus cap. Et dicebat quòd ſic, quia ſit fraus legi, de qua in regula de regulis jur. cap. fin. & ſuprà de privileg. quanto. facit infrà eod. cap. un. ſecundùm Lupum, Abb. Dom. Philip. dicit quod nullo modo habebit locum hæc conſtitutio, quia penitus revocata cum ſuis declarationibus, nec ullus Doctorum eam legit. Font.* b *alias, dolentes.*

a *Al. ſiſari.* b *al. ſiſata.* c *In manuſc. legitur conſtanter ita: & conceſſionis.* d *al. pervenerint.* e *Quia ſina illa cauſa, vide in c. licet. de foro compe. in antiq. Bart. in extravag. ad reprim. in verb. denunciat.*

volentium litigare, aut propinquorum ipſorum ſeu rerum illorum, aut eccleſiarum ſuarum etiam captionem, modiſvè aliis quibuſcunque compellat ſeu compelli faciat vel procuret: niſi per ſe alioſvè impediat, quò minus coram judicibus eccleſiaſticis, delegatis ſeu ordinariis querelantes de cauſis, quæ (ut præmiſſum eſt) ad cognitionem pertinent eorundem, poſſint liberè juſtitiam obtinere: nec ad prædicta facienda det auxilium, conſilium, vel favorem. Si quis verò contrà præſumpſerit, excommunicationi ſe ipſo facto noverit ſubjacere: à qua (niſi eam judici, cujus cognitio fuerit impedita, vel jurisdictio uſurpata, quàm parti, quæ turbata in proſecutione fuerit ſui juris, de injuria, damnis, expenſis, & intereſſe prius per eundem integrè fuerit ſatisfactum) nullatenus abſolvatur.

### CAP. V.

*Domini temporales prohibentes ſubditis, ne cum perſonis eccleſiaſticis contrahant, vel communia obſequia exhibeant, ipſo facto excommunicationem incurrunt. h. d. Dom.*

Idem.

EOs *a*, qui temporale dominium obtinentes, ſuis ſubditis, ne prælatis aut clericis, ſeu perſonis eccleſiaſticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipſis bladum molant, coquant panem, aut alia obſequia exhibere præſumant, aliquando interdicunt (cùm talia in derogationem libertatis eccleſiaſticæ præſumantur) eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere.

## NE CLERICI VEL MONACHI SECVLARIBVS NEGOCIIS SE IMMISCEANT.

### *TITVLVS XXIV.*

### CAP. I.

*Capitulum, ſuper ſpecula. prohibens audientiam legum vel phyſica, non includit parœciales eccleſias habentes, niſi ſint plebaniæ habentes ſub ſe capellas, in quibus clerici perpetuò inſtituantur. h. d. Domin.*

Bonifacius VIII.

STatutum *b* felicis recordationis Honorii Papæ tertii prædeceſſoris noſtri, quòd Decanis, Archidiaconis, præpoſitis, plebanis, cantoribus, & aliis clericis habentibus perſonatus, audire leges vel phyſicam interdicit, ad eos, qui parœciales eccleſias obtinere noſcuntur, piæ memoriæ Clementis Papæ quarti prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, declaramus prædictæ conſtitutionis oraculo ratione eccleſiarum hujuſmodi non extendi. Niſi eædem eccleſiæ fuerint plebaniæ ſub ſe capellas habentes, in quibus inſtituantur clerici perpetui, nequeuntes ab ipſis abſque cauſa rationabili amoveri.

### CAP. II.

*Excommunicatus eſt ipſo facto religioſus profeſſus, habitum temerariè dimittens, vel ad quæcunq; ſtudia accedens, non obtenta licentia & prælati & conventus. Doctores ſcienter docentes, vel in ſcholis retinentes ad leges vel phyſicam tales religioſos, ſimiliter excommunicationem incurrunt. h. d. Dominicus.*

Idem.

VT *a* periculoſa religioſis evagandi materia ſubtrahatur, diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquis quamcunque religionem tacitè vel expreſsè profeſſus, in ſcholis vel alibi temerè habitum religionis ſuæ dimittat: nec accedat ad quævis ſtudia literarum, niſi à ſuo prælato cum conſilio ſui conventus vel majoris partis ejuſdem ſibi eundi ad ſtudium, licentia primitus ſit conceſſa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto. Doctores quoque ſive magiſtri, qui religioſos habitu ſuo dimiſſo leges vel phyſicam audientes ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerint retinere, ſimili eo ipſo ſint ſententia innodati.

### CAP. III.

*Clericus in loco temporalis juriſdictionis ſuæ ſuper delicto ibi commiſſo delegans, ut veritate inquiſita juſtitiam exequatur, irregularis non efficitur, licet pœna ſanguinis inferatur. hoc dicit Dominicus.*

Idem.

EPiſcopus *b* ſeu quicunque alius prælatus, vel clericus jurisdictionem obtinens temporalem, ſi homicidio aut alio maleficio ab aliquibus in juriſdictione ſua commiſſo, ballivo ſuo aut alii cuicunque injungat, ut ſuper hoc veritatem inquirens juſtitiæ debitum exequatur, irregularis cenſeri non debet: quamvis ipſe ballivus vel alius contra malefactores ad pœnam ſanguinis proceſſerit, juſtitia mediante. Nam licet clericis cauſas ſanguinis agitare non liceat, eas tamen (cùm juriſdictionem obtinent temporalem) debent & poſſunt metu irregularitatis ceſſante aliis delegare.

---

a *Vide Anch. conſil. 11. incip. factum ſuper quo petitur conſil. & Lapum allegat. 92. incip. inſpeximus.* b *Vide Doct. & in primis Panorm. in ca. non magnopere. & in ca. fin. extr. ne clerici vel monachi. & Innoc. in cap. firmiter, extrà, de ſumm. Trinitat. & fide Catholica.*

a *Multa huc ſpectantia, vide per Calderinum conſ. 2. tit. de magiſtris. & per Abbatem conſ. 84. lib. 1.* b *Præter Doctor. hîc, vide notata in ca. ex literis extrà, de exceſſ. prælat. & in cap. in archiepiſcopatu. de raptoribus.*

# F I N I S.

# SEXTI DECRETALIUM LIBER QUARTUS.

## DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS.

### TITULUS PRIMUS.

### CAPUT UNICUM.

*Sponſalia pura & certa, ex conſenſu valida, licet aliàs nulla, inducunt publicam honeſtatem: quæ habet dirimere ſequentia ſponſalia, ſed non præcedentia.*

Bonifacius VIII.

EX ſponſalibus *a* puris & certis, etiamſi conſanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quavis ratione ſint nulla, dummodo non ſint nulla ex defectu conſenſus, oritur efficax ad impediendum & dirimendum ſequentia ſponſalia vel matrimonia, non tamen ad præcedentia diſſolvendum, impedimentum juſtitiæ publicæ honeſtatis *b*: Quare ille, qui ſponſalia puræ ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & poſtmodum cum ſecunda prioris conſanguinea idem fecit, ex priorum ſponſaliorum vigore (quibus per publicæ honeſtatis juſtitiam ex ſecundis ſponſalibus ſubſecutum minimè derogatur) ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus.

*Publicam honeſtatem non inducunt ſponſalia conditionalia ante eventum. h.d. Ioan. And.*

Ille verò, qui ſponſalia cum aliqua muliere *c* ſub conditione contraxit, ſi poſtmodum ante conditionis eventum cum alia prioris conſanguinea per verba contraxerit de præſenti, cum ſecunda remanere debebit. Cùm ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionem extantem, ſicuti conſenſum non habentibus, & incertis, nulla publicæ honeſtatis juſtitia oriatur.

## DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

### TITULUS II.

### CAP. UNIC.

*Sponſalia amborum infantium vel alterius tantùm per ſupervenientiam majoris ætatis non validantur, nec publicam honeſtatem inducunt: niſi fuerint ratificata tacitè vel expreſſè. h.d. uſq. ad §. Idem quoq. Dom.*

Bonifacius VIII.

SI infantes *d* ad invicem, vel unus major ſeptennio, & alter minor, ſponſalia contraxerint, ipſi vel parentes pro eis, niſi per cohabitationem corum mutuam, ſeu aliàs verbo vel facto ipſorum liquidò appareat, eoſdem in eadem voluntate factos majores ſeptennio perdurare, ſponſalia hujuſmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti temporis minimè convaleſcunt: & ideò cùm ſint nulla, ratione defectus conſenſus, publicæ honeſtatis juſtitiam non inducunt.

*Sponſalia per verba de præſenti contracta inter impuberem & puberem, vel inter impuberes non proximos pubertati, valent ut ſponſalia de futuro: nec in matrimonium tranſeunt ex ſola perſeverantia ætatis: niſi aliter approbentur: inducunt tamen publicam honeſtatem. h.d. Dom.*

Idem quoque ſi pubes & impubes, vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus ætatem malitia non ſupplebat, per verba contraxerint de præſenti: ſponſalia enim illa, quæ juris interpretatione tantùm fuerunt ſponſalia de futuro (licet verba conſenſum exprimentia de præſenti haberent, & matrimonium contrahere intenderent contrahentes) per adventum pubertatis in matrimonium non tranſeunt de præſenti: nec matrimonium (quod ut matrimonium ætate non tenuit prohibente) per lapſum dicti temporis convaleſcit: niſi per carnis copulam ſubſecutam, vel aliquem modum alium contrahentes eoſdem cum ejuſdem perſeverantia voluntatis ad pubertatis tempora perveniſſe conſtiterit evidenter, per dictum tamen contractum, qui valuit ut potuit, non ſicuti agebatur, publicæ honeſtatis juſtitia eſt inducta.

*Sponſalia pro abſentibus filiis non tenent: niſi ipſis præſentibus, vel niſi approbaverint tacitè vel expreſſè ex poſt facto. hoc dicit, Domin.*

Porrò ex ſponſalibus, quæ parentes pro filiis puberibus vel impuberibus plerunque contrahunt, ipſi filii, ſi expreſſè conſenſerint vel tacitè, ut ſi præſentes fuerint, nec contradixerint, obligantur: ex eis oritur juſtitia publicæ honeſtatis. Et eſt idem, ſi filii tempore ſponſaliorum abſentes, & etiam ignorantes eadem ſponſalia poſt ſcientes ratificaverunt tacitè *a* vel expreſſè: aliàs ex ſponſalibus contractis à parentibus pro filiis, nec ipſi filii obligantur, nec publicæ honeſtatis juſtitia inde ſurgit.

a *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. matr. c. 3. confert enim multum pro textu & gl.* b *de impedimento juſtitiæ publicæ honeſtatis, quid ſit, & unde proveniat, vide B. Thom. in quæſtionibus additis ad tertiam partem. q. 55. art. 4. & Doct. ſcholaſticos l. 4. ſent. diſt. 41.* c *No. Do. hic illam dici mulierem, quæ nondum matrimonio copulata.* d *Vide B. Thom. in quæſtionibus additis ad 3 part. q. 43. art. 1. & 2. & Doct. l. 4. ſent. diſt. 17. & Dominic. conſil. incip. quia diffuſè.*

a *Vide Bart. in l. quo enim. ff. rem ra. ha. Fone.*

## DE COGNATIONE SPIRITVALI.

### TITVLVS III.

### CAP. I.

*Inter baptizatum & levantem filios, & uxorem levantis ante carnaliter cognitam, & ſuſcipientem & patrem & matrem ſuſcepti, & ſimiliter de baptizante, ſpiritalis contrahitur cognatio. h. d. uſq. ad §. Ex confirmatione. Dom.*

Bonifacius VIII.

NEdum a inter baptizatum & illum b qui eum ſuſcepit de baptiſmo, ac inter eundem baptizatum & ſuſcipientis filios & uxorem ante ſuſceptionem carnaliter cognitam ab eodem: imò etiam inter ſuſcipientem, patremque baptizati & matrem, cognationem ſpiritalem in baptiſmo contrahi jure conſtat: quæ cognatio & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit poſt contractum. Et eadem quæ de ſuſcipiente ſunt dicta, ſunt de baptizante cenſenda.

*Confirmatio frontis, inducit ſpiritualem cognationem ſicut baptiſma. h. d. Dominicus.*

Ex confirmatione quoque ſeu frontis chriſmatione, ſpiritalis cognatio eisdem modis contrahitur: matrimonia ſimiliter impediens contrahenda, & dirimens poſt contracta.

### CAP. II.

*Compaternitas per catechiſmum contracta, impedit matrimonium, ſed non dirimit. Ioan. And.*

Idem.

PEr a cathechiſmum, qui præcedit baptiſmum, ſacramentorum fundamentum & januam reliquorum, cognatio ſpiritalis contrahitur: per quam contrahendum matrimonium impeditur. Vt ex prædeceſſoris noſtri Clementis Papæ tertii decretali colligitur evidenter dicendo enim, quòd talis res vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret, velle videtur quòd afferat. nam quod vix fit, fieri tamen dubium non exiſtit. Per illam tamen cognationem matrimonium poſtea contractum minimè ſeparatur.

### CAP. III.

*Unus tantùm intervenire debet in levatione infantis de ſacro fonte vel chriſmatione frontis: tamen ſi plures interveniunt, cognationem contrahunt ſpiritalem. Et ex aliis ſacramentis cognatio non contrahitur. h. d. Dominic.*

Idem.

QVamvis b non plures c, quàm unus vir, vel una mulier accedere debeam ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem, juxta ſacrorum canonum inſtituta: ſi tamen plures acceſſerint, ſpiritalis cognatio nec contrahitur, matrimonia contrahenda impediens, & etiam poſt contracta diſſolvens. De confirmatione inſuper, quantum ad hoc, idem judicium eſt habendum.

Ex datione verò aliorum ſacramentorum cognatio ſpiritalis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat vel diſſolvat.

a *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. matr. c. 2. & B. Thom. in qu. additis. ad 3. part. q. 66. per totum: & Theol. eod. lib. 4. ſent. diſt. 42.* b *Procedit ſi ille eſt Chriſt. xxx. q. 1. c. 2. de conſ. diſt. 4. in baptiſmate. Ioan. Andr. in reg. ex. eod. ꝫ. de reg.*

a *Vide Theolog. ſcholaſticos l. 4. ſent. diſt. 42. & beatum Thom. in quæſt. additis ad 3. part. q. 55. art. 2.* b *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. matr. c. 2.* c *Vide l. ad teſtium. §. fin. ff. de teſtam.*

F I N I S.

# SEXTI DECRETALIVM LIBER QVINTUS.

## DE ACCVSATIONIBVS a, INQVISITIONIBVS, ET denunciationibus.

### TITVLVS PRIMVS.

### CAPIT. I.

*Ex confeſſione coram delegato inquirente ſuper certis criminibus deputato facta punitur confitens, licet dicat ſe prius diffamatum non fuiſſe, vel inquiſitionis capitula non habuiſſe. h. d. Dominicus.*

Bonifacius VIII.

POſtquam b coram eo, qui contra te ſuper certis criminibus inquiſitor fuerat deputatus, eadē crimina fuiſti confeſſus, fruſtra confeſſionem tuam (quo min' puniaris ex ea, prout juſtitia ſuadebit) eo prætextu impugnare contendis, quòd ſuper eisdem criminibus non fueras antea diffamatus. Vel quòd per eundem inquiſitorem capitula ſuper quibus contra te volebat inquirere, tibi tradita non fuerunt.

### CAP. II.

*Valet inquiſitio facta ſuper veritate criminum omiſſa inquiſitione infamiæ, ſi reus præſens tacuit. h. d. ſecundùm Ioan. And.*

Idem.

SI is, cui contra te commiſſa fuerat ſimpliciter inquiſitio ſuper certis criminibus facienda; proceſſiſtis

a *De materia hujus tit. vide plenè per Hoſtien. in ſumma eod. tit.* b *Vide Peruſinum in c. dilecto. de appellat. & Alex. conſ. 52. lib. 3. & Fel. in c. 1. de except.*

ritte præſente, nec reclamante, aut quicquam ſuper hoc excipiente (infamiæ inquiſitione omiſſa) ad veritatem eorundem criminum inquirendam : proceſſum hujuſmodi ex eo quòd non fuit de infamia *a* primitus inquiſitum, ulterius impugnare nequibis.

## DE HÆRETICIS.

### TITVLVS II.

### CAP. I.

*Propter crimen hæreſis clericum in quibuſcunq; ſacris ordinibus conſtitutum, ſolus ejus Epiſcopus degradare poterit. h. d. Dominicus.*

Gregorius IX. *Remen. Archiepiſcopo, & ſuis ſuffraganeis.*

QVoniam Epiſcoporum numerus ad degradationem clericorum à canonibus conſtitutus non poteſt de facili *b* convenire : Concedimus, ut ſacerdotem vel alium clericum in ſacris ordinibus conſtitutum (cùm pro hæreſi fuerit curiæ ſeculari relinquendus, aut perpetuò immutandus) convocatis Abbatibus, aliiſque prælatis & religioſis perſonis ac literatis ſuæ diœceſis, de quibus expedire videbitur, ſuus ſolus poſſit Epiſcopus degradare.

### CAP. II.

*Excommunicationem incurrit ſepeliens ſcienter hæreticos, vel eorum receptatores, defenſores, vel fautores, nec abſolvitur niſi exhumet eorum corpora, locus verò privatur ſepultura. hæc dicit uſq; ad §. Inhibemus. Dom.*

Alexander IV.

QVicunque *c* hæreticos, credentes, receptatores, defenſores, vel fautores eorum ſcienter præſumpſerint *d* eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, uſque ad ſatisfactionem idoneam excommunicationis ſententiæ ſe noverint *e* ſubjacere. Nec abſolutionis beneficium mereantur *f*, niſi propriis manibus publicè extumulent *g*, & projiciant *h* hujuſmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetua *i* careat ſepultura.

*Excommunicari debent laici publicè, vel occultè diſputantes de fide. h. d. Dominicus.*

Inhibemus quoque ne cuiquam laicæ perſonæ liceat publicè, vel privatim de fide catholica diſputare. Qui verò contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

*Non valet promotio hæreticorum, eis credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum eorum, nec filiorum ſuorum uſq; ad ſecundam generationem, ad beneficia eccleſiaſtica, vel officia publica. h. d. Dom.*

Hæretici autem, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumque filii *k* uſque ad ſecundam generationem, ad nullum eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium publicum admittantur. Quòd ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum & inane.

*Privati ſunt habentes beneficia eccleſiaſtica ad preces hæreticorum : & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, ſi ſcienter talia receperunt. h. d. Dom.*

Adhæc quoſcunque viros eccleſiaſticos, qui ad preces hujuſmodi peſtilentium perſonarum dignitates, perſonatus, & quæcunque alia eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti, ex nunc privamus taliter acquiſitis : volentes, quòd talibus & habitis careant perpetuò, & ſi receperunt *l* illa ſcienter, ad alia vel ſimilia nequaquam in poſterum admittantur.

a *Et qualiter probari debeat infamia alicujus, vide Romanum conſ. 267. & Cardinalem conſ. 3. de teſt.* b *Nota hic quòd propter difficultatem relaxatur juris ſolennitas : ut habes c. ſupr. eod. & l. 1. §. ſi. ff. de vent. in poſſ. mit. Font.* c *Vide Turrecrematam in ſum. de eccleſia l. 4. part. 2. cap. 21.* d *al. præſumpſerit.* e *al. noverit.* f *al. mereatur.* g *al. extumulet.* h *al. projiciat.* i *al. perpetuo.* k *vide Condiſſalvum trac. de hær. q. 21. & repertorium Inquiſ. verbo filii.* l *al. receperint.*

*Nulla eſt emancipatio filiorum vel ſubditorum per hæreticos facta, etiam ſi poſtea vitium detegatur. h. d. Domin.*

Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes poſt emancipationem etiam hujuſmodi apparuerit ante ipſam à via veritatis ad hæreticæ ſuperſtitionis invium declinaſſe, nullius volumus eſſe momenti, velut factam de hominibus ſui juris : cùm dignum ſit, ut propter tanti atrocitatem delicti, filii eſſe in parentum hæreticorum deſierint poteſtate.

### CAP. III.

*Filii vel hæredes petentium in infirmitate ſua hæreticorum conſolationem, non admittuntur ad probandum, quòd non ſana mente, vel perdita loquela ſuſceperint, ſi conſtat, quòd erant ſanæ mentis, vel ſi prius ſuſpecti, vel diffamati erant de hæreſi : aliàs admittuntur, ſcilicet per teſtes fide dignos, non ſuſpectos. hoc dicit. Dominicus.*

Idem *inquiſitoribus hæreticæ pravitatis.*

FIlii, vel hæredes illorum, qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos conſolaturos, ut ab eis per manus impoſitionem conſolationem reciperent ſecundùm peſſimam conſuetudinem eorundem, ſicq; viam fuerint univerſæ carnis ingreſſi : ad probandum, quòd ipſi defuncti conſolationem illam, imò verius deſolationem non *a* ſanæ mentis effecti ſuſceperint, vel poſt perditam jam loquelam (cùm tamen moris ſit (ut dicitur) apud eos, quòd nullum taliter conſolentur, qui non ſit ſanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent : ſi dum vivebant, diffamati erant de hæreſi, vel ſuſpecti, aut legitimè conſtiterit, quòd ſanæ mentis exiſtentes hujuſmodi hæreticos petierunt. Alioquin admitti poterunt prædicti filii, vel hæredes ad probandum præmiſſa. Non tamen per uxores, filios, familiares, vel de ſuis aliquos, ſed per teſtes alios fide dignos, & ſpecialiter fidei zelatores.

### CAP. IV.

*Relapſi in hæreſim ſunt tradendi curiæ ſeculari, licet pœniteat eos, & ad fidem redeant : non tamen denegantur eis ſacramenta pœnitentiæ & euchariſtiæ. h. d. Domin.*

Idem *eiſdem.*

SVper eo *b*, quod ſcriptum legitur, Eccleſia nulli claudit gremium redeunti : quodque ii, qui poſt abjurationem erroris, vel poſtquam ſe proprii antiſtitis examinatione purgaverint, ſi deprehenſi fuerint in abjuratam hæreſim recidiſſe, ſeculari decernuntur judicio ſine ulla penitus audientia relinquendi : cùm ſcripturæ hujuſmodi videantur ſibi invicem adverſari, quid tenendum ſit per ſedem edoceri Apoſtolicam poſtulaſtis. Nos itaque inquiſitioni veſtræ de fratrum noſtrorum conſilio reſpondemus, quòd taliter deprehenſis, etiamſi (ut dictum eſt) ſine ulla penitus audientia relinquendi ſint judicio ſeculari : ſi tamen poſtmodum pœniteant, & pœnitentiæ ſigna in eis apparuerint manifeſta, nequaquam ſunt (humiliter petita) ſacramenta pœnitentiæ, ac euchariſtiæ deneganda.

### CAP. V.

*Excommunicati, participes, & ſocii criminis, admittuntur in teſtes contra hæreticos, ſi ſciunt veriſimiliter veritatem deponere. h. d. Dom.*

Idem *eiſdem.*

IN fidei favorem concedimus, ut in negotio inquiſitionis hæreticæ pravitatis excommunicati & participes, vel ſocii criminis ad teſtimonium admittantur : Præſertim in probationum aliarum defectum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores & defenſores eorum, ſi ex veriſimilibus conjecturis, & ex numero teſtium, aut perſonarum (tam deponen-

a *Quod ex verbis & actibus probatur : ut not. in l. ſi cùm dotem. §. ſin autem. ff. ſol. mat. c. hoc habet. 46. diſt. & legitimus 93. diſt.*
b *Vide Zanch. tract. de hær. c. 16.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tium, quàm eorum contra quos deponitur) qualitate, ac aliis circumſtantiis ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur.

### CAP. VI.

*Ordinarii, vel eorum delegati, & inquiſitores ſine pœna excommunicationis facere habent executionem juſtitiæ contra hæreticos, per habentes juriſdictionem ſecularem in loco: licet excommunicati ſint, vel de facto tantùm illam juriſdictionem poſſideant. h.d. Dom.*

Idem *eiſdem.*

PRæſidentes *a* regimini alicujus regni, provinciæ, ſive loci (licet excommunicati, vel de facto tantùm, & non de jure juriſdictionem habentes, ac eorum officiales ad requiſitionem ordinariorum, vel delegatorum ipſorum, aut inquiſitorum hæreticæ pravitatis, non valentium ſine moris diſpendio vel negotii periculo recurſum habere ad ſuperiores, qui legitimè in locis ipſis poſſint juſtitiam exequi) poſſunt & debent contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defenſores eorum juſtitiam, & ſuum officium exercere. Nec requirentes hujuſmodi excommunicatos, propter hoc ſententiam excommunicationis incurrunt. Non tamen præſidentibus prælibatis, vel officialibus eorundem propterea in aliis caſibus intelligatur conceſſum aliquid vel permiſſum.

### CAP. VII.

*Excommunicatus propter contumaciam non reſpondendi ſuper hæreſi, de qua erat ſuſpectus, poſt annum damnatur, ut hæreticus. h.d. Dominicus.*

Idem *eiſdem.*

CVm *b* contumacia (in cauſa præſertim fidei) ſuſpicioni præſumptionem adjiciat vehementem: ſi ſuſpectus de hæreſi vocatus à vobis, ut de fide reſpondeat, excommunicationis vinculo (pro eo quòd parere ſubterfugit, aut contumaciter ſe abſentat) per vos fuerit innodatus, quam ſi *c* per annum animo ſuſtineat pertinaci, extunc velut hæreticus condemnetur.

### CAP. VIII.

*Abjurans in judicio hæreſim propter vehementem præſumptionem, ſi iteratò labitur (licet non fuiſſet probatum plenè) relapſus dicitur: ſecus ſi levis erat præſumptio. h. d. uſq. ad §. Eum verò. Dominicus.*

Idem *eiſdem.*

ACcuſatus de hæreſi vel ſuſpectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens ſuſpicio orta erat, ſi hæreſim in judicio abjuravit, & poſtea committit in ipſa, cenſeri debet quadam juris fictione relapſus: licet ante objurationem ſuam, hæreſis crimen plenè probatum ſit contra ipſum.

Si autem levis & modica ſuſpicio illa fuerit *d*, (quanquam ex hoc ſit gravius puniendus) non tamen debet in hæreſim relapſorum pœna puniri.

*Culpabilis in uno articulo hæreſis, generaliter poſtea abjurando, relapſus dicitur, ſi committit etiam in alium articulum ſeparatum. h.d. Dom.*

Eum verò, qui in una hæreſis ſpecie vel ſecta commiſit, aut in uno fidei articulo, ſeu eccleſiæ ſacramento erravit, & poſtmodum hæreſim ſimpliciter vel generaliter abjuravit, ſi extunc in aliam etiam hæreſis ſpeciem ſive ſectam, aut alio articulo ſeu ſacramento committat, volumus, ut relapſum in hæreſim, judicari.

*Qui poſt abjurationem hæreſis, de qua convictus fuerat, vel poſtea convincitur, facto vel verbo hæreticis communicat in rebus hìc prohibitis, relapſus dicitur. h.d. Dom.*

Ille quoque, de cujus lapſu in hæreſim ante abjurationem, conſtiterat, vel nunc conſtat, ſi poſt illam hæreticos acceptet *a*, deducat, viſitet, ſive aſſociet, aut dona vel munera eis donet, vel mittat, ſeu favorem eis impendat, qui excuſari non poſſit etiam ſine adoratione (ut verbis veſtris utamur) meritò debet judicari relapſus, cùm illum ex *b* approbata à ſe prius erroris conſequentia non ſit dubium id feciſſe.

*Teſtis in cauſa hæreſis falſum deponens, licet perjurus ſit, probat dicendo contrarium: dum tamen ex indiciis conſtet dolum non corruptionem, ſed veritatem continere. h.d.*

Licet verò perjuri à teſtimonio, etiam poſt pœnitentiam, repellantur, ſi tamen ii, qui coram inquiſitoribus jurantes, tam de ſe, quàm de aliis ſuper facto hæreſis dicere veritatem, eam celando dejerent, & poſtmodum velint corrigere dictum ſuum, contra ſe ac alios ſuos complices deponendo: cùm crimen hujuſmodi ſit exceptum, ſi ex manifeſtis indiciis apparuerit, tales non animi levitate, aut odii fomite, ſeu corruptione pecuniæ, ſed zelo fidei orthodoxæ dictum ſuum velle corrigere, ac multa (quæ prius tacuerant) revelare in favorem fidei (niſi aliud obſiſtat) ſtari debet, tam contra ſe, quàm contra alios, atteſtationibus eorundem.

*Inquiſitores ſuper hæreſi deputati, non ſe intromittant de divinationibus vel ſortilegiis non ſapientibus hæreſim manifeſtam. h. d. Domini.*

Sanè cùm *c* negotium fidei (quod ſummè privilegiatum exiſtit) per occupationes alias non debeat impediri: peſtis inquiſitores hæreticæ à ſede Apoſtolica deputati, de divinationibus, aut ſortilegiis (niſi hæreſim ſaperent manifeſtè) intromittere ſe non debent, nec punire talia exercentes, ſed eos relinquere ſuis judicibus puniendos.

*Inquiſitores hæreſis de quæſtionibus uſurarum ſe intromittere non poſſunt. h.d.*

De quæſtionibus præterea uſurarum motis, & contra illos, quibus reſtitutionem uſurarum in pœnitentia pro hæreſis crimine injunxerunt, ac illi ſe & ſua ad hoc faciendum in judicio eccleſiæ obligarunt, intromittere ſe non poſſunt: ne per cauſas hujuſmodi offendiculum negotio fidei præparetur.

*Inquiſitores poſſunt compellere hæredes fautorum hæreticorum (qui tamen hæretici non erant) ad implendum pœnitentiam injunctam in bonis temporalibus: ſecus ſi mortui ſint antequam ſuit pœnitentia injuncta. h.d. Dom.*

Si verò *d* pro iis, quæ in hæreſi, receptando vel defendendo hæreticos, ſeu eis favendo, non tamen exiſtens hæreticus, quis commiſerit, ſub obligatione bonorum ſuorum inquiſitoribus ſe adſtrinxit ad recipiendam ab eis pœnitentiam & complendam, & ea licet injuncta, non tamen peracta deceſſit: ſi per hujuſmodi pœnitentiam onus impoſitum fuerit proficiens ad ſalutem, in bonis ejus temporalibus exequendum, ad complementum ipſius per inquiſitores cogi debent hæredes, vel alii ad quos cum ſuo onere bona hujuſmodi devenerunt. Porrò, ſi propter hujuſmodi hæreticorum receptationem, defenſionem, ſeu favorem, quis ad faciendam pœnitentiam, quam inquiſitores ipſi injungere vellent, bona ſua obligaverit eiſdem, & antequam ei pœnitentia injungeretur, deceſſerit: ejus hæredibus non eſt ſatisfactio pro commiſſo jam crimine injungenda.

*Poſt mortem hæretici declarari poteſt eum hæreticum fuiſſe ad finem confiſcandi. Dom.*

In eo verò caſu, quo hæredes ad ſucceſſionem non debent ob hæreſim ſui auctoris admitti, non obſtante quòd auctore ipſo vivente hoc non fuerit (interveniente ipſius morte) per ſententiam declaratum *e*, ad

a *Vide gl. fin. in c. 1, de offi. vicarii hoc eod. lib. & Gondiſſalvum tract. de hær. & q. 19.* b *de intellectu vide Albertinum tract. de agnoſc. aſſert. q 30. num. 73.* c *Dictio, ſi, deeſt in antiquioribus codicibus etiam impreſſis, & ſeries orationis indicat abeſſe oportere.* d *al. fuit.*

a *Al. recepi.* b *al. approbati.* c *Vide Zanchinum trac. de hæret. c. 22.* d *In vetuſtiorib. cod. ita: ſi verò in his, &c.* e *al. ad occupationem.*

conſiſca-

confiſcationem bonorum poſt mortem ejuſdem nihilominus procedatur.

*Clerici inſtruentes teſtes, ne inquiſitores veritatem inveſtigent, puniri poſſunt per eos: & religioſi gravius puniuntur. hoc dicit. Dominicus.*

Sacerdotes inſuper, & alii clerici qui negotium inquiſitionis inſtruendo citatos hæreticos, vel eorum credentes de celanda veritate, vel dicenda falſitate, ſeu eos indebitè liberando inventi fuerint impedire (cùm non ſit dubium eos *a* ipſa facere in favorem hæreticæ pravitatis) per inquiſitores à talibus compeſci poſſunt, & pœna debita caſtigari, tam per captionem perſonarum, quàm aliàs, prout culpa exegit delinquentis. Religioſi etiam ſunt immutationis pœna, vel alia gravius puniendi quàm ſeculares, ſi inventi fuerint in hæreſi, vel conſimilibus deliquiſſe.

## CAP. IX.

*Non valent ſtatuta per qua inquiſitoris hæreſis officium impediatur, vel retardatur.*

Vrbanus IV.

Statutum *b* civitatis, caſtri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium inquiſitionis hæreticæ pravitatis, directè vel indirectè (ne in eo liberè procedi valeat) contigerit impediri, vel quomodolibet retardari, nullius exiſtere firmitatis: ipſiusque civitatis vel loci dominum, poteſtatem, capitaneum, conſules, vel rectores, per quem vel quos eadem civitas, ſeu locus regitur, quocunque nomine cenſeantur, ad ſtatutum hujuſmodi loci diœceſano, vel ejus vicario, aut inquiſitori, ſeu inquiſitoribus labis præfatæ, ſine moræ diſpendio exhibendum: & ſi tale inventum fuerit, revocandum omninò, vel ſaltem eatenus moderandum, quòd per illud inquiſitionis proceſſus non impediantur, vel aliquatenus retardentur, per cenſuram eccleſiaſticam decernimus compellendos.

## CAP. X.

*Officium inquiſitorũ hæreſis morte concedentis non expirat: etiam quoad negotia prius non cœpta vel exorta. h.d.*

Clemens IV. *Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis.*

Ne *c* aliqui dubitationem ſolicitam excitantes in dubium revocent, an officium inquiſitionis hæreticæ pravitatis ſolicitudini veſtræ intra certos limites ab Apoſtolica ſede commiſſum, expiret per mortem Romani Pontificis, qui commiſit: Præſenti declaramus edicto, ipſum officium non ſolùm quoad negotia vivente mandatore incœpta, imò etiam, quoad integra & non cœpta, & quod plus eſt, quantum ad ea quæ tunc nequaquam emerſerant, in favorem fidei pòſt committentis obitum perdurare.

## CAP. XI.

*Informat inquiſitores ad Deum, ut ejus timorem hominum metui antepanant, in procedendo ſimul vel ſeparatim contra hæreticos & ſuos fautores: & etiam in eos abſolvendo cùm verè redierint.*

Idem *eiſdem.*

Vt *d* officium inquiſitionis contra hæreticos in provincia, in qua vobis idem officium eſt commiſſum auctoritate Apoſtolica poſſitis efficatius adimplere, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ubique in præfata provincia ſimul vel ſeparatim aut ſingulariter (prout negotii utilitas ſuadebit) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum, necnon contra infamatos de hæreſi vel ſuſpectos, juxta ſanctiones canonicas (hominum metu, divinoq; *a* timore propoſito) procedatis. Si verò aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abjurata, redire voluerit ad eccleſiæ unitatem: ei juxta formam eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis, & injungatis eidem quod injungi talibus conſuevit: proviſo ſolerter, ne ſimulata converſione redeant fraudulenter, & vos (imò ſeipſos) fallentes ſub agni ſpecie lupum gerant.

*Inſtruit inquiſitores in modo examinationis teſtium, & in perſonis, quæ teſtificata ſcribere debeant. h.d.*

Verùm, quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi (ut in reos ſine ullo proferatur errore duræ ac dignæ ſeveritas ultionis) volumus & mandamus, ut in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religioſas & diſcretas perſonas: in quarum præſentia per publicam (ſi commodè poteſtis habere) perſonam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depoſitiones teſtium conſcribantur. Ad conſcribendas *b* quoq; hujuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia, quæ in commiſſo vobis officio ad ſcriniarii, ſeu tabellionis officium pertinẽt, teneri diſtrictè præcipimus, cùm per vos fuerint requiſiti, omnes & ſingulos veſtri ordinis fratres, qui dum eſſent in ſeculo tabellionatus officium habuiſſe aut exercuiſſe noſcuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium ratione præfati negotii fidei fuit Apoſtolica ſede commiſſum, & in poſterum committetur: concedentes hujuſmodi fratribus, necnon & aliis religioſis quibuſlibet, qui ſimiliter dum eſſent in ſeculo, tabellionatus officium habuerunt *c* & exercuerunt, quibuſvis etiam clericis ſecularibus officium ipſum habentibus (etiam ſi iidem fratres religioſi & clerici ſint in ſacris ordinibus conſtituti) exercendi liberè officium ipſum quoad præmiſſa, non obſtante ſtatuto aliquo contrario canonis vel ordinis, quocunq; vallato munimine, poteſtatem.

*Inſtruit inquiſitores circa perſonas, per quas impediri poſſet, vel deferri inquiſitionis negotium. h.d.*

Compeſcendi præterea monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, prædicatores quæſtuarios *d* (ubi contigerit pro inquiſitionis ſeu fidei negotio congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio, quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod afferri) à prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet (quorum intereſt tantùm charitativa ſubſidia ſuppliciter petere, ac indulgentiam ſi fortè habent exponere) liberam vobis & ſingulis veſtrum concedimus auctoritate præſentium facultatem. Denique, ut circa præmiſſa plenè vobis & ſingulis veſtrum coërcitionis expedita & inviolabilis adſit auctoritas, volumus, ut ea omnia viriliter exequamini (ſi opus fuerit) invocato auxilio brachii ſecularis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis quibuſcunque perſonis cujuſvis conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis, comitatibus *e*, vel univerſitatibus civitatum & locorum ſpecialiter, vel generaliter ſub quacunque

a *Alit. ita: ipſos ea facere, &c.* b *Concordat reſcriptum Innocent. IV. in cap. ad extirpanda. §. cæterum teneatur. & aliud reſcriptum Alex. IV. incip. implacida relatio. quæ habentur impreſſa in bullario literarum Apoſtolicarum pro officio ſanctiſſimæ inquiſit.* c *Vid. Dec. in ca. cauſam matrimonii. extr. de offic. deleg. & Arelatanum tract. de hæret. notabili 4.* d *Concordat reſcriptum Vrbani IV. incip. licet ex omnib. vide, hoc capitulum accipiet lucem. habetur impreſſum in bullario literarum Apoſtolicarum pro officio ſanctiſſimæ inquiſitionis.*

a *Leg. divino timore poſtpoſito.* b *Vid. reſcr. Alexand. IV. incip. ne commiſſa. & reſcriptum Pii IV. incip. paſtoralis officii cura. habentur impreſſa inter literas Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ inquiſitionis.* c *aliàs, ita: habuerint & exercuerint.* d *Prædicatores quæſtuarios omninò ſuſtulit. Concil. Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. §. ult. & ſeſſ. 21. de reform. c. 9.* e *In manuſcr. legitur, communitatibus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

verborum expreſſione vel forma à memorata ſede conceſſis, vel in poſterum concedendis, cùm ex hujuſmodi, vel aliis privilegiis, vel indulgentiis nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obſtaculum interponi: & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Statuimus inſuper, ut poteſtas, capitaneus, ſeu rector, vel conſules, ſeu quivis alii, qui civitati præſunt, vel loco alteri ad præſens, aut præerunt a in futurum, ad requiſitionem diœceſanorum, vel vicariorum ſuorum, ſeu inquiſitorum hæreticæ pravitatis, jurent præciſè attendere inviolabiliter & b obſervare, ac facere à ſuis ſubditis obſervari toto tempore ſui regiminis, in terris ſuæ juriſdictioni regiminivè ſubjectis, conſtitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum, ipſorumque filios & nepotes à ſede apoſtolica promulgatas, ac etiam approbatas, quas, qui jurare noluerit, & ſervare, ut infamis, & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide ſuſpectus officio & honore ſui regiminis ſpolietur: nec ulterius poteſtas, capitaneus, conſul, vel rector habeatur in aliquo, aut de cætero in c aliquam dignitatem, vel officium publicum ulterius aſſumatur: & quæ ut poteſtas, ballivus, conſul, vel rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

## CAP. XII.

*Comprehendit iſta decre. plura utilia pro expediendo officio inquiſitorum. dat enim eis poteſtatem committendi citationes, & ſententiarum denunciationes. dat poteſtatem vocandi peritos, clerum & populum, ut eis aſſiſtant. dat poteſtatem procedendi contra illos, qui de ſua in aliam provinciam ſe tranſtulerunt. dat poteſtatem repetendi libros & proceſſus, commutandi & mitigandi pœnas, privandi & privatos nunciandi officiis & honoribus hæreticos, fautores, & defenſores eorum: ita tamen quòd hoc fiat de diœceſanorum, vel in eorum abſentia vicariorum ſuorum conſilio: niſi iidem ſcienter talibus beneficia contuliſſent. h.d. Ioan. And.*

Bonifacius VIII. *Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis.*

VT d commiſſi vobis officii debitum utilius & uberius exequamini, ſanctæ memoriæ Innocentii, Alexandri, & Clementis prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, vobis & veſtrum ſingulis committendi citationes & denunciationes ſententiarum, quas in quoſlibet hæreticos, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum tuleritis. Advocandi quoque prout expedierit, peritos quoſlibet, ut vobis aſſiſtant, & in hujuſmodi ferendis ſententiis præbeant conſilium opportunum, ac eis, quod ſuper his vobis humiliter pareant, in virtute obedientiæ injungendi. Convocandi etiam clerum & populum civitatum, caſtrorum, aliorumque locorum (prout dicto negotio fidei videritis expedire.) Et contra illos, quos in provincia, in qua vobis inquiſitionis officium eſt commiſſum, hæreſis crimen conſtiterit commiſiſſe (licet ad alias partes ſe transferendos duxerint) procedendi. Necnon faciendi à quibuſlibet aſſignari vobis libros, ſeu quaternos, & alia ſcripta in quibus inquiſitiones factæ, ac proceſſus per quoſcunque auctoritate ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum ejus habiti contra hæreticos continentur: & illorum, qui veſtris mandatis obedientes humiliter ſtant propter hæreſim in carcere vel muro recluſi, pœnam unà cum prælatis, quorum juriſdictioni ſubſunt mitigandi, vel mutandi, cùm videritis expedire: Privandi præterea, vel privatos nunciandi dignitatibus ac aliis beneficiis eccleſiaſticis de diœceſanorum, vel eis abſentibus vicariorum ſuorum conſilio, & officiis publicis, ac honoribus quibuſcunque, eoſdem hæreticos, credentes, receptatores, & defenſores ipſorum, eorumque filios & nepotes plenam concedamus facultatem. Sunt autem diœceſani in privando tales, vel nunciando privatos beneficiis hujuſmodi, requirendi. Niſi fortè conſtaret legitimè, quod iidem ſcienter hujuſmodi perſonis eadem beneficia contuliſſent: tunc enim eos in his requirendos non eſſe cenſemus, ſed potius à ſuo judice puniendos.

## CAP. XIII.

*Chriſtiani ad Iudaiſmum tranſeuntes & redeuntes, hæretici reputantur. h.d. ſecundum Zen.*

Idem.

COntra Chriſtianos, qui ad ritum tranſierint, vel redierint Iudæorum (etiam ſi hujuſmodi redeuntes, dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen abſolutè, aut præciſè coacti baptizati fuerunt) erit a tanquam contra hæreticos, ſi fuerint de hoc confeſſi, vel per Chriſtianos, ſeu Iudæos convicti. Et ſicut contra fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum, ſic contra fautores, receptatores, & defenſores talium eſt b procedendum.

## CAP. XIV.

*Non confiſcantur dotes uxorum innocentium propter hæreſim maritorum. h.d. ſecundum Zen.*

Idem.

DEcrevit c felicis recordationis Innocent. Papa IV. quòd propter hæreſim maritorum, uxorum catholicarum dotes non debeant confiſcari. Quod intelligendum fore cenſemus, niſi fortè mulieres ipſæ cum viris matrimonia contraxiſſent, quos hæreticos tunc ſciebant.

## CAP. XV.

*Filii hæreticorum uſque ad ſecundam lineam paternam, ad primam verò maternam, ſunt inhabiles ad beneficium eccleſiaſticum, vel officium ſeculare, ſi patres ante mortem eccleſiæ reincorporati non fuerint. h.d. ſecundum Dom.*

Idem.

STatutum felicis recordationis Innocent. & Alexand. præd. noſt. ne videlicet hæretici, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumque filii uſque ad ſecundam generationem ad aliquod beneficium eccleſiaſticum, ſeu publicum officium admittantur, quòd ſi ſecus actum fuerit, ſit irritum & inane. Primum & ſecundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam verò ad primum duntaxat volumus hoc extendi. Hoc ſanè de filiis & nepotibus hæreticorum credentium, & aliorum hujuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, intelligendum eſſe videtur: non autem illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, & reincorporatos eccleſiæ unitati, & pro culpa hujuſmodi ad mandatum eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam ipſi vel jam perfecerunt, vel humiliter proſecutioni ejus inſiſtunt, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.

## CAP. XVI.

*Inquiſitor Papæ ſuper hæreſi, ſine ſpeciali mandato non inquirit contra Epiſcopum, ſed ſi eum culpabilem ſciverit, nunciabit Papæ. h.d. Ioan. And.*

Idem.

INquiſitores d hæreticæ pravitatis ab Apoſtol. ſede ſeu alio vel aliis quibuſlibet deputati, de hujuſmodi crimine inquirere contra Epiſcopos nequeant, aut eius prætextu procedere contra eos. Niſi in literis commiſſionis Apoſtolicæ, quòd hoc poſſint, contineatur expreſsè. Si tamen inquiſitores ipſi Epiſcopos, vel alios ſuperiores prælatos ſciverint & invenerint circa crimen hære-

---

a *al. præfuerint.* b *al. ita: & ſervare.* c *al. ad aliquam.* d *Vid. reſcriptum Vrban. IV. incip. licet ex omnibus. §. ut ergo. extat impreſſum inter literas Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis.*

a *al. eſt.* b *Verbum, eſt, deeſt in manuſcr.* c *Vid. Zanchinum tract. de hæret. cap. 25.* d *Vid. Conc. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 5. & repertorium Inquiſitorum, verbo Epiſcopus.*

hæreſeos commiſiſſe, aut eos de hoc diffamatos exiſtere, vel ſuſpectos; id tenebuntur ſedi Apoſt. nunciare.

### CAP. XVII.

*Non derogatur ordinariis ſuper proceſſu hæreticorum, licet Papa generaliter alteri deleget. Et ſuper eodem facto Epiſcopus & inquiſitor poſſunt procedere communiter vel diviſim, vel proferre ſententiam, in qua ſi diſcordant, debent Papæ referre. Et Epiſcopi qualitercunque procedant, debent ſervare modum inquiſitoribus impoſitum. h.d. Dominic.*

Idem.

PEr *a* hoc, quòd negotium hæreticæ pravitatis alicui vel aliquibus ab Apoſtolica ſed. generaliter in aliqua provincia, civitate, vel diœceſi delegatur, diœceſanis Epiſcopis, quin & ipſi auctoritate ordinaria, vel delegata (ſi habent) in eodem procedere valeant, nolumus derogari. Verùm, ut dictum inquiſitionis negotium efficacius, melius, utiliusque procedat, concedimus, quòd per Epiſcopos ipſos, & per inquiſitores de facto eodem inquiri valeat communiter vel diviſim: & ſi diviſim proceſſerint, teneantur ſibi invicem communicare proceſſus, ut per hoc poſſit melius veritas inveniri: & niſi hoc caſu inquiſitores in ſententiæ prolatione diœceſanis vel econverſo duxerint deferendum, per utroſque ſimul ſententia proferatur: in qua ferenda, ſi non convenerint, per utroſq; negotium ſufficienter inſtructum ad ſedem Apoſt. remittatur *b*. Sive autem ordinaria, ſive delegata Epiſcopi poteſtate procedant, illum in procedendo modum obſervent, quem inquiſitores poſſunt & debent per jura communia, vel per ſpeciales conceſſiones, ſeu ordinationes ſedis Apoſtolicæ obſervare.

### CAP. XVIII.

*Epiſcopis & inquiſitoribus hæreſis non reſiſtant, ſed omninò pareant domini temporales, & de eo crimine non cognoſcant: aliàs prout dicitur hîc, puniuntur. h.d. ſecundùm Zen.*

Idem.

VT inquiſitionis negotium contra hæreticam pravitatem, ad Dei gloriam & augmentum fidei noſtris temporibus proſperetur, leges *c* quaſdam per Fridericum olim Romanorum Imperatorem, tunc in devotione Romanæ perſiſtentem eccleſiæ, promulgatas (quatenus Dei, & eccleſiæ ſanctæ ſuæ honorem promovent, & hæreticorum exterminium proſequuntur, & ſtatutis canonicis non obſiſtunt) approbantes & obſervari volentes: univerſas ſeculi poteſtates & dominos temporales, ac provinciarum, terrarum, civitatum, aliorumque locorum rectores, quibuſcunque dignitatibus vel officiis, aut nominibus cenſeantur, requirimus & monemus, ut ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defenſione fidei diœceſanis Epiſcopis & inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, à ſede Apoſtolica deputatis, aut in poſterum deputandis, pareant, & intendant hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum ipſorum inveſtigatione, captione, ac cuſtodia diligenti, cùm ab eis fuerint requiſiti: & ut præfatas perſonas in poteſtatem, ſeu carcerem Epiſcoporum, aut inquiſitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipſi vel aliqui ex eis mandaverint, intra eorundem dominorum poteſtatem, vel rectorum diſtrictum ducant, vel duci faciant ſine mora: ubi per viros catholicos à præfatis Epiſcopis, ſeu inquiſitoribus, vel eorum aliquo deputatos ſub arcta & diligenti cuſtodia teneantur, donec eorum negotium per eccleſiæ judicium terminetur. Utque de hæreſi à diœceſano Epiſcopo vel inquiſitore, ſeu inquiſitoribus condemnatos, præfati poteſtates, domini temporales, ſive rectores, vel eorum officiales, ſeu nuncii ſibi relictos ſtatim recipiant indilatè animadverſione debita puniendos: non obſtantibus appellationibus, ſeu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum: cùm tam ſecundùm ordinationem prædeceſſorum noſtrorum, quàm ſecundùm legem Imperialem, appellationis & proclamationis beneficium expreſsè ſit hæreticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus & defenſoribus interdictum. Prohibemus quoque diſtrictius poteſtatibus, dominis temporalibus, & rectoribus, eorundemque officialibus ſupradictis, ne ipſi de hoc crimine (cùm merè ſit eccleſiaſticum) quoquo modo cognoſcant vel judicent, ſive captos pro eodem crimine abſque dictorum Epiſcoporum ſive inquiſitorum, aut ſaltem alterius eorundem licentia, vel mandato à carcere liberent, aut executionem, ſibi pro hujuſmodi crimine à diœceſano vel inquiſitoribus, ſeu inquiſitore injunctam, promptè (prout ad ſuum ſpectat officium) facere ſeu adimplere detrectent: vel aliàs diœceſanorum, aut inquiſitorum judicium, ſententiam, ſeu proceſſum, directè, vel indirectè impedire præſumant. Si quis verò de prædictis poteſtatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, ſeu ballivis, contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio ſæpefatis diœceſano Epiſcopo vel inquiſitoribus incumbenti ſe opponere fortè præſumpſerit, vel ipſum aliquatenus impedire, necnon & qui ſcienter in prædictis dederit auxilium, conſilium, vel favorem, excommunicationis ſe noverit mucrone percuſſum: quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condemnetur.

### CAP. XIX.

*Bona hæreticorum, ipſo jure ſunt confiſcata: quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehenſio bonorum fieri non debet per dominum ſecularem, niſi prius pronunciatum fuerit ſuper crimine per judicem eccleſiaſticum, qui hoc poſſit. Io. An.*

Idem.

CVm ſecundùm leges civiles, nefarias, naturæ contrarias, inceſtas nuptias contrahentes, eoipſo ſuarum dominium rerum perdant: & mulier humanam legem tranſgrediens, & (præſertim parentibus ſuis non conſentiẽtibus) raptoris *a* nuptias eligens, bona omnia, quæ per legem ſibi obvenerant à raptore, ac aliis conſortibus raptus, ipſo jure amittat: certoque caſu deferantur in fiſcum. Ac etiam illicitas ſpecies tranſvehens, aut rerum vectarum profeſſionem *b* omittens, earundem ſpecierum & rerum proprietate hoc ipſo privetur, & fiſco rerum & ſpecierum dictarum proprietas acquiratur. Bona hæreticorum (qui gravius, horribilius, ac deteſtabilius, quàm prædicti delinquunt) ipſo jure de fratrum noſtrorum conſilio decernimus confiſcata. Confiſcationis tamen hujuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales (juxta Gregorii Papæ prædeceſſ. noſt. declarationem) antequam per Epiſcopum loci aliam perſonam eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.

### CAP. XX.

*In cauſa hæreſis proceditur ſimpliciter & de plano, & dicta teſtium & accuſatorum non publicantur, ſi periculum timeatur. h.d. ſecundùm Zen.*

Idem.

STatuta quædam felicis recordationis, Innocentii, Alexandri, & Clementis prædeceſſorum noſtrorum, quibuſdam declaratis & additis, recenſentes: concedimus, quòd in inquiſitionis hæreticæ pravitatis nego-

---

a *Declaratur hoc ca. per extravag. Benedicti, incip. ex eod. habetur tit. de hær.* b *Vid. Zanchin. tract. de hær. c.15. & repertorium. Inquiſ. verbo Epiſcopus. §. quando Epiſcop.* c *Vid. Bart. in l. Aurel. §. idem quæſiit. ff. de li. leg. in cauſa. ff. de pro. Innoc. c. cum venerabilis. de except. Font.*

a *Vid. Concil. Trident. ſeſſ. 14. de refor. matrim. c. 6.* b *alit. profectionem.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cio procedi poſſit ſimpliciter & de plano *a*, & abſque advocatorum ac judiciorum ſtrepitu & figura. Iubemus tamen, quòd ſi accuſatoribus vel teſtibus in cauſa hæreſis intervenientibus ſeu deponentibus (propter potentiam perſonarum, contra quas inquiritur) videant Epiſcopus vel inquiſitores grave periculum imminuere *b*, ſi contingat fieri publicationem nominum eorundem: ipſorum nomina non publicè, ſed ſecretò coram diœceſano Epiſcopo, vel eo abſente ipſius vicario, quando inquiſitores procedunt: quando verò procedit Epiſcopus, coram inquiſitoribus, ſi haberi commodè poſſit copia eorundem: ac nihilominus ſive Epiſcopus, ſive inquiſitores proceſſerint, aliquibus aliis perſonis providis & honeſtis, juriſque peritis (quas ad hoc vocari, & eis per *c* totum proceſſum ſuper quo deliberandum eſt ſerioſè manifeſtari, ac integraliter explicari, & de ipſorum conſilio ad ſententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimantur: ſicque (non obſtante, quòd illis contra quos hujuſmodi depoſuerunt, nomina ipſorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem judicis inſtruendam plena fides depoſitionibus teſtium eorundem. Et ut eorundem accuſatorum & teſtium periculis efficacius occurratur, & cautius in inquiſitionis negotio procedatur: præſentis conſtitutionis auctoritate permittimus, quòd Epiſcopus vel inquiſitores ſecretum poſſint indicere illis, quibus (ut præmiſſum eſt) proceſſum hujuſmodi explicabunt: & in eos ſi arcana conſilii, ſeu proceſſus, ſibi ſub ſecreto ab eiſdem Epiſcopo, vel inquiſitoribus patefacta, præter eorum licentiam aliis patefecerint, excommunicationis ſententiam, quam ex ſecreti violatione ipſo facto incurrant (ſi eis expedire videbitur) promulgare: ſic tamen, quòd inquiſitores Epiſcopum, vel Epiſcopus inquiſitores non excommunicent hac de cauſa, ſed Epiſcopi ex injuncto ex nunc à nobis ſub virtute ſanctæ obedientiæ diſtricto præcepto ad ſecretum hujuſmodi teneantur. Ceſſante verò periculo ſupradicto, accuſatorum & teſtium nomina (prout in aliis fit judiciis) publicentur. Cæterùm in his omnibus præcipimus, tam Epiſcopos, quàm inquiſitores puram & providam intentionem habere, ne ad accuſatorum vel teſtium nomina ſupprimenda, ubi eſt ſecuritas, periculum eſſe dicant: nec in eorum diſcrimen ſecuritatem aſſerant, ubi tale periculum immineret, ſuper hoc eorundem conſcientias onerantes. Conſtitutiones verò, ordinationes, & mandata alia prædeceſſorum noſtrorum in negotio hæreticæ pravitatis facta, conceſſa, ſeu etiam ad conſulta reſponſa, quæ conſtitutionibus ſuprà ſcriptis *d* ſuper eadem editis pravitate non obvient, in ſuo volumus robore permanere.

## DE SCHISMATICIS.

### TITVLVS III.

### CAP. I.

*In prima parte ponit arengam uſque ad verſ. videlicet. in qua dicit, quòd Columnen. Iacobus & Petrus olim cardinales, & filii Ioannis, fratres ſcilicet dicti Petri diutius expectati noluerint ad cor redire, ſed in profundum malorum deſcendentes ſua aggravabant delicta: quare varias pœnas tulit in eos, quas ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum hic inſerit. Secundò ponit pœnas, quas protulit in ipſos Iacobum & Petrum ad verſ. contra natos. Ibi tertiò ponit pœnas, quas tulit contra filios & poſteros dicti Ioannis uſq. ad verſ. omnem. Ibi, quartò imponit pœnas iis, qui de cætero deliberatè dictos Iacobum & Petrum pro cardinalibus habuerint, vel eis vel prædictis natis Ioannis favorem præbuerint: uſq. ad verſ. hoc & alia. Ibi quintò & ultimò ratificat, innovat, & confirmat prædicta, & ea præcipit inviolabiliter obſervari: & voluit ſimiles exceſſus puniri ſimilibus pœnis in poſterum. hoc dicit Ioannes Andreas.*

a *De iſta clauſula vide Lanfrancum Clem. ſæpe. in num. 1, 2, 3. & ibi alios Doct. & Bart. in extravag. ad reprimendum. in verbo Summariè.* b *Hodie ſemper præſumitur imminere tale periculum, & ideò indiſtinctè ſolet obſervari, ut in crimine hæreſis, nunquam publicentur nomina accuſatorum vel teſtium. vide extravag. Innoc. Papæ, quam affert Repertorium inquiſitorum, verbo, nomina.* c *Dictio, per, deeſt in manuſcriptis codicibus.* d *In antiquioribus legitur conſtanter, ſupradictis.*

Bonifacius VIII.

AD ſuccidendos infructuoſos palmites peſtiferos & nocivos, quos (quaſi ficus fatua) domus de Columna produxit, neſcientes in ſemitis juſtitiæ dirigere greſſus ſuos, ad cor reverti, & agere pœnitentiæ dignos fructus, licet diutius expectatos (Iacobum videlicet de Columna, & Petrum nepotem ipſius, olim ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, & filios quondam Ioannis de Columna, fratris dicti Iacobi, & patris Petri præfati, poſteros & fautores & ſequaces eorum) in virtute altiſſimi exurgentes, ſpiritualiter & temporaliter, contra eos duximus procedendum. Conſequenter dictis Iacobo & Petro, deſcendentibus in profundum malorum, & molientibus inconſutilem tunicam Domini, ſanctę videlicet eccleſię, ſcindere unitatem, ſicut gladium acuentibus linguas ſuas, & prorumpentibus, tam in verba *b* blaſphemiæ & ſchiſmatica, quàm inſana, quæ in ſcriptis redacta ſub ſigillis, quibus antequam eſſent depoſiti utebantur, per urbem & diverſa mundi climata deſtinaverunt, æſtimantes loquacitatem facundiam, & maledicere conſcientiæ bonæ ſignum, & confictæ materia diſputandi, quia veritate non poterant, nos ſaltem lacerare conviciis præſumpſerunt: quorum dicta licet poſſemus ſuperiori aſſertione convincere, & luce clarioribus rationibus confutare, duximus eorum latratibus non dare reſponſum, ut contrita eorum rabies, auctoritate ſonora præſidentis in ſupremo judicii ſolio frangeretur, & patens veritas per ſeipſam veniret in publicam notionem, noſtrumque ſilentium in ſupplicium eis foret, proceſſus tamen contra ipſos & alios fecimus ſucceſſivè varios, diverſiſque temporibus, ſpirituales & temporales pœnas & ſententias continentes & mulctas: quorum (quia totum tenorem conſtitutionis in præſenti inſerere longum eſſet) ex eis quædam compendioſè collata huic noſtræ conſtitutioni duximus inſerenda, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum: videlicet, quòd ex cauſis, quæ rationabiliter nos moverunt, de fratrum noſtrorum conſilio depoſuimus dictos Iacobum & *c* Petrum à cardinalatibus ejuſdem eccleſiæ, & ab omni cardinalatus commodo & honore, ipſoſque judicavimus ſchiſmaticos & blaſphemos, & tanquam hæreticos puniendos expoſitis perſonis eorum à fidelibus capiendis, omnibus beneficiis, officiis, honoribus, dignitatibus, & prælaturis perpetuò privantes eoſdem, & reddentes inhabiles ad habenda, cunctis eorum bonis mobilibus & immobilibus, juribus & juriſdictionibus publicatis. Contra natos inſuper & poſteros dicti Ioannis ſpiritualiter & temporaliter duximus multipliciter procedendum, eorum bonis & juribus publicatis, & confiſcatis, ipſiſque poſteris dicti Ioannis per maſculinam & fœmininam lineam deſcendentibus indignis perpetuò redditis ad cardinalatus honorem, & quælibet officia, beneficia, & miniſteria in eccleſia memorata vel ejus curia: alibi verò uſque ad quartam generationem. Omnem perſonam præſentem & futuram cujuſcunque fuerit præeminentiæ, con-

a *Hujus appellatione non veniunt baſtardi. de Anch. Phil. dixi ſup. tit. prox. c. ſtatutum. adde. gl. in Cle. 1. de bap. Ni. de Vbal. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. Font.* b *al. ita: in verba blaſphema & ſchiſmatica.* c *Vid. l. ſi ſervus. §. plurium. ff. ſi quis cauſ. & l. demonſtratio. ff. de condit. & demonſt. Font.*

ditionis

ditionis, dignitatis, aut ſtatus eccleſiaſtici vel mundani (etiamſi foret ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis) quæ ipſos Iacobum & Petrum, vel eorum alterum ſcienter & deliberatè pro cardinalibus habuerit & tenuerit, aut ad cardinalatum admiſerit, ſeu votum eorum vel alicujus ipſorum ſuffragium in electione Romani Pontificis admiſerit, aut in Pontificem Romanum elegerit, nominaverit, aſſumpſerit, vel receperit, ſeu dederit in his vel ad hoc auxilium, conſilium, vel favorem, excommunicationis ſententia duximus innodandum, à qua (abſque expreſſa licentia Romani Pontificis) non poſſit abſolvi, nec etiam per collegium Apoſtolicæ ſedis, eadem ſede vacante, eumq; prælatione, dignitate, ſtatu & honore eccleſiaſticis omninò privamus: nihilominus omnes, qui dictis Iacobo & Petro, aliàs & natis dicti Ioannis favorem præbuerint, vel auxilium in rebellione vel ſchiſmate perſiſtentibus, excommunicationis ſententia innodantes. Hæc & alia per nos facta in prædictis noſtris proceſſibus, & in literis noſtris bullatis ſuper eis confectis contenta, hac conſtitutione perpetuò valitura ratificamus, confirmamus, & etiam innovamus, eandemque *a* de novo facimus de fratrum noſtrorum conſilio prædictorum. Et ut iſtorum malitia non inveniat ſucceſſorem & puniti tranſgreſſionis exemplar retrahat alios ab offenſa, ac in oblivionem veritas veniens, non vagetur incerta: ſtatuimus atq; decrevimus *b*, ut & ipſa inviolabiliter obſerventur, & quòd ſimiles exceſſus & culpæ pœnis ſimilibus in poſterum puniantur.

## DE HOMICIDIO.

### *TITVLVS IV.*

### CAP. I.

*Per aſſaſſinos faciens, vel tantùm mandans aliquem interfici, tanquam ab omnibus diffidatus, abſq; alicujus prolatione ſententiæ incurrit excommunicationis & depoſitionis ab officio & beneficio. h.d. ſecundùm Zen.*

Innocentius quartus *In Concilio generali Lugdunenſi.*

PRo humani redemptione generis, de ſummis cœlorum ad ima mundi deſcendens, & mortem tandem ſubiens temporalem Dei filius Ieſus Chriſtus, ne gregem ſui precio ſanguinis glorioſi redemptum, aſcenſurus poſt reſurrectionem ad partem, abſque paſtore deſereret, ipſius curam B. Petro Apoſtolo (ut ſuæ ſtabilitate fidei cæteros in Chriſtiana religione firmaret, eorumque mentes ad ſalutis opera ſuæ accenderet devotionis ardore) commiſit, unde nos ejuſdem Apoſtoli effecti (diſponente Domino, licet immeriti,) ſucceſſores *c*, & ipſius redemptoris locum in terris, quanquam indignè tenentes, circa gregis ejuſdem cuſtodiam ſolicitis excitari vigiliis, & animarum ſaluti jugis attentione cogitationis intendere, ſummovendo noxia, & agendo profutura debemus, ut excuſſo à nobis negligentiæ ſomno, noſtrique cordis oculis diligentia ſedula vigilantibus, animas Deo lucifacere ſua nobis cooperante gratia valeamus.

Cum igitur illi qui ſic horrenda inhumanitate, detestandaque ſævitia mortem ſitiunt aliorum, ut ipſos faciant per aſſaſſinos occidi, non ſolùm corporum, ſed mortem procurent etiam animarum (niſi eos exuberans gratia divina prævenerit, ut ſint armis ſpiritualibus præmuniti, ac omnis poteſtas tribuatur à Domino ad juſtitiam rectumque judicium exercendum.) Nos tanto periculo volentes occurrere animarum, & tam *d* nefarias præſumptiones eccleſiaſticæ animadverſionis mucrone ferire (ut metus pœnæ, meta hujuſmodi præſumptionis exiſtat) præſertim cùm nonnulli magnates taliter perimi formidantes, coacti fuerint ſecuritatem ab eorundem aſſaſſinorum domino impetrare, ſicq; ab eo non abſque Chriſtianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo vitam ſuam.

Sacri approbatione concilii ſtatuimus, ut quicunque princeps, prælatus, ſeu quævis alia eccleſiaſtica ſecularisvé perſona, quempiam Chriſtianorum per dictos aſſaſſinos interfici fecerit, vel etiam mandaverit (quanquam mors ex hoc forſitan non ſequatur) aut eos receptaverit, vel defenderit ſeu occultaverit, excommunicationis & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat ſententias ipſo facto: & illa liberè aliis per illos (ad quos eorum collatio pertinet) conferantur: ſit etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus, tanquam Chriſtianæ religionis æmulus, à toto Chriſtiano populo perpetuò diffidatus, & poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis *a*, aliquem ſcelus tam execrabile commiſiſſe, nullatenus alia excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diffidationis adverſus eum ſententia requiratur.

### CAP. II.

*Sine pœna irregularitatis poſſunt clerici de ſuis malefactoribus conqueri coram judice ſeculari, etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna ſanguinis: expreſſè proteſtando, quòd ad pœnam ſanguinis non intendunt. h.d. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

PRælatis *b* vel clericis quibuſcunque, qui de laicis ſuis malefactoribus querelam penes ſecularem judicem deponentes, petunt emendam ſibi fieri, & provideri, ne contra eos talia de cætero præſumantur, proteſtando expreſsè quòd ad vindictam *c* ſeu pœnam ſanguinis non intendunt, imputari non debet: quamvis aliàs in tali caſu de jure debeat pœna ſanguinis irrogari, ſi judex mortem illis inferat juſtitia exigente.

Alioquin ſi prælati aut clerici propter metum hujuſmodi (quia judex ad pœnam ſanguinis poſſet *d* procedere de ſuis malefactoribus) taliter conqueri non auderent, daretur pleriſque materia trucidandi eoſdem, & ipſorum bona liberè deprædandi.

### CAP. III.

*Mandanti aliquem verberari, ſecuta mors imputatur. hoc dicit ſecundùm Zen.*

Idem.

IS, qui mandat aliquem verberari (licet expreſsè inhibeat ne occidatur ullatenus, vel membro aliquo mutiletur) irregularis efficitur, ſi mandatarius fines mandatī excedens mutilet vel occidat. Cùm mandando in culpa fuerit, & hoc evenire poſſe debuerit cogitare.

## DE VSVRIS.

### *TITVLVS V.*

### CAP. I.

*Primò innovat & obſervari præcipit Lateranenſe concilium contra uſurarios editum uſque ad ver. & quia. Vbi præcipit omnibus dominis & univerſitatibus terrarum, ne permittant alienigenas in terris ſuis conducere domos, ad exercendum fœnus, vel conductas habere, & quòd aliquis eis ad hoc domos non locet. uſque ad verſic. qui verò: Vbi imponit pœnam clericis contrafacientibus. uſque ad verſic. cæterùm. Vbi imponit pœnam laicis, & hoc facit uſque in finem. Ioan. And.*

---

a In antiq. librisita: eademq; de novo, &c. b al. decernimus. c Vid. Turrecrematam in ſumma de eccleſ. lib. 25, 31. & 36. d al. tam nefarios præſumptores.

a Vid. l. non omnes. §. à barba. ff. de re milit. b Vid. Decium conſil. 189. & Felin. in cap. afferte. extr. de præſumpt. c Præter doctores hic vide Felinum in cap. querelam. ext. de jurejurando. d alit. poſſit.

Gregorius decimus *in generali concilio Lugdunenſi.*

VSurarum voraginem (quæ animas devorat, & facultates exhaurit) compeſcere cupientes, conſtitutionem Lateranenſis *a* concilii contra uſurarios editam, ſub divinæ maledictionis interminatione præcipimus inviolabiliter obſervari. Et quia, quo minor fœneratoribus aderit fœnerandi commoditas, eò magis adimetur fœnus exercendi libertas, hac generali conſtitutione ſancimus, ut nec collegium, nec alia univerſitas, vel ſingularis perſona cujuſcunque ſit dignitatis, conditionis aut ſtatus, alienigenas & alios non oriundos de terris ipſorum, publicè fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris ſuis conducere, vel conductas habere, aut aliàs habitare permittant: ſed hujuſmodi uſurarios manifeſtos omnes intra tres menſes de terris ſuis expellant, nunquam aliquos *b* tales de cætero admiſſuri: nemo illis ad fœnus exercendum domos locet, vel ſub alio titulo quocunque concedat. Qui verò contra fecerint, ſi perſonæ fuerint eccleſiaſticæ, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ſuſpenſionis: minores verò perſonæ ſingulares, excommunicationis: ſi autem collegium, ſeu alia univerſitas, interdicti ſententiam ipſo facto ſe noverint incurſuros. Quam ſi per menſem animo ſuſtinuerint indurato, terræ ipſorum (quandiu in eis iidem uſurarii commorantur) extunc eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto. Cæterùm ſi laici fuerint, per ſuos ordinarios ab hujuſmodi exceſſu (omni ceſſante privilegio) per cenſuram eccleſiaſticam compeſcantur.

## CAP. II.

*Manifeſtis uſurariis licet mandaverint uſuras reſtitui, eccleſiaſtica ſepultura negabitur, niſi primò ſatisfiat, vel ſecundum formam hujus decreti idoneè caveatur. Sepelientes eos contra hanc conſtitutionem, Lateranen. conc. pœnam incurrunt. Teſtamenta ipſorum aliter facta non valent, nec debet eis aliquis intereſſe, vel eos abſolvere, vel ad confeſſionem admittere. h.d. Ioan. And.*

Idem *c.*

QVanquam uſurarii manifeſti de uſuris, quas receperant *d* ſatisfieri expreſſa quantitate vel indiſtinctè in ultima voluntate mandaverint: nihilominus tamen eis eccleſiaſtica ſepultura denegatur, donec de uſuris ipſis fuerit (prout patiuntur facultates eorum) plenariè ſatisfactum: vel illis quibus facienda eſt reſtitutio, ſi præſto ſint ipſi, aut aliis, qui eis poſſint acquirere, vel eis abſentibus loci ordinario, aut ejus vicesgerenti, ſive rectori parœciæ, in qua teſtator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipſa parœcia (quibus quidem ordinario, vicario, & rectori prædicto modo, cautionem hujuſmodi eorum nomine licet præſentis conſtitutionis auctoritate recipere: ita, quòd illis perinde actio acquiratur) aut ſervo publico de ipſius ordinarii mandato idoneè de reſtitutione facienda ſit cautum. Cæterùm ſi receptarum uſurarum ſit quantitas manifeſta, illam ſemper in cautione prædicta exprimi volumus: alioquin aliam recipientis cautionem hujuſmodi arbitrio moderandam: ipſe tamen ſcienter non minorem quàm veriſimiliter creditur, moderetur: & ſi ſecus fecerit, ad ſatisfactionem reſidui teneatur. Omnes autem religioſos & alios, qui manifeſtos uſurarios, contra præſentis ſanctionis formam ad eccleſiaſticam auſi fuerint admittere ſepulturam, pœnæ Lateranenſis concilii contra uſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubjacere. Nullus manifeſtorum uſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſiones admittat, ſive ipſos abſolvat: niſi de uſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo pro ſuarum viribus facultatum præſtent (ut prænotatur) idoneam cautionem.

Teſtamenta quoq; manifeſtorum uſurariorum aliter facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo jure.

# DE EXCESSIBVS PRAELATORUM, & *b* ſubditorum.

## TITVLVS VI.

## CAP. I.

*Mendicantes non poſſunt acquirere nova loca ad habitandum, vel antiqua alienare vel mutare, abſq; ſpeciali licentia Papæ, quæ de hac prohibitione faciat mentionem. In acquirentibus tamen loca pro eremitica vita ducenda, ceſſat prohibitio. h.d. Ioan. An.*

Bonifacius octavus.

CVm ex eo, quòd prædicatores, minores, & religioſi alii mendicantes, in civitatibus, caſtris, villis, aut aliis locis ad habitandum domos vel loca de novo ſuſcipiunt, ſeu olim ſuſcepta dimittunt, ſe ibidem ad alia transferentes, diverſa ſcandala quandoq; proveniant, & frequentes clamores ad ſedem Apoſtolicam proferantur. Nos ſuper hoc providere volentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis vel aliqui de prædictis, quibuſcunque ſuper hoc privilegiis muniti exiſtant (quæ ipſis contra tenorem conſtitutionis præſentis nullatenus volumus ſuffragari) in aliqua civitate, caſtro, villa, ſeu loco quocunque ad habitandum domos, vel loca quæcunque de novo recipere, ſeu hactenus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis aut cujuſvis alienationis titulo quocunque in alios transferre præſumant, abſque ſedis Apoſtolicæ licentia *c* ſpeciali, plenam & expreſſam faciente de prohibitione hujuſmodi mentionem: ſi ſecus egerint, irritum decernentes. Per hoc tamen eis, qui vitam duxerint eremiticam ſeu ſolitariam eligendi, de majorum ſuorum licentia (quin cellas, manſiones ſeu habitacula in eremo, ſive locis ubi non ſit hominum habitatio de propinquo, poſſint acquirere ac mutare) non intelligimus interdictum.

# DE PRIVILEGIIS.

## TITVLVS VII.

## CAP. I.

*Exempti vel privilegiati, ut non teneantur, niſi ſubiecto judici reſpondere, ratione delicti, contractus aut rei, ſi hæc ſunt initæ vel ſita in loco non exempto, conveniuntur coram ordinario: ſed ratione domicilii non.*

Innocentius quartus *In concilio generali Lugdunenſi.*

VOlentes *a* libertatem (quam nonnullis Apoſtolica ſedes privilegio exemptionis indulſit) ſic integram obſervari, ut & illam alii non infringant, & ipſi ejus limites non excedant *e*: declaratione irrefragabili definimus, quòd quantumcunque ſic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti ſive contractus, aut rei, de qua contra ipſos

a *Lateranenſe concil. ſub Alexand. III. c. 25.* b *alit. alios.* c *al. ita: Idem in eodem.* d *Supple cum effectu, ideò ſit cautus, dicunt Ioan. Andr. Domin. advocatus, ne in iſto caſu ſimpliciter formet articulum, quòd mutuavit ad uſuras, quia de mutuantibus tantùm niſi probentur recepiſſe, textus non loquitur. faciunt nota. in ſimili ſupr. tit. 21. cap. 1. & promiſſio de dando non concludit dationem. 1. q. 1. 8. eos. Font.*

a *al. ſatisfactione.* b *Hæc duo verba, & ſubditorum deſunt in antiq. codicib. & in recentioribus magis emendatis.* c *Per hoc excluditur hic legatus de latere. Phil. Fen.* d *Vid. Conc. Trid. ſeſſ. de refor. c. 14. ubi hæc decretalis innovatur.* e *Privilegiatus non debet excedere metas privilegior. ſup. eod. ſané. & c. porrò.* f *al. ita: quod quantacunq; &c.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſos agitur, ritè poſſunt coram locorum ordinariis conveniri, & ibi *a*, quoad hoc, ſuam in ipſos juriſdictionem (prout jus exigit) exercere. Nunquid ergo carent omnino in his commodo libertatis? non utique, quia nec coram ordinariis ipſis, dummodo ſit in loco exempto commiſſum delictum, vel contractus initus, aut res litigioſa, nec ubi domicilium habent ſi alibi delinquant vel contrahant, aut res ipſa conſiſtat, conveniri poſſunt aliquatenus ſuper iſtis: nec domiciliorum prætextu locorum diœceſani (ſi ubi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipſa conſiſtit, illi conveniantur) remittendi eos illuc, vel ipſis ut illic reſpondeant, injungendi habeant aliquam poteſtatem: ſalvis nihilominus caſibus aliis, in quibus eos Epiſcoporum juriſdictioni ſubeſſe canonica præcipiunt inſtituta. Et idipſum decernimus circa illos, quibus ut non niſi ſub uno certo judice teneantur de ſe conquerentibus reſpondere Apoſtolico privilegio eſt conceſſum.

*Monaſterio privilegiato ut ejus Monachi à quocunque interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, ceſſat in illis ordinariorum juriſdictio quoad illa: niſi illi Monachi mitterentur ad prioratus ſubjectos ordinariis: quia tunc etiam licet utrobique ſint Monachi, ordinarii etiam quoad prædicta illos judicant, quamdiu ibi manent. hoc dicit.*

In eos *b* autem, quibus ne interdici, ſuſpendi vel excommunicari à quoquam valeant, à ſede Apoſtolica eſt indultum (ſicut ſunt religioſi quamplures) in quorum privilegiis continetur, ne quiſquam Epiſcopus vel Archiepiſcopus monaſteriorum ſuorum Monachos pro illa cauſa ullòve loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat, iidem ordinarii juriſdictionem ſuam quantum ad iſta ubicunque illi fuerint, penitus exercere non poſſint. Niſi forſan ipſi Monachi ad monaſteriorum ſuorum prioratus ordinariis eiſdem ſubjectos (ut vel gerant eorum *c* regimen, vel in eis tanquam proprii locorum ipſorum Monachi reſideant) fuerint deſtinati: tunc enim etſi liberè poſſint ad eadem monaſteria revocari, ac tam illorum, quàm ipſorum prioratuum Monachi reputentur (cùm non ſit inconveniens aliquem *d* utrobique locum habere monachicum *e*) unum alteri ſubeſſe monaſterio, vel ab ipſo noſcitur dependere, ratione tamen eorundem prioratuum dicti ordinarii ſua juriſdictione in ipſis etiam quoad præmiſſa (quandiu morantur in illis) licitè uti poſſunt.

## CAP. II.

*Curia Romana habet ſtudium generale, & ejus privilegia. h. d. Ioannes Andr.*

Idem.

CVm de diverſis mundi partibus multi confluant ad ſedem Apoſtolicam quaſi matrem: nos ad communem tam ipſorum, quàm aliorum omnium commodum & profectum paterna ſolicitudine intendentes (ut ſit eis mora hujuſmodi fructuoſa) providimus, quòd ibidem de cætero regatur, & vigeat ſtudium juris divini & humani, canonici videlicet & civilis. Vnde volumus & ſtatuimus, ut ſtudentes in ſcholis ipſis penes ſedem eandem talibus privilegiis omninò, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent ſtudentes in ſcholis ubi generale regitur ſtudium, ac recipiant integrè proventus *f* ſuos eccleſiaſticos ſicut illi.

## CAP. III.

*Docet quomodo intelligatur privilegium quod habent quidam Abbates de populo benedicendo, & quibus poſſint Abbates conferre tonſuram. Ioan. Ad.*

Alexander IV. *a*

ABbates, quos Apoſtolica ſedes in exhibitione benedictionis ſuper populum ſpeciali privilegio inſignivit, in eccleſiis, quæ ad eos pertinent pleno jure, quando in eis divina officia celebrant, poſſunt poſt miſſarum ſolennia, & veſpertinas ac matutinas laudes, benedictionem ſolennem ſuper populum elargiri. Alibi autem publicè aut per vias, civitates, caſtra & villas, populis, & plebibus benedictionem facere vel impartiri non valeant. Niſi hoc eis expreſſo *b* Apoſtolico privilegio ſit conceſſum. Nec eis *c* licitum ſit aliis, quàm monaſteriorum ſuorum converſis, & qui ad illa convolaverint, & in quos eccleſiaſticam & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonſuram. Niſi eis id competat ex pleno præfatæ ſedis indulto.

## CAP. IV.

*Exempti in locis non exemptis oratoria vel capellas ſine diœceſanorum licentia conſtruere non poſſunt, nec in exemptis ſine licentia Papæ. Nec poſſunt exempti aſſumere cauſas proprias ſuorum liberorum hominum in ſe: etiam ſi illi ſint ſui cenſuales. Ioannes Andreas.*

Idem.

AVctoritate ſedis Apoſtolicæ de fratrum noſtrorum conſilio ſtatuimus, quòd oratoria vel capellas, in locis non exemptis ſine diœceſanorum locorum ipſorum licentia exempti conſtruere non præſumant: neque in ſic conſtructis, nec tempore interdicti (caſibus expreſſis in jure duntaxat exceptis) celebrent vel faciant celebrari divina. Quòd ſi talia præſumpſerint, ab his per locorum ipſorum ordinarios compeſcantur. Et ſi quas propter hoc exemptorum ipſorum conſervatores in eos ſententias protulerint, illas penitus revocamus. Inhibemus inſuper, ne in locis etiam exemptis hoc ipſi exempti facere audeant, niſi ſuper his licentiam vel privilegium habeant ſedis Apoſtolicæ ſpeciale. Cauſas quoque ſive lites proprias ſuorum hominum liberorum, quæ videlicet tantùm ad ipſos homines pertinent, iidem exempti ſuo nomine, ſive ut actores, ſive ut defenſores, aliquatenus non aſſumant. Etiam ſi ſint ipſis dicti homines cenſuales: cùm id nequaquam licitum ſit eiſdem.

## CAP. V.

*Privilegium Papæ, quòd quis excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſit, non extenditur ad ſententias ordinariorum: niſi tale privilegium ſit conceſſum Regibus, Reginis, vel ipſorum filiis, vel religioſo loco, vel ordini. h. d. Ioan. And.*

Clemens IV.

NE aliqui de indultis Apoſtolicis confidentes, alios confidentius in ſuo jure moleſtent, & ordinariorum juriſdictionem contemnant pariter & eludant: Omnes indulgentias & privilegia, quibuſcunque ſingularibus perſonis eccleſiaſticis vel ſecularibus, cujuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis aut ſtatus, quòd interdici à quocunque, vel excommunicari non poſſint, nec terræ vel eccleſiæ ipſorum, eccleſiaſtico interdicto ſupponi, ſub quacunque forma verborum conceſſa, (illis per quæ Regibus & Reginis eorumque filiis, necnon & religioſis quibuſcunque non perſonarum tantùm, ſed ordinum privilegiatorum vel locorum ratione, in hoc immunitas hujuſmodi conceditur, duntaxat exceptis) de fratrum noſtrorum conſilio ad ordinariorum ſententias & proceſſus edicto perpetuo prohibemus extendi.

## CAP. VI.

*Inferiores prælati, quibus per privilegium conceditur uſus mitræ, ſi ſunt exempti in provincialibus & Epiſcopalibus conciliis, uti poſſunt mitris aurifriſiatis, non habentibus laminas aut gemmas.*

---

a *al. ita: & illi quoad hæc.* b *De intellectu vide Decium in cap. tuarum. nu. 49. ext. de privileg.* c *al. illorum.* d *al. ita: aliquem ſic utrobique, &c.* e *aliàs. Monachum.* f *Vid. Concil. Trident. ſeſſ. 3. de refor. c. 1. in fin.*

a *In manuſcriptis ita: Alex. III.* b *al. expreſſè.* c *Vid. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de refor. c. 10.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Et ſi non ſunt exempti, albis & planis utantur: aliis locis utantur, ut indulta permittunt.*

Idem.

VT Apoſtolicæ ſedis benignitas (quæ nonnullis Abbatibus *a*, aliisque prælatis, quibus non competit ex propria dignitate, conceſſit in eccleſiarum ſuarum gloriam & honorem, quòd mitra *b* & aliis Pontificalibus uti poſſint) provideat ne inde ſcandala oriantur, ſic tamen, quòd ipſi privilegiati ſuorum privilegiorum non fruſtrentur effectu, & ex majoritate ac decore majori ornatuum, majoritas appareat dignitatum. De fratrum noſtrorum conſilio præſenti decreto ſtatuimus, ut Abbates & alii, quibus mitræ uſus eſt ab eadem ſede conceſſus, exempti quidem in provincialibus conciliis, & Epiſcopalibus ſynodis (quibus nonnulli eorum intereſſe tenentur) mitris tantummodo aurifriſiatis (non tamen aureas vel argenteas laminas, aut gemmas habentibus) uti poſſit: Non exempti verò ſimplicibus, & albis ac planis utantur. In aliis verò locis exemptis, & non exemptis, mitris liceat illis uti, prout conceſſa eis ab eadem ſede indulta permittunt.

CAP. VII.

*In prima parte demonſtrat, quid juris, cùm quis ſolo privilegio ſe dicis exemptum. In ſecunda, ibi, ſi autem, quid juris cùm ſuper hoc præſcriptionem allegat. In tertia, ibi, quòd ſi tales, quid juris, cùm allegat utrunq;. Ioan. And.*

Bonifacius octavus.

CVm *c* perſonæ eccleſiaſticæ tam religioſæ, quàm ſeculares plura præſumunt, quæ ipſis infamiam pariunt, & aliis inferunt læſionem, prætextu exemptionis vel libertatis, quam aſſerunt ſe habere: ordinariorum correctiones & ordinationes ſubterfugientes, ac eorum forum ſive judicium declinantes: Nos volentes ſuper hoc de ſalubri remedio providere, ſtatuimus ut ii, qui ſe aſſerunt per privilegia ſeu indulgentias Apoſtolicæ ſedis exemptos, à locorum ordinariis *d* requiſiti, hujuſmodi privilegia vel indulgentias (quibus ſe dicunt fore munitos) ipſis ordinariis in loco congruo & ſecuro, aut aliquibus prudentibus viris omni ſuſpicione carentibus, ad hoc per dictos ordinarios deputatis, intra terminum competentem, pro facti qualitate, ipſorum ordinariorum, vel delegatorum ſuorum arbitrio moderandum, juſto impedimento ceſſante oſtendere, ac ad legendum integraliter *e*, exhibere: necnon de articulis, de quibus controverſia fuerit, tranſcriptum tradere teneantur. Si autem ad fundandam intentionem ſuam ſuper hujuſmodi libertate ſolummodo præſcriptionem canonicam duxerint opponendam: eiſdem ordinariis vel delegatis ab eis viris prudentibus non ſuſpectis, de præſcriptione hujuſmodi facere debent fidem. Quòd ſi tales privilegio & præſcriptione aſſerant ſe munitos: privilegium quidem ipſum exhibeant, ut in primo hujuſmodi conſtitutionis articulo ſuperius eſt expreſſum. Et ſi privilegium exhibitum non ad plenum per ſe ſufficiat ad exemptionem ſeu libertatem hujuſmodi comprobandam, ſed tale eſt, quòd ſaltem cauſam præbeat præſcribendi: coram perſonis prædictis annorum XL. præſcriptionem teneantur probare, præſcriptionisque probatione pendente, licet ordinariorum intentio de jure communi fundetur, tamen quia de privilegio (quod ſaltem cauſam præſcribēdi præbet) faciunt fidem, in libertatis vel exemptionis poſſeſſione, non violenta, non clandeſtina, nec conceſſa precariò, de qua fidem coram eiſdem fecerint, non turbentur: ſi verò privilegium per ſe ſufficiens, quando ſolo privilegio ſe defendunt, vel ſaltem tale, quod præſcriptioni canonicæ cauſam præſtet, cùm præſcriptionem allegant, non exhibuerint, ut eſt dictum (cùm de jure communi ordinariorum intentio ſit fundata) ſua juriſdictione uti poſſint in eoſdem libere: donec de præſcriptione canonica (ut præmiſſum eſt) fecerint plenam fidem.

CAP. VIII.

*Interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ regularibus vel ſecularibus (quamvis exemptis) qui ſcienter celebrant vel celebrari faciunt divina in civitatibus vel locis interdictis: niſi ſecundum permiſſionem juris: vel qui excommunicatos vel interdictos publicè ad divina officia, ſacramenta vel ſepulturam admittunt. hoc dicit, Ioannes Andreas.*

Idem.

EPiſcoporum *a* & aliorum prælatorum querelis frequentibus & querulosis clamoribus excitati, præſenti decreto duximus ſtatuendum, ne aliqui ſeculares aut regulares, quantumcunque exemptionis ſeu libertatis ſedis Apoſtolicæ privilegiis communiti, cujuſcunq; ordinis, religionis, ſtatus vel conditionis exiſtant, ſcienter celebrent vel faciant celebrari divina in civitatibus *b*, caſtris, villis (niſi quatenus eis à jure conceditur) ſeu locis aliis interdictis ab ordinariis ſive delegatis judicibus vel à jure: aut excommunicatos publicè vel interdictos ad divina officia ſeu eccleſiaſtica ſacramenta, vel eccleſiaſticam ſepulturam admittant. Qui verò contrà præſumpſerint (præter alias pœnas à jure ſtatutas) ingreſſum eccleſiæ ſibi noverint interdictum: donec de tranſgreſſione hujuſmodi ad arbitrium ejus, cujus ſententiam contempſerint *c*, ſatisfecerint competenter.

CAP. IX.

*Primò ponit quando eximitur eccleſia, quid importet. Secundò, quando ipſius canonici. Tertiò, quando clerici. Et ſic ordinatè declarat in qualibet partium affirmativè & negativè loquendo, ſecundùm Ioan. And.*

Idem.

PEr *d* exemptionem eccleſiæ conceſſam, ipſa eccleſia & ipſius Monachi vel Canonici, clericiet iam & converſi, perpetuoque oblati (non autem eccleſiæ ejuſdem Presbyter, qui parœcianorum curam habet, quoad ea, quæ ad curam eandem pertinent, nec ipſi parœciani etiam) intelliguntur exempti. Verùm ſi canonici alicujus eccleſiæ eximantur, ipſi ſoli canonici, non autem eccleſia vel alii ejus clerici, ſunt exempti. Si autem clerici cujuſvis eccleſiæ eximantur, tunc tam canonici, quàm alii clerici eximuntur, non tamen eccleſia: niſi aliud in exemptionis privilegio exprimatur.

CAP. X.

*Formas privilegiorum ponit hæc decretalis: quarum quædam exemptionem conferunt, quædam non. Ioan. And.*

Idem.

SI Papa in aliquo privilegio vel ſcriptura non faſſa principaliter ſuper donatione *e* vel ſententia exemptionis ſeu libertatis, aliquam eccleſiam ad jus & proprietatem Romanæ eccleſiæ pertinere, vel conſimilia verba narret: non propterea illius eccleſiæ exemptio eſt probata, niſi de libertate aliter doceatur. Si autem eccleſiæ vel monaſterio exemptionis privilegium concedendo, vel ſuper ipſius exemptiones ſententiando (cùm de ipſius exemptionis negotio ageretur) aſſerat ipſam eccleſiam

a *Abbates an dicantur eſſe prælati, vide Gemnianum in cap. præſenti de offi. ord. lib.6.* b *Vid. Barbat. in cap. volentes. extr. de off. deleg.* c *Vid. Antonium Capycium deciſione Neapolit. 209.* d *Supplent Dom. & Phil. ſeu alii, quorum juriſdictio fundata eſt jure communi, aut ſtatuto, privilegio, notoriis: quia notorium facti, ut latè Anchar. operatur idem quod notorium juris. Font.* e *Vide Bart. in rubr. ff. de novi ope. nun. & l. prætor. ff. de eden. Font.*

a *Vid. Clement. ex frequentibus. de ſentent. excommun. & latè Felinum in Ladernum conſi. 4. tit. de ſentent. excommun.* b *Civitatis appellatione quid veniat [illegible] à nobis. extr. de exceptio.* c *alias vide per Felinum in ca. Rodolphus extr. de reſcript.* c *contempſerint.* d *Præter doctores hic vide Decium conſil. 31. 2. 4. datione.*

eccleſiam fore exemptam: aut eam juris beati Petri exiſtere: ſive ad jus & proprietatem Romanæ eccleſiæ, vel ad Romanam eccleſiam ſpecialiter, aut ſine medio, vel etiam ſimpliciter pertinere: per hoc plenè debet exempta hujuſmodi eccleſia judicari. Cùm enim jure communi omnes eccleſiæ per orbem diffuſæ ad Romanam eccleſiam pertineant, ſi id alicui concedatur eccleſiæ, vel de ea per ſententiam judicetur, ex hoc ipſius comprobatur exemptio: ut privilegii nihil aliàs allatura conceſſio ei, cui conceditur, & ſententia nullum aliter datura ſubſidium eccleſiæ (pro qua fertur) prærogativam (cùm verba aliquid operari debeant) conferat gratiæ ſpecialis. Et eſt idem, ſi privilegium contineat, vel ipſe Papa per modum exprimat ſupraſcriptum, quòd eccleſia ſit libera: ſeu quòd potiatur Romanæ eccleſiæ libertate: vel quòd in hoc prærogativa gaudeat ſpeciali: aut ſi dicat indefinitivè, quòd eccleſiæ Romanæ annuum cenſum ſolvat, ad perceptæ indicium libertatis: ſive quòd ipſam eccleſiam eximit ab ordinarii *a* poteſtate: vel quòd non audeat illic Epiſcopus cathedram collocare, aut impetendi (ſeu ordinationem quamvis leviſſimam faciendi) exercere aliquam poteſtatem. Similiter ſi aliqui recipiuntur in proprios & ſpeciales ſubjectos, cenſentur exempti. Non ſic ſi in proprios & ſpeciales filios Romanæ eccleſiæ ſint ſuſcepti: tales quippe exempti propterea non exiſtunt. Si verò dicatur ſimpliciter, quòd aliqua eccleſia Romanæ eccleſiæ annuum cenſum ſolvat: non propter hoc exempta eccleſia dici debet. Idem dicimus ſi circa aliqua per privilegium concedatur libertas, & clauſula de cenſu annuo perſolvendo ſequatur: ut ſi aliquibus quòd ab alio, quàm à Papa ſeu ejus legato excommunicari, ſuſpendi aut interdici non poſſint, vel aliquid aliud ſpecialiter à ſede Apoſtolica ſit indultum: vel etiam dicatur, quòd in ſpeciales Romanæ eccleſiæ filios ſint aſſumpti, & ſequatur in privilegio, quòd eccleſiæ Romanæ ad indicium *b* libertatis perceptæ annuum cenſum ſolvant. His enim & conſimilibus caſibus ſic *c* in certis privilegiati articulis, ordinariorum jurisdictioni quantum ad alia ſunt ſubjecti. Licet autem ſic diverſos privilegiorum, quibus eccleſiæ ac monaſteria eximuntur, ſenſus ad litium materiam amputandam duxerimus deſignandos: per hoc tamen aliis exemptionum (ſi reperiantur) ſeu aliarum libertatum modis vel eorum effectibus nolumus aliquatenus derogari.

CAP. XI.

*Privilegiati ut tempore interdicti poſſint celebrare divina clauſis januis, alios etiam extraneos admittere non poſſunt. Et ſi fuerit ſingularis perſona ſuper hoc privilegiata, familiares ſuos admittit: ſic in familia conventus taliter privilegiati. Hoc privilegio non gaudet ille, cujus culpa ponitur interdictum. h. d. Dominicus.*

Idem.

Licet *d* vobis conceſſum exiſtat, ut interdicti tempore januis clauſis, excommunicatis & interdictis excluſis, voce ſubmiſſa divina celebrare poſſitis: ad ea tamen aliquos etiam ſi aliunde venerint (niſi ſuper hoc privilegiati exiſtant) recipere nulla ratione debetis. Cùm conceditur ſingulari perſonæ, ut modo præmiſſo tempore interdicti celebrare valeat, vel audire divina: ejus familiares domeſtici ad audiendum cum ea, & celebrandum ſibi divinum officium, licitè admittuntur. Non ſic autem in familiaribus alicujus conventus, ſeu collegii eſt cenſendum: illi enim niſi privilegiati fuerint, admitti non debent. Hujuſmodi quoque conceſſione gaudere non poteſt is, cujus cauſa ſeu culpa, dolo vel fraude, fuit *a* ſententia interdicti prolata, ſeu qui ad perpetrandum delictum, cujus occaſione lata extitit, præbuit conſilium, auxilium, vel favorem.

CAP. XII.

*Epiſcopi cum altari viatico celebrare poſſunt, & ſibi facere celebrari: ita tamen, quòd non violent interdictum. hoc dicit. Ioan. And.*

Idem.

Quoniam Epiſcopi *b* eorumque ſuperiores ſe habent diverſis ex cauſis à ſuis eccleſiis & diœceſibus abſentare frequenter, nec ſemper poſſunt commodè ad eccleſias accedere pro miſſa celebranda vel audienda in ipſis, ſine qua eos tranſire non decet abſque cauſa rationabili ullam *c* diem: præſenti conſtitutione indulgemus eiſdem, ut altare poſſint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari ubicunque abſque interdicti tranſgreſſione illis permittitur celebrare vel audire divina.

## DE INIVRIIS, ET DAMNO DATO.

### TITVLVS VIII.

CAP. VNIC.

*Repreſſaliæ contra perſonas eccleſiaſticas concedi, vel conceſſæ extendi non debent. contrà facientes (niſi revocent intra menſem) ſingulares ſunt excommunicati, univerſitates interdictæ. Ioan. And.*

Gregorius X. *in concilio generali Lugdunenſi.*

Etſi pignorationes, quas vulgaris elocutio *d* repræſalias nominat, in quibus alius pro alio prægravatur, tanquam graves legibus, & æquitati naturali contrariæ, civili ſint conſtitutione prohibitæ. Vt tamen earum prohibitio in perſonis eccleſiaſticis tantò amplius timeatur, quantò in illis ſpecialius inhibentur, eas concedi contra perſonas prædictas, ſeu bona ipſorum *e*, aut quantumcunque generaliter prætextu cujuſvis conſuetudinis (quam potius reputamus abuſum fore) conceſſas, ad illas extendi præſenti decreto diſtrictius inhibemus. Illi autem, qui contrà fecerint, adverſus perſonas eaſdem pignorationes, ſeu repræſalias concedendo, vel extendendo ad eas (niſi præſumptionis vel extenſionis tempore intra menſem) ſi perſonæ ſingulares fuerint, ſententiam excommunicationis incurrant: ſi verò univerſitas, eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto.

## DE POENIS.

### TITVLVS IX.

CAP. I.

*De veteri jure poterit Archiepiſcopus, cùm in provincia ſua juriſdictionem ſuam exequitur, punire notorios injuriantes, ſibi, nuncius, & familiæ ſuæ, ſi per id ſua juriſdictio impeditur: aliàs non, niſi conſuetudo amplius tribuat: ſed hodie tales injurias tunc punit, etiamſi juriſdictionem non impediant. h. d.*

Innocentius IV.

Romana *f* eccleſia: & infrà. Licet autem Remen. Archiepiſcopo ſuam Provinciam viſitanti, reos, qui tunc ſibi, vel ſuæ familiæ, aut aliis, quos propter hoc per eandem provinciam dirigit, & etiam

a *Al. ordinaria.* b *Alias, judicium.* c *Al. ita: ſic in certis privilegiati articulis. al. ita: ſic inſertis privilegiati articulis, &c.* d *de materia vide latiſſimè in c. almæ mater. infrà de ſent. excom.*

a *Al. fuerit.* b *Et an appellatione Epiſcopi veniat electus, vide Felin. in cap. eam te. de reſcript. verſ. tertiò reſtringitur.* c *al. ita: nulla die.* d *Vide l. librorum. §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. Bart. in l. Labeo. ff. de ſup. le.* e *al. ipſarum.* f *Vid. Alex. conſ. 135. l. 1. incip. circa primum dubium, unde intelliges quando quis poſſit eſſe judex in propria cauſa.*

quando concilium convocat, eos, qui nunciis ſuis, quos pro illo vel aliàs per Provinciam ipſam ſua debita juriſdictione utendo tranſmittit, injuriari præſumunt: ſi hac occaſione ſua in his impediatur juriſdictio, pro injuria hujuſmodi (dummodo exiſtat notoria) propria auctoritate punire, niſi amplius ei de Remenſis eccleſiæ conſuetudine competere dignoſcatur. Sibi etiam & metropolitanis aliis in ſuis provinciis (dum ſic in illis juriſdictionem exercent) puniendi manifeſtas & notorias offenſas, tunc eiſdem illatas vel ſuis (etiamſi exinde impediri juriſdictionem hujuſmodi non contingat) libera ſit de noſtra ſpeciali conceſſione facultas.

## CAP. II.

*Docet hac Decretalis, quibus aſſiſtentibus fieri debeat degradatio, de quibus veſtibus, ornamentis, libris & inſtrumentis in degradatione fiat expoliatio, & quibus verbis utatur ipſe degradans. Ioan. And.*

Bonifacius VIII. *Biteren. Epiſcopo.*

DEgradatio *a* qualiter fieri debeat, à nobis tua fraternitas requiſivit. Super quo tibi taliter reſpondemus, quòd verbalis degradatio ſeu depoſitio ab ordinibus vel gradibus eccleſiaſticis eſt à proprio Epiſcopo ſibi aſſiſtente, in degradatione clericorum in ſacris conſtitutorum ordinibus, certo Epiſcoporum numero, definito canonibus, facienda: quanquam proprii Epiſcopi ſententia ſine aliorum Epiſcoporum præſentia ſufficiat in degradatione eorum, qui minores duntaxat ordines receperunt. Actualis verò ſive ſolennis cœleſtis militiæ militis, id eſt clerici degradatio (cùm ad eam fuerit procedendum) fiet, ut exauctorizatio ejus, qui militiæ deſeruit armatæ, cui militaria detrahuntur inſignia, ſicque à militia remotus caſtris ejicitur, privatus conſortio & privilegio militari. Clericus igitur degradandus veſtibus ſacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud inſtrumentum ſeu ornamentum ad ordinem ſuum ſpectans, ac ſi deberet in officio ſuo ſolenniter miniſtrare, ad Epiſcopi præſentiam adducatur: cui Epiſcopus publicè ſingula, ſive ſint veſtes, calix, liber, ſeu quævis alia, quæ illi juxta morem ordinandorum clericorum, in ſua ordinatione ab Epiſcopo fuerint *b* tradita, ſeu collata, ſingulariter auferat, ab illo veſtimento ſeu ornamento, quod datum vel traditum fuerat ultimo inchoando, & deſcendendo gradatim degradationem continuet uſque ad primam veſtem, quæ datur *c* in collatione tonſuræ, tuncque radatur caput illius ſeu tondeatur, ne tonſuræ ſeu clericatus veſtigium remaneat in eodem. Poterit autem Epiſcopus in degradatione hujuſmodi uti verbis aliquibus ad terrorem, illis oppoſitis, quæ in collatione ordinum ſunt prolata, dicendo Presbytero hæc vel ſimilia verba in remotione planetæ: Auferimus tibi veſtem ſacerdotalem, & te honore ſacerdotali privamus: ſicque in remotione reliquorum inſignium ſimilibus verbis utens in ablatione ultimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infrà ſcripto, vel alio ſimili modo pronunciet ſive dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti, ac noſtra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, ſpoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio & privilegio clericali.

## CAP. III.

*Quamvis inventio carceris fuit ad cuſtodiam: tamen poteſt quis puniri pœna carceris perpetuò & ad tempus. Io. And.*

Idem.

QVamvis *d* ad reorum cuſtodiam non ad pœnam carcer ſpecialiter deputatus eſſe noſcatur: Nos tamen non improbamus, ſeu convictos (eorum cauſis & perſonis, cæteriſque circumſtantiis provida deliberatione penſatis) in perpetuum vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipes ad pœnitentiam peragendam.

## CAP. IV.

*Pœna alicui impoſita, & ejus poſteris, non extenditur ad poſteros linea fœminea: niſi aliud in jure, vel ſententia ſit expreſſum. h.d. Zen.*

Idem.

VBicunque *a* alicui & ejus filiis ſeu poſteris uſque in certam generationem pœna imponitur ab homine vel à jure, pœna ipſa eos tantùm afficit, qui per maſculinam, non per fœmininam lineam deſcendere dignoſcuntur. Niſi aliud in jure vel ſententia ſit expreſſum.

## CAP. V.

*Primò punit inſequentes, percutientes, aut capientes Cardinales, & ejus criminis ſocios. Secundò, eorum filios & nepotes. Tertiò, ipſis inſectatoribus pœnam addit. Quartò, quam ſatisfactionem cùm abſolventur, facere debeant: & quid per abſolutionem conſequantur. Quintò, de nudis conſiliariis, vel ſimpliciter faventibus huic crimini. Sextò ad collaterales permutit pœnas extendi. Septimò, ponit de inſequentibus clericis vel religioſis familiares Papæ vel Cardinalium. Octavò, ponit de ... Cardinales. Nonò, dicit poteſtates ſeculares nihilominus pœnis legalibus contra tales uti debere, & hanc conſtitutionem etiam ſuam obſervari: & contrafacientibus pœnam imponit. Io. And.*

Idem.

FElicis recordationis Honorii Papæ tertii, prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, quibuſdam additis detractis de communi fratrum noſtrorum conſilio, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ut ſi quis deinceps in hoc ſacrilegii genus irrepſerit, quod ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit, aut ceperit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, aut conſilium *b* dederit vel favorem, aut poſtea receptaverit vel defenſaverit ſciens eundem: ſic ut reus criminis læſæ majeſtatis perpetuò ſit infamis, diffidatus *c* nihilominus & bannitus, ſit inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad aliquem ... cujus bona ex teſtamento vel ab inteſtato vocetur: quatenus ab omni ſucceſſione repulſus, publicaque repulſa confuſus minus inveniat ſuæ malitiæ ſucceſſorem: fiant *d* habitationes ejus deſertæ, & ut non ſit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam, & ut perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur: nullus ei debita reddere, nullus reſpondere in judicio teneatur: quicquid etiam in bonis invenitur, ipſius fiſci, vel reipublicæ dominio applicetur, ut ex illis nil tranſmittat ad poſteros, ſed potius cum ipſo quodammodo damnentur & ſua. Si qua verò feuda, locationes, officium vel beneficium ſpirituale vel temporale ab aliquibus eccleſiis obtinet, ſit eis ipſo jure privatus, quæ ſic libere ad eccleſias revertantur, quòd eccleſiarum rectores de ipſis pro ſua voluntate diſponant. Quòd ſi quis prædictorum filium vel filios habeat, nepotem, vel nepotes per rectam lineam deſcendentes, beneficiatum ſeu beneficiatos quovis beneficio (etiamſi pontificalem adeptus vel adepti fuerint dignitatem) ſint eis ipſo jure privati: ſpe promotionis omninò ſublata. Nulli pr...

a *Qualiter hodie fieri poſſit degradatio, vide conc. Trid. ſeſſ. 13. de reform. c. 4. adde citatos in c. 1. ſup. de hæret. eod. lib.* b *al. fuerunt.* c *al. traditur.* d *Vide Io. Ananiam in c. à nobis de apoſta. & Fel. in c. cum ſit. de for. compet.*

a *Præter Doctores hic vide aliqua per Decium in c. ... de Iudic.* b *Vide Decium in c. 1. de off. delegati.* c *Diffidare & bannire quid ſignificet, docuit Angelus de Peruſio ... Geminianus in c. 1. de homic. l. 6. & Petrus Godofredus in ... ſaros. c. de hær.* d *Pſalm. 62.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

verò talium filiorum atque nepotum ex virili ſexu deſcendentium ab eisdem, alicujus aperiatur janua dignitatis, aut honoris eccleſiaſtici vel mundani, ſeu ad alicujus loci regimen ſit aſcenſus: ſit eis poſtulandi negata facultas, ſit notoriè *a* judicatus, & quodlibet aliud officium ſeu miniſterium publicum interdictum: in judiciis eorum aſſertio contra quenquam nihil fidei, nihil credulitatis inveniat, ut ad teſtimonium prorſus reddantur indigni: ſit eis ad ordines aſcenſus inhibitus, ſit ad beneficium vel officium eccleſiaſticum denegatus acceſſus *b*, & (ut magis famoſa ſit eorum infamia) ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur eisdem ſuper aliquo præmiſſorum, omni *c* ſpe diſpenſationis adempta. Præſenti nihilominus adjicimus ſanctioni, ut ex inſecutione prædicta, ſicut ex injectione manuum violenta, ipſo facto excommunicationis ſententiam quis incurrat, & tam inſecutor, quàm alii ſuprà diſtincti mali participes, quamdiu in ſua contumacia perduraverint, ſingulis diebus dominicis & feſtivis pulſatis campanis, & candelis accenſis, per omnes illius loci eccleſias, in quo tantum facinus fuerit attentatum, necnon civitatum & diœceſum vicinarum *d* excommunicati publicè denuncientur *e*: nec ab alio, quàm à Romano Pontifice poſſint abſolutionis beneficium obtinere, niſi duntaxat in mortis *f* articulo conſtituti.

Quum autem fuerint abſolvendi: primò ſufficienter & idoneè caveant, quòd inferendæ pœnæ parebunt, & auctore Domino pœnitentiam peragent injungendam: deinde per omnes illius loci eccleſias principales, viciniorumque locorum, diebus dominicis & ſolennibus incedant nudi coram populo, femoralia tantùm habentes, & ſcuticas deferentes in manibus; cum quibus per easdem eccleſias publicè fuſtigentur: ituri poſtmodum ultra mare, & ibidem acturi pœnitentiam per tres annos ad minus, nec exinde poſtmodum reverſuri abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Verùm cùm talis gratiam reconciliationis meruerit (beneficio abſolutionis obtento) indulgeatur ei licentia, ut ſuam & ſuorum injuriam proſequatur: & debitorum illorum, quæ contracta fuerint *g*, & poſtmodum acquiſitis repetitio non negetur. Illud autem non duximus omittendum, quòd ſi quis fuerit in præmiſſis modo conſilio aut ſimplici favore culpabilis, judex in talem pœnam metiatur ex culpa: ut ſecundùm quod exceſſus exegerit, vindicta procedat. Cæterum, quia dignum eſt, ut nefandi ratione flagitii ultionis ſeveritas amplius extendatur, & propter enormitatem culpæ plagarum modus exuberet, nec pœnis ſolitis contentetur: ſtatuimus, ut ad collaterales fratres, videlicet nepotes, & pronepotes talium poſſit extendere pœnas in hujuſmodi noſtra conſtitutione contentas, circumſpectio Romani Pontificis, prout circumſtantiæ rationabiles ſuadebunt.

Præmiſſis etiam dignum cenſuimus annectendum: ut ſi quiſquam aliquo prædictorum exceſſuum, quenquam de clericis vel religioſis noſtræ familiæ, vel cardinalium afficere fortè præſumpſerit, proportionetur pœna delicto: ita quòd vindicta ex æquo exceſſui reſpondeat, ne ab offenſa noſtrorum cohibeantur deinceps auſu temerariæ formidine ultionis, quas Dei vel noſtra ſeu fratrum noſtrorum reverentia non coërcet. Si quis verò per ſe vel per alium occiderit cardinalem (quod abſit) vel dederit cauſam mortis: ultra quàm præmiſſa contineant, ſic in eum poteſtas jurisdictionis inſurgat, ſic rigor ultionis inſiliat, quòd contra vitæ ſubſidium mortis ſolatium invocet, vivens pœnæ non culpæ, vindictæ ſpeculum non offenſæ. Per hoc quoque ſecularibus poteſtatibus non adimimus facultatem utendi legibus contra tales, quas adverſus ſacrilegos catholici Principes ediderunt. quis enim locus regiminis poterit eſſe tutus, quis rector ſecuritate gaudebit, ſi Romana eccleſia (quæ omnium eccleſiarum diſponente Domino caput eſt & magiſtra) caſibus iſtis ſubjicitur? ſi ejus filii ſpeciales hujuſmodi periculis exponuntur? Quem eccleſiæ filium, quem fidei zelatorem contumelia tanta non tangeret, & confuſio tam aſpera non moveret? Porrò ſi filius eſt, dolebit: ſi fidelis, matre fidei læſa lædetur. Quapropter ſi Princeps, ſenator, conſul, poteſtas, vel alius dominus ſive rector contra præſumptores prædictos præſentis conſtitutionis tenorem non fecerit obſervari: tàm ipſe, quàm officiales ipſius infra menſem (poſtquam res ad notitiam eorum pervenerit) eoipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Civitas verò quævis alia, præter urbem, quæ talia facienti vel facientibus ſeu præſumentibus, in his conſilium vel auxilium dederit aut favorem, vel infra menſem ſaltem taliter delinquentes, (prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei affuerit) non duxerit puniendos, pontificali & ſupra, ſit eoipſo dignitate privata, & nihilominus remaneat interdicta.

## DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

### TITVLVS X.

### CAP. I.

*Quæſtores non citant aliquos, licet eos monere poſſint. Et in concedendis indulgentiis non excedant Archiepiſcopi ſtatutum concilii generalis. h. d. Zen.*

Innocentius IV. *in concilio Lugdunenſi.*

ROmana eccleſia: & infrà. Quæſtoribus *a* autem fabricæ Remen. eccleſiæ, Remen. Archiepiſcopus, ſive ejus officiales citandi ſuffraganeorum ipſius eccleſiæ ſubditos (quos iidem quæſtores ſibi reſiſtere, aut nolle parere dixerint) ut ſuper hoc compareant coram ipſis, nequaquam tribuant poteſtatem. Super benigna verò ipſorum receptione ac ſubventione ipſi fabricæ facienda, poſſunt eosdem ſuffraganeos & alios Chriſti fideles Remen. Provinciæ charitativè monere. In concedendis quoque indulgentiis non excedat Remen. Archiepiſcopus ſtatutum concilii generalis.

### CAP. II.

*Conceſſio generalis confeſſoris non tangit Epiſcopo ſpecialiter reſervata, nec obtentu conſuetudinis poteſt quis ſibi eligere confeſſorem. h. d. Zen.*

Bonifacius VIII.

SI Epiſcopus ſuo ſubdito conceſſerit, ut ſibi poſſit idoneum eligere confeſſorem, ille quem is elegerit, in caſibus, qui eidem Epiſcopo ſpecialiter reſervantur *b*, nullam habet penitus poteſtatem: Quum in generali conceſſione illa non veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Nulla quoque poteſt conſuetudine introduci, quòd aliquis præter ſui ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit ſolvere vel ligare.

### CAP. III.

*Decretalis, cùm ex eod. in pluribus Epiſcopis indulgentibus locum habet. h. d. Zen.*

a *Al. notariè.* b *Al. aſcenſus.* c *Al. omninò* d *Lo-[illegible] quæ dicantur, vide per Alex. conſil. 57. l. 3.* e *Al. nunciantur.* f *Quoniam in mortis articulo nulla eſt reſervatio, atq. ideo omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes, à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt: ita conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. tit. de caſuum reſervatione.* g *Al. fuerunt.*

a *Prædicatores quæſtuarios omninò ſuſtulit conc. Trid. ſeſſ. 5. de refor. c. 2. in fine. & ſeſſ. 21. de refor. c. 5.* b *Vide conc. Trid. ſeſſ. 14. de ſanctiſſimo pœnitentiæ ſacramento. can. 11.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Idem.

INdulgentiæ *a*, quæ ab uno vel pluribus, Epiſcopis in eccleſiarum dedicationibus vel aliis quibuſcunque caſibus conceduntur, vires non obtinent *b*, ſi ſtatutum exceſſerint concilii generalis.

## DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, SUSPENSIONIS, ET INTERDICTI.

### TITULUS XI.

### CAP. I.

*Judex qui excommunicat, ſuſpendit, vel interdicit, in ſcriptis hoc faciat, & cauſam conſcribat, & requiſitus exemplum ſententiæ tradat intra menſem. Qui contra fecerit, per menſem ab ingreſſu eccleſiæ & divinis eſt ſuſpenſus, & relaxabitur illa ſententia per ſuperiorem abſq; difficultate, & condemnabitur lator in expenſis, & aliàs pœna condigna. Si ſic ſuſpenſi celebrant ut prius, ſunt irregulares: nec abſolvuntur ab alio quàm Papa, h.d. Ioan. And.*

Innocentius IV. *in concilio Lugdunenſi.*

CVm *c* medicinalis ſit excommunicatio, non mortalis: diſciplinans, non eradicans: dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat: cautè provideat judex eccleſiaſticus, ut in ea ferenda oſtendat ſe proſequi, quod corrigentis fuerit *d* & medentis. Quiſquis igitur excommunicat, excommunicationem in ſcriptis proferat, & cauſam excommunicationis expreſsè conſcribat, propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum verò hujuſmodi ſcripturæ teneatur excommunicato tradere intra menſem, ſi fuerit requiſitus, ſuper qua requiſitione fieri volumus publicum inſtrumentum, vel literas teſtimoniales confici ſigillo authentico conſignatas. Si quis autem judicum hujuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit violator, per menſem unum ab ingreſſu eccleſiæ *e*, & divinis officiis noverit ſe ſuſpenſum. Superior verò, ad quem recurritur, ſententiam ipſam ſine difficultate relaxans *f*, latorem excommunicato ad expenſas, & omne intereſſe condemnet, & aliàs puniat animadverſione condigna ut pœna docente diſcant judices, quàm grave ſit excommunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in ſuſpenſionis & interdicti ſententiis volumus obſervari. Caveant autem eccleſiarum prælati & judices univerſi, ne prædictam pœnam ſuſpenſionis incurrant: quoniam ſi contingeret eos ſic ſuſpenſos divina officia exequi ſicut prius, irregularitatem non effugient juxta canonicas ſanctiones: ſuper qua non niſi per ſummum pontificem poterit diſpenſari.

### CAP. II.

*Qui petit abſolvi ad cautelam, docens excommunicationis ſententiam in ſe latam eſſe nullam, abſolvetur cujuſcunq; contradictione non obſtante: niſi dicatur & probetur intra octo dies excommunicatus pro manifeſta offenſa. Qui probat ſe excommunicatum poſt appellationem, probatione pendente in judiciis evitabitur, extra judicium verò non. h.d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

SOlet *a* à nonnullis in dubium revocari, an cum aliquis per ſuperiorem abſolvi poſtulat ad cautelam, dum in ſe latam excommunicationis ſententiam aſſerit eſſe nullam, ſine contradictionis obſtaculo munus ei debeat abſolutionis impendi? Et an ante abſolutionem hujuſmodi is, qui ſe offert in judicio probaturum ſe poſt appellationem legitimam excommunicatione innodatum, vel intolerabilem errorem in ſententia fuiſſe patenter expreſſum, ſit in cæteris (excepto probationis illius articulo) evitandus. In prima igitur dubitatione ſic ſtatuimus obſervandum, ut petenti abſolutio non negetur, quamvis in hoc excommunicator vel adverſarius ſe opponat: niſi eum excommunicatum pro manifeſta dicat offenſa. In quo caſu terminus octo dierum indulgetur ſic dicenti: ut ſi probaverit quod opponit, non relaxetur ſententia, niſi prius ſufficiens præſtetur emenda, vel competens cautio de parendo juri, ſi offenſa dubia proponatur. In ſecunda verò quæſtione ſtatuimus, ut is, qui ad probandum admittitur, pendente probationis articulo, in cæteris, quæ ut actor *b* in judiciis attentaverit, interim evitetur. Extra judicium verò in officiis, poſtulationibus, & electionibus, ac aliis legitimis actibus nihilominus admittatur.

### CAP. III.

*Excommunicatio lata in participantes excommunicato in locutione & ſimilibus (canonica monitione non præmiſſa) non tenet. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

STatuimus *c*, ut nullus judicum participantes cum excommunicatis ab eo, in locutione & aliis, quibus ligatur participans excommunicatione minori, ante monitionem canonicam excommunicare majori excommunicatione præſumat: ſalvis conſtitutionibus contra illos legitimè promulgatis, qui in crimine præſumunt participare damnato. Quòd ſi ex locutione & aliis quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortius indureſcat: poterit judex poſt monitionem canonicam hujuſmodi participantes conſimili damnare cenſura. Aliter autem in participantes excommunicatio prolata non teneat: & proferentes pœnam legitimam poterunt formidare.

### CAP. IV.

*Epiſcopi nullam interdicti vel ſuſpenſionis incurrunt ſententiam, niſi in ſententia ſint expreſſi. h.d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

QVia periculum eſt Epiſcopis & eorum ſuperioribus, propter executionem pontificalis officii, quod frequenter incumbit, ut in aliquo caſu interdicti vel ſuſpenſionis incurrant ſententiam ipſo facto: Nos deliberatione provida duximus ſtatuendum, ut Epiſcopi & alii ſuperiores prælati nullius conſtitutionis occaſione, ſententiæ ſive mandati prædictam incurrant ſententiam ullatenus ipſo jure: Niſi in ipſis de Epiſcopis expreſſa mentio habeatur.

### CAP. V.

*Hujus decretalis quinq; ſunt dicta. Primum, quòd Archiepiſcopus ſententias latas à ſubditis ſuorum ſuffraganeorum niſi hoc habeat de conſuetudine, non relaxet. Secundum, quòd generalis ſententia Archiepiſcopi ligat tantùm ſubditos. Tertium, quòd pro præteritis vel præſentibus culpis, mentione non [illegible] tium, quòd pro præteritis vel præſentibus culpis, [illegible] miſſa, ab eis lata ſententia eſt injuſta. Quartum, quòd pro [illegible] ris culpis vel jam commiſſis, ſcilicet niſi ſatisfaciant, [illegible]*

---

a Vide B. Thom. in quæſtionibus additis ad 3. part. q. 16. art. 3. b Vide l. jusjurandum quod ex conventione. §. 1. ff. de jurejur. & l. falſus. ff. quod cum fal. tu. Font. c Vide conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 3. & cur excommunicatio dicatur medicinalis, luculenter docet Ioannes Roffenſis adverſus Lutherum, art. 2. & Covarruvias in cap. alma mater. de ſenten. excomm. l. 6. in init. d al. eſt. e Nota hìc ex mente Dominici, quòd non poterit domi in oratorio celebrare. Font. f Vide l. prolatam. C. de ſent. & inter. omn. jud. Font.

a Vide Abb. Felin. & alios in c. Apoſtolicæ. ext. de [illegible] multa tradunt de abſolutione ad cautelam [illegible] b Vide Dec. in c. intelleximus. extra de judiciis. c De participantibus cum excommunicatis, vide c. ſicut Apoſtolic. [illegible] ibi latè Turrecr. & B. Thom. in quæſtionibus additis ad 3. part. q. [illegible] art. 1. 2. & 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*municare non debent: niſi mora, culpa, vel offenſa, vel alia juſta cauſa ſubſit. Quintum, quòd in univerſitatem vel collegium non feratur excommunicationis ſententia: ſed in illos, qui culpabiles extiterunt. Ioan. And.*

Idem. *a*

ROmana eccleſia: & infrà. Cæterùm interdicti, ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententias latas ab officialibus Archidiaconorum, ſeu quibuslibet aliis juriſdictionem habentibus, ſuffraganeorum Remen. eccleſiæ ſubditis, Remen. Archiepiſcopus & ejus officiales (remiſſis ipſis excommunicationibus) non relaxent: ſalva contraria ſuper hoc conſuetudine, ſi quam habent. Porrò excommunicationum ſententiæ à Remen. Archiepiſcopo, ſuiſque officialibus generaliter promulgatæ, ſubjectos ejusdem juriſdictioni Archiepiſcopi tantùm ligant. Sed nec in ſpecie nec in genere pro culpis & offenſis præteritis vel præſentibus, excommunicationum ſententias abſque competenti monitione præmiſſa promulgeant, & ſi contrà præſumpſerint, injuſtas noverint eſſe illas. Caveant etiam, ne tales ſententias excommunicationis *b*, ſive ſpecialiter, ſive generaliter, in aliquos pro futuris culpis, videlicet ſi tale quid fecerint, vel etiam propam commiſſis ſub hac forma, ſi de illis intra tale tempus minimè ſatisfecerint, proferre præſumant: niſi mora in exhibenda ſatisfactione vel culpa ſeu offenſa præceſſerit, quibus meritò ad injungendam ſatisfactionem hujuſmodi, & taliter prohibenda ſimilia inducantur: aut alia rationabilis (quam in ipſis ſententiis exprimant) cauſa ſubſit. In univerſitatem vel collegium proferri excommunicationis ſententiam penitus prohibemus: volentes animarum periculum vitare, quod exinde ſequi poſſet, cùm nonnunquam contingeret innoxios hujuſmodi ſententia irretiri: ſed in illos duntaxat, de collegio vel univerſitate, quos culpabiles eſſe conſtiterit, promulgetur.

## CAP. VI.

*Tralatus contra potentiam temporalem etiam ſpirituali gladio, ſcilicet eccleſiaſtica cenſura, ſe tueri poteſt. h. d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.* c

DIlecto filio Decano Aurelianenſi: & infrà. Præterea cùm omnes leges, omniaque jura vim vi repellere, cunctiſque ſeſe defenſare permittant, licuit *d* utique ipſi Decano (ſi prædictus ballivus eum bonis ſuis mundanis injurioſè ſpoliare, vel ea violenter occupare præſumpſerit, ut ſuperius eſt expreſſum) contra illius violentiam injuriamque ſe tueri. Et quoniam adverſus ejus nimiam potentiam ſufficiens temporalis defenſio ſibi fortè non aderat, potuit ſe etiam ſpiritualiter, gladio videlicet utendo eccleſiaſtico, defenſare, ac recurrere propter hoc ad arma ſpiritualia, quæ ſunt eccleſiæ propria, & pro ſuo munimine illis uti: præſertim cùm dictus ballivus poſt latas in eum ab *e* eodem Decano ex aliis cauſis excommunicationis ſententias (ſicut idem Decanus aſſeruit) ipſum tanquam exinde provocatus, ſententiis ipſis contemptis, bonis ſpoliaſſet eiſdem: & propter hoc poſtmodum ipſe Decanus ſententiam tulerit interdicti, tanquam ſpiritali ſe mucrone defendens contra illius injuriam & violentiam, ſibi ab eodem occaſione prædictarum ſententiarum, & in ipſarum contemptum illatam. Et quidem cùm liceat cuilibet ſuo vicino vel proximo pro repellenda ipſius injuria ſuum impartiri auxilium; imò ſi poteſt & negligit, videatur injuriantem fovere, ac eſſe particeps ejus culpæ: licuit profectò ipſi Decano proprio ſibimet ſubvenire ſubſidio, & ſuammet temporalem injuriam ſua propria ſpiritali defenſione tueri: ſicque utrumque quodammodo gladium & temporalem & eccleſiaſticum, alterum videlicet altero adjuvare: maximè quia hi duo gladii conſueverunt (exigente neceſſitate) ſibi adinvicem ſuffragari, & in juvamen alterius ſubventione mutua frequentius exerceri.

## CAP. VII.

*Excommunicatos à ſubditis ſuffraganeorum, Archiepiſcopi non poſſunt abſolvere: ſed excommunicatos à ſuffraganeis vel officialibus bene, ſi ad eos appellatum fuerit. h. d. Ioan. And.*

Idem.

VEnerabilibus: & infrà. Cæterùm Rothomagen. Archiepiſcopo vel ejus officiali non licet excommunicatis ab Archidiaconis vel aliis ſubditis ſuffraganeorum ipſius Archiepiſcopi (cùm nec excommunicantium nec excommunicatorum ſint judices) abſolutionis beneficium impartiri: excommunicatos autem ab ipſius ſuffraganeis vel eorum officialibus poſſunt abſolvere, ſi ab ipſis litigantibus ad eos *a* fuerit provocatum. Neutra verò partium appellante, ſi qua ipſarum per Archiepiſcopum vel ejus officialem ab excommunicatione contra eam lata pro reliqua poſtulet ſe abſolvi: vel aliàs coram eis de parte adverſa querimoniam ſine appellationis interpoſitione deponat: non eſt in hoc ab ipſis (cùm ſui non ſint judices) audienda. Sed ſi excommunicatus deponat apud eos de ſuffraganeo, ut imponatur ei pœna, & pro ſuo intereſſe ſuper injuſta excommunicatione querelam; audire utique debent eum: ſecus autem ſi conqueratur de ipſo, ut relaxetur hujuſmodi ſententia contra ſe ab eo pro alio promulgata: quoniam tueri hanc cauſam non ad ipſum ſuffraganeum, ſed ad eum pro quo eſt ſententia lata, ſpectat. Attamen ſi ſuffraganeus vel extra judicium pro ſuorum defenſione *b* jurium, vel etiam in judicio ex ſuo procedens officio *c*, inquirendo videlicet vel ſimile quid agendo, aliquem excommunicet: in hoc caſu conveniendus eſt ipſe ſuffraganeus coram Archiepiſcopo, vel ejus officiali: quia ipſius intereſt defendere cauſam ſuam.

*Archiepiſcopus in caſibus, in quibus juriſdictionem habet, ante cognitionem cauſæ abſolvit excommunicatum ad petitionem partis, vel ex officio, niſi dicatur excommunicatus pro manifeſta offenſa vel contumacia: & contumaciæ præſumptæ & manifeſtæ ponit exempla. h. d. Ioan. And.*

Porrò Archiepiſcopus vel ejus officiales excommunicatos à ſuffraganeis, ſemper antequam audire cauſam incipiant, in caſibus, in quibus eis juriſdictio competit, juxta eccleſiæ formam debent abſolvere: utpote ſi poſt diffinitivam fuerit excommunicationis ſententia promulgata, & ad eos *d* fuerit appellatum: exceptis caſibus, in quibus jura prohibent poſt ſententiam appellare. Similiter ſi ſuffraganeus extra judicium excommunicet aliquem pro ejus offenſa, vel pro ſui defenſione juris, & ſuper hoc querimoniam ille proponat, eſt ille primitus juxta formam eccleſiæ abſolvendus: niſi ſuffraganeus probaturum ſe offerat, quòd pro manifeſta offenſa excommunicationis eum vinculo innodavit. Idem eſt, etiam ſi quenquam pro præſumpta contumacia (videlicet quia citatus præfixo ſibi termino non comparuit) excommunicatione conſtringat:

a *Al. ita: Idem in eodem. al. ita: Innocentius quartus, in concilio Lugdunenſi.* b *Dictio, excommunicationis, deeſt in antiquioribus exempl. etiam impreſſis.* c *in manuſc. deſunt hæc duo verba, in eodem.* d *Vide Dec. in c. cùm non ab homine. in primo not. de jud. & in c. ſignificaſti. de off. deleg.* e *Hæc verba, ab eodem Decano: deſunt in manuſcriptis.*

a *Amplius in alio caſu no. ut per Abbatem in ca. in literis. de off. deleg. ubi vide omninò Decium.* b *Vide no. in cap. novit. de off. leg. & Iun. c. ex parte. ſuprà de verb. ſigni. Font.* c *Vide Inno. c. humilis. de major. & obedien. Bart. in l. 2. de adult. ff. Fontan.* d *Al. ipſos.*

quia ſi ſit ligatus, propoſita querimonia *a* petat ab Archiepiſcopo ſe abſolvi, ſive quando ſuffraganeus ex ſuo proceſſit officio, ſive quando eſt ad ipſum Archiepiſcopum ante ſententiam diffinitivam appellatum, & ab adverſario proponatur, quòd abſolvendus non ſit, nec pandi ei debeat judicii aditus, niſi prius expenſas reſtituat, & judicio ſiſti exhibeat cautionem: ipſeque reſpondeat, quòd rectè contumax reputari non debet, pro eo quòd in itinere captus, vel etiam alio impedimento detentus in termino comparere nequivit: tunc protinus ſibi juxta formam eccleſiæ, beneficium debet abſolutionis impendi. Secus autem ſi ſe contumacem confiteatur, vel aliàs de contumacia ſua conſtet, quia fortè prædixerat in judicio quòd minimè compareret: tunc enim (cùm manifeſta ſit contumacia, & manifeſta reputetur offenſa) non eſt ei (niſi primò expenſarum ſatisfactione, ac de ſtando judicio cautione præſtita) abſolutio impendenda. Et hoc ipſum eſt in ſimilibus obſervandum: ſicut ſi aliquis ad certum locum citetur, & ille proponat ipſum non eſſe ſibi tutum, & judex poſtea in eum (quia non probavit hoc, nec comparuit) ſententiā excommunicationis promulget: nam tunc ſi excommunicatus ipſe ad ſuperiorem appellet, & ante omnia ſe ab eo petat abſolvi (cùm probare coram eo velit ipſum locum non exiſtere ſibi tutum) in hoc eſt proculdubio audiendus, cùm præſumpta ſolummodo ejus contumacia videatur. Sed ſi judex pronunciaſſet locum illum eſſe idoneum & ſecurum, & ille non comparuiſſet, ac ideò excommunicaſſet eundem: ipſe poſtmodum ſuper hoc (niſi poſt latam interlocutoriam intra decendium provocaſſet) nullatenus audire debet.

*Excommunicatio lata poſt appellat. interpoſitam ex cauſa probabili, non ſtatim pronuntiatur nulla: ſed fieri poteſt relaxatio ad cautelam, etiam antequam incipiat de veritate cauſæ cognoſcere. Item ſi dicatur lata per intolerabilem errorem, & in contrarium error ille probabiliter defendatur. Ioan. And.*

Sed ſi ex cauſa legitima ſeu probabili quis appellet, puta quia locus non eſt tutus, & poſt appellationem hujuſmodi excommunicatione ligetur, ac deinde conſtet ſuperiori, quòd ad ipſum ex tali cauſa extitit provocatum: non tamen illicò pronunciare debet excommunicationis ſententiam fore nullam, ſed poteſt eam ad cautelam juxta formam eccleſiæ relaxare.

*Si certum eſt excommunicationem eſſe juſtam, fit remiſſio: ſi certum eſt eam injuſtam, non fit: ſi eſt dubium, fieri poteſt relaxatio; ſed honeſtius eſt remittere. tenet tamen relaxatio, ubi Archiepiſcopus eſt judex, licet non fiat remiſſio. h.d. Ioan. And.*

Sane ſi certum eſt excommunicationis ſententiam eſſe *b* juſtam, velut cùm propter manifeſtum exceſſum eſt in aliquem promulgata, ſuperior judex (niſi periculum ſit in mora) excommunicatum ad excommunicatorem prorſus remittere debet: nec debet eum abſolvere, niſi excommunicator requiſitus malitiosè illi abſolutionis beneficium deneget exhibere. Si verò conſtet hujuſmodi ſententiam eſſe injuſtam, nequaquam remittendus eſt ad ſuum excommunicatorem excommunicatus, ſed debet ſine difficultate aliqua mox abſolvi. Quòd ſi dubitetur, utrum juſta ſit vel injuſta, ſuperior (niſi excommunicatori deferat) relaxare juxta formam eccleſiæ poteſt illam, quanquam honeſtius & convenientius agat, ſi ei deferat in hoc caſu. Vbi autem ſuperiori competit de excommunicatione cognoſcere, abſolutio ſeu relaxatio, quam ipſe fecerit, tenet, licet forſitan ſit juſta: quoniam etſi contra jus litigatoris, non tamen contra jus conſtitutionis abſolvit.

*Archiepiſcopus in caſibus, in quibus excommunicare poteſt, ſi conſuetudo habet, emendas pecuniarias exigere poteſt. h. d. Ioan. And.*

Denique à ſubditis ſuffraganei emendas pecuniarias poteſt Archiepiſcopus ſecundùm conſuetudinem regionis exigere, in caſibus, in quibus ei licet eos excommunicationis vinculo innodare.

*Summatur ſuprà in §. ſed ſi ex cauſa, ibi videas.*

Poteſt quoque Archiepiſcopus beneficium abſolutionis juxta formam eccleſiæ nonnunquam impendere ad cautelam: utpote ſi aſſeritur in excommunicationis ſententia, intolerabilem errorem fuiſſe patenter expreſſum, id eſt, aliquid ſub vi præcepti vel mandati aperte in ea contineri, quod communiter vel in ſuo genere eſt peccatum: veluti ſi dicat fortè aliquis, ſe à ſuffraganeo excommunicatū fuiſſe, pro eo quòd eleemoſynam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid aliud, quod in ſe bonum eſt, aut quia non operabatur id, quod ſui ſpecie illicitum eſt & pravum, & ſuffraganeus ipſe aſſerat quòd pro digna & rationabili cauſa, vel pro conſervanda vel exequenda juſtitia hoc illi prohibuiſſet, vel eum injunxiſſet: nam tunc Archiepiſcopus ad cautelam abſolvere poteſt eum.

*Summarium habeo ſuprà in §. Sed ſi ex cauſa, ibi vide.*

Similiter ſi aliquis proponat ſe ante diffinitivam ſententiam in judicio, vel extra, poſt appellationem ex cauſa legitima interpoſitam, vinculo excommunicationis adſtrictum: poteſt Archiepiſcopus, poſtquam ſibi de hoc conſtiterit (etiam priuſquam incipiat de veritate cauſæ appellationis cognoſcere) abſolutionis illi beneficium ad cautelam juxta formam eccleſiæ impertiri.

## CAP. VIII.

*Iudex eccleſiaſticus compellit judicem laicum repellere excommunicatos ab actibus judiciariis ſibi prohibitis. h.d. Io. And.*

Alexander IV.

DEcernimus, ut judices ſeculares per cenſuram eccleſiaſticam ab eccleſiaſticis judicibus (canonica monitione præmiſſa) repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando *b* & teſtificando in ſuis cauſis & judiciis compellantur.

## CAP. IX.

*Non valet excommunicatio lata in participantes, niſi fuerint moniti nominatim. Et canonica monitio dicitur, qua habet dierum intervalla; niſi neceſſitas facti aliud ſuadeat. hoc dicit. Ioan. Andr.*

Gregorius X. *in concilio generali Lugdun.*

COnſtitutionem felicis recordationis Innocentii Papæ quarti, prædeceſſoris noſtri, quæ prohibet participantes *c* excommunicatis ea participatione, qua ſolùm minorem excommunicationem inducit (monitione canonica non præmiſſa) majori excommunicatione ligari, decernens promulgatam aliter excommunicationis ſententiam non tenere: ad tollendum omnem ambiguitatis ſcrupulum declarantes decernimus, ita demum eſſe monitionem canonicam in hoc caſu, ſi aliis rite ſervatis, eos qui monentur, exprimat nominatim. Statuimus quoque, ut inter monitiones, quas (ut canonicè promulgetur excommunicationis ſententia) ſtatuimus præmitti, judices ſive monitionibus tribus utantur, ſive una pro omnibus, obſervent aliquorum dierum competentia intervalla; Niſi facti neceſſitas aliter ea ſuadeat moderanda. *d*

## CAP. X.

*Relatio ad cautelam, in generali interdicto non habet locum. h.d. Domin.*

---

a *Per viam ſupplicationis, reſtitutionis in integrum, appellationis. Dom. Font.* b *Al. fore.*

a *De Anch. hic remittit ad 23. q. 5. c. ſi vos. 11. q. 3. ſi quis cuiuslibet. Font.* b *Quod lucratur patrocinando, debet excommunicatus reſtituere, vel erogare in pauperes: quia malè eſt quæſitum. ca. cum ſit. de Iudæ. Font.* c *Vide Fran. Are. l. 1. ff. de ve. ob l. ca. lex divina. 27. q. 2. & mutis dicamus loqui etiam, ubi lex expreſſè meminit de ve. cap. cum apud. de ſponſ. Font.* d *Vide Bald. in l. de preci. imp. offer. Dom. Font.*

Idem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem *in eodem.*

PRæſenti generali declaramus edicto, beneficium relaxationis ad cautelam quoad interdicti ſententias in civitates, caſtra vel quælibet alia loca, ſive terras aliquas generaliter promulgatas, locum aliquatenus non habere.

## CAP. XI.

*Primò excommunicat certis limitationibus dantes licentiam offendendi in perſonis vel rebus ſuis, vel ſuorum: exercentes contra aliquos eccleſiaſticam cenſuram, vel exerceri facientes, vel illi ſerventes. Secundò ibi, eadem. pœnam prorogat ad utentem, vel motu proprio ad agentem. Tertiò, qui autem. pœnam aggravat h.d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

QVicunque pro eo, quòd in Reges, principes, barones, nobiles, ballivos, vel quoslibet miniſtros eorum, aut quoſcunque alios excommunicationis ſuſpenſionis, ſeu interdicti ſententia fuerit promulgata, licentiam aliquam dederint occidendi, capiendi alias in perſonis, aut bonis ſuis, vel ſuorum *a*, gravandi eos, qui tales ſententias protulerunt, ſive quorum ſint occaſione prolatæ, vel eaſdem ſententias obſervantes, ſeu taliter excommunicatis communicare nolentes (niſi licentiam ipſam in integra revocaverint, vel ſi ad bonorum captionem occaſione ipſius licentiæ ſit proceſſum, niſi bona ipſa fuerint intra octo dierum ſpacium reſtituta, aut ſatisfactio pro ipſis impenſa) eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Eadem quoque ſententia ſint innodati omnes, qui auſi fuerint prædicta licentia data uti, vel aliquod præmiſſorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, aliàs committere ſuo motu. Qui autem in eadem ſententia permanſerint duorum menſium ſpacio, extunc ab ea non poſſint, niſi per ſedem Apoſtolicam, abſolutionis beneficium obtinere.

## CAP. XII.

*Si malefactor captus à judice laico dicit ſe clericum, hujus rei cognitio ad judicem eccleſiaſticum ſpectat. Et ſi notoriè, vel publica fama, vel communi æſtimatione habetur pro clerico, ſtatim ſit remiſſio. Item ſi prius ſe gerebat pro clerico, & modò deprehenſus fuit in habitu clericali. Si autem prius gerebat pro laico, licet modo in clericali habitu deprehenſus fuerit, non fiet remiſſio, donec fuerit de clericatu probatum, ſed interim contra eum judex in nullo procedit. h.d. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

SI judex *b* laicus malefactorem captum detineat, & is ſe clericum dicens ad curiam eccleſiaſticam petat remitti, vel curia ipſa eum tanquam ſuum clericum repetat, judice illum inficiante clericum, ac ob hoc minimè remittendum: dubitationis hujuſmodi, an ſcilicet ſit, qui reperitur clericus, ad judicem eccleſiaſticum (quia de re eccleſiaſtica & ſpiritali, vocato tamen judice ſeculari, vel alio, cujus intereſt) cognitio pertinebit. Et ſi notorium fuerit, quòd idem malefactor ſit clericus, qui hujuſmodi privilegio gaudere debeat, ſtatim abſque alia cognitione, vel fama publica de hoc exiſtit, aut ipſe pro clerico communiter habebatur: in continenti etiam ante cognitionem de clericatu, eccleſiaſticæ curiæ debet reddi. Idem eſſe cenſemus, ſi reus ipſe ante deprehenſionem pro laico publicè ſe non gerens, deprehenſus fuit in habitu clericali, tonſuram videlicet, & veſtes deferens clericales: nam talem debemus clericum (donec conſtet de contrario) reputare. Sicut de illo, qui in poſſeſſione ingenuitatis exiſtit, ſi dicatur ab alio libertinus, legalis ſanxit auctoritas, ut probandi neceſſitate non ipſe, ſed adverſarius adſtringatur. Iuſtum eſt enim ut ipſe talis, quem geſtat ex habitu (quouſque appareat aliud) præſumatur, qualis is eſſe, cujus fert habitum, comprobatur. Ex ſtigmate namque conſueto Fabricenſibus imprimi, latitans Fabricenſis agnoſcitur. Et cuſtodes aquarum (quos hydrophylacas nominant) quæ eis infigi ſolet annotatione ſignati, manifeſti ſunt omnibus, & angariarum nomine non tenentur. Iſque ſtatus alicujus eſſe videtur, in quo ipſe deprehenditur, donec contrarium doceatur *b*. Non ſic autem volumus obſervari, ſi ante deprehenſionem pro laico publicè ſe gerebat, ac pro tali communiter habebatur, quamvis deprehenſionis tempore repertus fuerit in habitu clericali: tunc enim reſtituendus non eſt, quouſque fidem de titulo fecerit clericali, cujus eidem probationis onus incumbat, propter præſumptionem, quæ adverſus ipſum orta eſt ex declaratione laicalis habitus præcedenti. Contra eum tamen interim quivis proceſſus judicis penitus conquieſcat.

## CAP. XIII.

*Non tenet ſuſpenſio vel interdictum lata in participantes, non præmiſſa monitione canonica. h.d. Ioan. And.*

Idem.

STatutum Gregorii Papæ X. factum ad declarationem conſtitutionis Innocentianæ, quæ prohibet participantes excommunicatis ea participatione, quæ ſolùm *c* minorem inducit, majore excommunicatione ligari monitione canonica non præmiſſa: in ſuſpenſionis & interdicti ſententiis (quæ pro hujuſmodi participatione plerunque ab ordinariis vel delegatis *d* judicibus promulgantur) præcipimus inviolabiliter obſervari. Decernentes eaſdem ſententias non tenere aliter promulgatas.

## CAP. XIV.

*Per negligentiam non proſequentis debito tempore appellationem, excommunicatio poſt eam lata non convaleſcit: ſed poterit tunc denunciari, & debebit vitari, donec de ſententia docuerit. h.d. Ioan. And.*

Idem.

LIcet excommunicationis ſententia poſt appellationem legitimam promulgata, per negligentiam appellantis, appellationem ſuam minimè proſequentis, non ratificetur, nec etiam convaleſcat: excommunicatus tamen nominatim, vel ſpecialiter & expreſsè, qui poſt appellationem legitimam excommunicationis ſententiam aſſerit in ſe latam: ſi appellationem eandem intra tempus *e*, ad ipſam proſequendam ab homine, vel à jure ſtatutum, non fuerit (ut debuit) proſecutus, lapſo eodem tempore excommunicatus publicè nunciari, & nedum in judicialibus, ſed etiam in extrajudicialibus evitari, ac à legitimis actibus removeri debebit, quouſque quod poſt appellationem legitimam excommunicatus fuerit, vel alias de ipſius ſententiæ docuerit nullitate.

## CAP. XV.

*Prælatus capi faciens & includens, etiam per laicos, clericum nondum incorrigibilem, excommunicatus non eſt: nec etiam ipſi capientes. Secundò dicitur, ſi talis dat fidejuſſores de parendo juri, detineri non debet: niſi juſta cauſa id ſuadeat. h.d. Ioan. And.*

a *Vide Bald. in l. ius rebus. ff ſol. matrem. Bart. in l. nam & Servius ff de neg. geſt. & l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi. & c. ſicut nob. de reſcrib. Font.* b *Vide Alex. conſ. 81. l. 1. & conſ. 61. l. 4. Bald. in l. ſi qua per calumniam. C. de Epiſcop. & cleric. canoniſtas, in c. cum non ab homine. ext. de jud. late Covarru. in pract. quæſt. c. 33. & Grammaticum deciſ. 81.*

a *Vide Alciatum l. 1. prætermiſſorum, verbo militia.* b *Vide c. tuam. de ord. cog. l. præſens. C. ad l. Iuliam de plag.* c *al. ſolam.* d *Nota quòd delegati poſſunt excommunicare, ſuſpendere, interdicere: quanquam hoc in literis delegationis non exprimatur, ſecundùm Doct. vide not. ſuper eod. ſtatuimus. Font.* e *Vide Abbat. in c. teſtimonium. ext. de teſtib.*

Idem.

SI *a* clericos tuæ juriſdictioni ſubjectos propter commiſſos exceſſus, etiam per laicos capi facias, & eos (ne fugiant) in carcere pœna debita poſtea caſtigandos includas: te vel capientes eoſdem (licet nondum appareat incorrigibiles illos eſſe) nulla credimus excommunicatione innodari. Cùm in his (niſi aliàs ex propoſito excedatur in ipſis) temeritas vel injuria nequeat deprehendi. Eoſdem quoque clericos ſi de parendo juri tibi fidejuſſoriam dederint cautionem, detinere non debes: niſi exceſſus enormitas, vel alia cauſa rationabilis eos ſuaſerit detinendos.

CAP. XVI.

*Interdicto clero non eſt interdictus populus, nec è converſo. Interdicta civitate propter delictum domini, cives non interdicti extra ipſam audiunt divina. Interdicto populo ſingulares de populo intelliguntur interdicti. h.d. Ioan. And.*

Idem.

SI ſententia interdicti proferatur in clerum, non intelligitur (niſi aliud ſit expreſſum in ea) interdictus populus: nec etiam è converſo. Vnde uno interdicto ipſorum, alius licitè admittitur ad divina. Cæterùm cùm propter delictum domini, vel rectoris, eſt civitas interdicta, cives ejuſdem (qui culpabiles non exiſtunt, dummodo & ipſi propter dominum, vel rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti) poſſunt extra ipſam licitè intereſſe divinis. Cùm verò alicujus terræ populus interdicto nodatur, ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe conſtat, (ne ſententia effectu careat, cùm divinorum auditio, & ſacramentorum perceptio populo ut univerſis non competant) non debent alicubi (caſibus expreſſis à jure duntaxat exceptis) audire divina, vel eccleſiaſtica recipere ſacramenta.

CAP. XVII.

*Interdicta civitate, ſuburbia & continentia ædificia dicuntur interdicta. Et interdicta eccleſia, capella contigua, & cœmeterium contiguum dicitur interdictum. h.d. Ioan. And.*

Idem.

SI civitas *b*, caſtrum, aut villa, ſubjiciantur eccleſiaſtico interdicto, illorum ſuburbia, & continentia ædificia eo ipſo intelligi volumus interdicta. Nam licet prædicta videantur aliàs murorum ambitu terminari, hoc tamen caſu ne vilipendi valeat ſententia interdicti (quod fieret ſi poſſet in ipſorum ſuburbiis, vel continentibus ædificiis licitè celebrari, ut prius) expedit interpretationem fieri latiorem. Ratione quoque ſimili ſi ſit eccleſia interdicto ſuppoſita *c*, vel ſubjecta, nec in capella ejus celebrari, nec in cœmeterio ipſius eidem eccleſiæ contiguis poterit ſepeliri. Secus ſi ei contigua non exiſtant.

CAP. XVIII.

*Celebrans ſcienter in eccleſia polluta, vel præſente excommunicato majori excommunicatione, irregularitatem non contrahit. Domin.*

Idem.

IS, qui in eccleſia ſanguinis aut ſeminis effuſione polluta, vel qui præſentibus majori excommunicatione nodatis, ſcienter celebrare præſumit, licet in hoc temerariè agat, irregularitatis tamen (cùm id non ſit expreſſum in jure) laqueum non incurrit.

*Scienter celebrans in loco interdicto, in caſibus non permiſſis, irregularis & ineligibilis eſt. h.d. Dom.*

Is verò, qui ſcienter in loco celebrat ſuppoſito interdicto (niſi ſuper hoc privilegiatus exiſtat, aut à jure ſit conceſſum eidem) irregularitatem incurrit: à qua nequit per alium, quam per Romanum Pontificem liberari, & adeò efficitur ineligibilis, quòd nec ad eligendum cum aliis debebit admitti.

CAP. XIX.

*Tempore interdicti chriſma die cœnæ domini confici poſſe, hoc dicit.*

Idem.

QVoniam *a* in baptiſmo & confirmatione (quæ non dum pueris, ſed adultis, propter mortis periculum, exhiberi poſſunt licitè, tempore interdicti) chriſmatis utimur unctione: poſſe (licet terra interdicta exiſtat) chriſma die cœnæ domini confici, dubium non exiſtit.

CAP. XX.

*Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, in ea divina celebrans, fit irregularis. Et moriens impœnitens ſuſpenſione illa durante, caret eccleſiaſtica ſepultura. Et ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ vel officio per appellationem ſequentem non ſuſpenditur. h.d. Dom.*

Idem.

IS, cui eccleſiæ interdictus ingreſſus (cùm ſibi per conſequens cenſeatur in ipſa divinorum celebratio interdicta) irregularis efficitur, ſi contra interdictum hujuſmodi divinis in ea ſe ingerat, in ſuo agens officio ſicut prius. Talis quoque ſi hoc interdicto durante decedat, non debet in eccleſia vel cœmeterio eccleſiaſtico (niſi *b* pœnituerit) ſepeliri. Sanè ſicut excommunicatio, ſic ab officio vel ab ingreſſu eccleſiæ lata ſuſpenſio, aut ipſius effectus, per appellationem ſequentem minimè ſuſpenduntur.

CAP. XXI.

*Religioſum, clericum verberantem, abſolvit Epiſcopus, in caſu quo abſolveret clericum. h.d. Dom.*

Idem.

REligioſo, qui manus violentas in clericum ſecularem injecit (ne hoc prætextu habeat materiam evagandi) poterit ab Epiſc. eo caſu abſolutionis beneficium exhiberi, quo ſeculari clerico poſſet, ſi alium clericum percuſſiſſet.

*Verberans novitium religionis, excommunicationem incurrit. h.d. Dom.*

Quamvis *c* autem is, qui religionem ingreditur, religioſus cenſeri cum effectu non poſſit, donec ſit tacitè vel expreſsè profeſſus: ſi quis tamen violentas manus in eum injiciat, excommunicationis latæ à canone vinculum non evadit.

CAP. XXII.

*Abſolutus propter mortis periculum, vel aliud impedimentum ab eo, à quo aliàs non poterat, ſi ceſſante impedimento ſe non præſentat, cùm commodè poteſt, ei, à quo aliàs abſolvi debebat, recidit in eandem ſententiam. Idem in abſoluto, qui ſe debet alicujus conſpectui præſentare, ſi hoc non faciat. Ioan. And.*

Idem.

EOs qui à ſententia canonis vel hominis (quem ad illum, à quo aliàs de jure fuerant abſolvendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro abſolutionis beneficio habere recurſum) ab alio abſolvuntur: ſi ceſſante poſtea periculo, vel impedimento hujuſmodi ſe illi, à quo his ceſſantibus abſolvi debebant, quàm citò commodè poterunt, contempſerint præſentare, mandatum ipſius ſuper illis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi & ſatisfacturi, prout juſtitia ſuadebit: decernimus (ne ſic cenſuræ illudant eccleſiaſticæ) in eandem ſententiam recidere ipſo jure. Idem ſtatuimus de his, quibus (cùm à ſed. Apoſt. vel à legatis ipſius, abſo-

---

a Vide Al. conſ. 8. l. 1. incip. videtur ſuper primo dubio. & conſ. 149. l. 6. incip. in cauſa inquiſitionis. b Et an appellatione civitatis veniant terræ ſibi recommendatæ, vide Ancha. in Cle. ne Roman. §. ſanè. de elect. ubi aſſerit non venire, & quæ ſit ratio, vide Cur. in conſ. 204. l. 2. & quid veniat appellatione civitatis, tradit Fel. in c. Rodulphus. ext. de reſcript. c Hæc duo verba, ſuppoſita vel, deſunt in manuſc. cod.

a Vide text. & ibi doct. in ca. non eſt. in ſi. extr. de ſponſ.
b In manuſcriptis codicibus ita; niſi prius pœnituerit, &c.
c Vide Fel. c. cùm deputati. extr. de jud. & Iaſ. in l. ſi. pen. ff. de jud. omn. jud.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

abſolutionis beneficium, à quibuſvis ſententiis conſe-quuntur) injungitur, ut ordinariorum ſuorum, vel aliorum quorumlibet ſuſcepturi pœnitentiam, ab eiſdem ſe conſpectui repræſentent, & paſſis injuriam, ſeu iis, quibus propter hoc obligati exiſtunt, ſatisfactionem exhibeant competentem: ſi hæc quum primùm commodè poterunt, non curaverint adimplere.

## CAP. XXIII.

*Si percuſſionem in clericum ſine meo mandato, tamen nomine meo factam, ratam habeam, excommunicatus ſum: ſecus ſi meo nomine non ſit facta. Ioannes Andr.*

Idem.

CVm quis abſq; tuo mandato manus injicit *a* in clericum tuo nomine violentas, ſi hoc ratum habueris, excommunicationem latam à canone incunctanter incurris: cùm ratihabitio retrotrahatur, & mandato debeat comparari. Si verò injectio eadem tuo nomine non fuit facta, tunc licet pecces ratam habendo eandem, non tamen propter hoc excommunicationis ullius *b* vinculo innodaris. Cùm quis ratum habere nequeat, quod ejus nomine non eſt geſtum.

## CAP. XXIV.

*Tempore interdicti etiam ſani ad pœnitentiam admittuntur: niſi ſint excommunicati, qui non niſi in mortis articulo admittentur: & illi qui cauſam dederint interdicto, qui non admittentur, niſi ſatisfecerint vel caveant prout poſſunt. Item illo tempore miſſa & alia divina officia ſub pœna diſtributionum, ſicut prius, in eccleſiis celebrantur januis clauſis: planè ſine excommunicatis & interdictis, & ſine ſonitu campanarum, & quater in anno altè cum campanis & januis apertis celebrare poſſunt, & excluſis excommunicatis interdictos admittere: ita tamen quòd hi propter quorum exceſſum latum eſt, non appropinquent altari. In cæteris ſervandum eſt interdictum. Et revocata ſunt privilegia, ultra id quibuſcunque conceſſa. Ioann. Andr.*

Idem.

ALma mater eccleſia plerunque nonnulla rationabiliter ordinat & conſultè, quæ ſuadente ſubjectorum utilitate, poſtmodum conſultius, ac rationabilius revocat *c*, in meliúſve commutat. Sanè à noſtris dudum ſancitum prædeceſſoribus conſtitutum, ut in terris ſeu locis eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto, nulla (certis caſibus & ſacramentis exceptis) divina celebrentur officia, vel miniſtrentur eccleſiaſtica ſacramenta. Quia verò ex diſtinctione hujuſmodi ſtatutorum excreſcit indevotio populi, pullulant hæreſes, & infinita pericula animarum inſurgunt, ac eccleſiis ſine culpa earum debita obſequia ſubtrahuntur: cum fratribus noſtris deliberatione habita ſuper his diligenti concedimus, quòd tempore interdicti ab homine, vel à jure prolati, non tantummodo morientes, ſed *d* etiam viventes, tam ſani etiam quàm infirmi, ad pœnitentiam (quæ propter pronitatem & facilitatem hominum ad peccandum, ſummè neceſſaria eſt) licitè admittantur dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti (præterquam in mortis *e* articulo) nolumus ad eandem. Illis etiam propter quorum culpam, dolum vel fraudem lata eſt ſententia interdicti, vel qui ad perpetrandum delictum, cujus occaſione ipſum interdictum eſt latum præbuerunt auxilium, conſilium vel favorem: niſi de ipſo delicto (ſi ſint tales, quòd id facere valeant) prius ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo idoneam dederint cautionem, aut ſi ſatisfacere nequeunt, vel hujuſmodi cautionem præſtare juraverint, quòd quum poterint ſatisfacient: & ad ſatisfactionem hujuſmodi per eum, vel per eos qui facere ipſam debent & poſſunt præſtandam dabunt conſilium, & auxilium, ac juxta poſſe ſuum fideliter laborabunt: non eſt pœnitentiæ beneficium aliquatenus concedendum. Nec tunc etiam quoad iſtos vel alios, qui circa hoc minimè deliquerunt (ubi civitas vel locus alius, ſeu univerſitas interdicti exiſtunt) facienda eſt relatio interdicti, ſed eſt eis ſolummodò injungenda pœnitentia ſalutaris. Adjicimus præterea, quòd ſingulis diebus in eccleſiis & monaſteriis miſſæ celebrentur, & alia dicuntur divina officia ſicut prius: ſubmiſſa tamen voce & januis clauſis, excommunicatis ac interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis. Et tam canonici, quàm clerici eccleſiarum, in quibus diſtributiones quotidianæ illis, qui horis interſunt canonicis tribuuntur, ſi ad officia non venerint ſuprà dicta, diſtributiones eaſdem amittant: ſicut interdicto perderent non extante, ſi divinis officiis non adeſſent. In feſtivitatibus verò natalis Domini, Paſchæ, ac Pentecoſtes, & aſſumptionis virginis glorioſæ, campanæ pulſentur, & januis apertis alta voce divina officia ſolenniter celebrentur, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis admiſſis: quibus ob reverentiam dictarum ſolennitatum (ut ipſi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum *a* facilius inclinentur) præfatis diebus participationem permittimus divinorum: ſic tamen quòd illi, propter quorum exceſſum interdictum hujuſmodi eſt prolatum, altari nullatenus appropinquent. Cæteris, quæ circa obſervationem interdictorum à noſtris ſunt prædeceſſoribus inſtituta, in ſuo robore duraturis: non obſtantibus quibuſvis privilegiis, eccleſiis, monaſteriis, ordinibus, religionibus, ſeu perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus, vel regularibus, exemptis & non exemptis, ſub quavis forma vel expreſſione verborum ab Apoſtolica ſede conceſſis, quæ contra tenorem præſentis conſtitutionis nullis volumus ſuffragari, cùm quibuſlibet tam ſecularibus, quàm regularibus ſufficere debeat, ut tempore interdicti modo præmiſſo diebus celebrent ſuprà dictis.

# DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

## TITVLVS XII.

## CAP. I.

*Declarat hic Innocentius quid ſignificet verbum privilegii: recipimus vos in proprios filios eccleſiæ Romanæ: & quis locus dicatur eſſe deſertus. hoc dicit. Ioann. Andr.*

Innocentius quartus.

VEniens: *& infrà.* Per illa verba privilegii: in ſpeciales & proprios eccleſiæ Romanæ filios vos recepimus: dictos fratres exemptos non intelligi, & ipſos ex illo in proprios ejuſdem eccleſiæ filios fuiſſe receptos, quòd ab alio quàm à Romano Pontifice, vel legato ab ejus latere *b* deſtinato, interdici vel excommunicari à quoquam non valeant, declaramus. Illum locum deſertum in præmiſſis intelligimus, qui non habitatus penitus, neque cultus fuerit, vel ultra memoriam hominum, ſecundùm indulgentiam Lucii eſt ſub Saracenorum poteſtate detentus: cenſentes eccleſias in talibus deſertis locis, à fratribus ipſis conſtructas, ſeu etiam conſtruendas, in eo plena libertate gaudere, ut ſecundùm indulgentiam Lucii.

a *alit. injecerit.* b *al. ullius.* c *Vid. l. 1. C. de cad. tol. ubi dicit Bald. quòd ſicut medicus ſecundùm tempora alterat medicinas, ita legiſlator leges. Font.* d *aliter, ita: ſed & viventes.* e *Nam in mortis articulo nulla eſt caſuum reſervatio: atque ideò omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt. ita Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de caſuum reſervatione.*

a *al. effectum.* b *Pet. de Anchar. negat per hunc text. probari, legatos cognoſcere poſſe de cauſis exemptorum, quia hic eſt privilegium, non jus commune. Non æquiparantur ordinariis, qui exemptos non judicant. not. ſub de offi. leg. tranſlatione. Fon.*

nihil ab ipſis legis diœceſanæ nomine valeat per Epiſcopos exigi: quæ (ſecundùm privilegium Alexandri) non poſſint interdicto, ſeu excommunicatione ſupponi: quas in locis hujuſmodi dicti fratres habeant poteſtatem (petita à ſede apoſtolica licentia) conſtruendi, easque cum ſuis plebibus per ſuos clericos idoneos gubernent, qui ratione plebium examinandi Epiſcopis præſententur: ut ab eis curam recipiant animarum, cùm plebes Epiſcopis ſint ſubjectæ. Cæterùm dicti fratres decimas de laboribus & novalibus ſuis, quos propriis manibus aut ſumptibus excolunt, aut aliis bonis ſibi à Deo præſtitis, conventibus clericorum ordinis ſui (à quibus quarta vel tertia nullatenus exigatur) cum integritate perſolvant: ſalva moderatione concilii generalis.

In aliis eorum poſſeſſionibus jure communi, ſeu quolibet alio eccleſiis parœcialibus, diœceſano Epiſcopo reſervato: Per declarationem autem hujuſmodi nolumus defenſionibus aliis, ſeu juribus partium derogari.

## CAP. II.

*Declarat manifeſtum & evidens eſſe ſynonyma, & idem ſignificare, quoad caſum decret. de elect. Si fortè. Ioan. And.*

Nicolaus tertius *a*.

CONſtitutionem felicis recordationis Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri editam in concilio Lugdunen. ut ſi fortè inter cætera quæ objiciuntur electo, aut poſtulato, ſeu aliàs promovendo ad aliquam dignitatem, evidentem ſcientiæ, vel alium perſonæ defectum opponi contingat, de illo primitùs cognoſcatur: & ſi opponentem inventum fuerit deſtitui veritate, à cauſæ illius proſecutione totaliter ſit excluſus, & aliàs puniatur, ac ſi in objectorum probatione omnium defeciſſet: in illo, qui manifeſtum defectum in viſu, auditu, & aliis corporis *b* ſenſibus, nec non & in memoria, & etiam intellectu opponit electo, locum habere: ac quòd ad intentionem conſtitutionis ipſius, manifeſtum & evidens, idem ſupponere declaramus.

*Declarat conſpiratores & conjuratores, qui juraverunt & ſtatuerunt de non recipiendo aliquem in canonicum ad mandatum Papæ, donec poſſent reſiſtere. Ioan. And.*

Cæterùm canonicos cujuſvis eccleſiæ, qui ſtatutum fecerunt ſolenniter, & juramento firmarunt, quòd eccleſiam ſuam & ſe ipſos contra omnes impetrantes canonicarum ipſius eccleſiæ defenderent, uſque ad jus vel ſententiam, quantum poſſent, ad judicium domini Papæ, vel ſpecialis mandati ejuſdem: & quòd communibus expenſis, ac cum procuratorio ſigillo capituli ſigillato eadem defenſio fieret: & quòd, quandiu aliquis de canonicis ejuſdem eccleſiæ defenſionem hujuſmodi, & oppoſitionem vellet prædicto modo ſubire, alii canonici non poſſent nec deberent recipere in canonicum, nec habere pro canonico in capitulo, vel extra capitulum impetrantem: conſpiratores & conjuratores contra ſanctam Romanam eccleſiam, ac libertatem, obedientiam & auctoritatem ipſius decernimus, & eoſdem tanquam conſpiratores ac conjuratores ſecundùm ſanctiones canonicas puniendos.

*Statutum de non recipiendo aliquem ad Papæ mandatum, multis ex cauſis eſt deteſtabile & illicitum. h. d.*

Statutum quoque ipſum (quod capitulo prælibato & ſingulis ejus perſonis libertatem, obedientiam eidem eccleſiæ Romanæ debitam exhibendi ſaltem uſque ad ſententiam, & *c* pontificum Romanorum judicium, ſeu ſpeciale mandatum, liquidò interdicit, promptum futurorum gravaminum & expenſarum diſcrimen ingerens, contra legitimas ſanctiones laudabile votum execrantium lites vetat, injuſtam litem movere compellit, iniquæ controverſiæ, ſeu liti cedendo, bonam fidem ſeu conſcientiam agnoſcere prohibet, & uſque ad peccandum) conſpirationem & conjurationem continere contra libertatem & auctoritatem ſedis Apoſtolicæ manifeſtè, ac aliàs deteſtabile, prorſusque illicitum reputamus.

## CAP. III.

*Conſtitutio ampliſſima penè cunctas declarans hæſitationes quæ circa divi Franciſci regulam contingere poſſunt: præſertim an fratres minores (quos cordigeros vocant) illius regulæ profeſſores, ſint ad omnia evangelii conſilia obligati. Et utrum aliquid proprium habere, & pecuniam recipere, legataque ſibi relicta ſuſcipere valeant: cum multis aliis ambiguitatibus hic latius reſolutis.*

Idem.

EXiit qui ſeminat *a* ſeminare ſemen ſuum. De ſinu Patris in mundum, veſte ſcilicet humanitatis indutus Dei filius Ieſus Chriſtus, verbum evangelium ſaturus in ſingulos probos & reprobos, inſipientes & ignaros, ſtudioſos & deſides, & juxta prophetam omnibus futurus, in terram ſemen ſuum doctrinam evangelicam ſine delectu diſperſit in omnes, qui omnia tracturus ad ſe, omnes ſalvare venerat: qui tandem ſeipſum Deo patri pro ſalute omnium in redemptionis humanæ precium immolavit. Licet autem hoc ſemen in ſingulos communicativa Dei charitate diſperſum, aliud ceciderit ſecus viam, ſuper corda ſcilicet dæmonum ſuggeſtionibus pervia: aliud ſupra petram, corda ſcilicet nullo fidei vomere penetrata: aliud inter ſpinas, corda ſcilicet hominum divitiarum ſolicitudinibus lacerata. Et ideò unum pravis affectibus conculcatum, aliud aridum, quia gratiæ carebat humore, reliquum verò legitur inordinatis ſolicitudinibus ſuffocatum. Aliud tamen mite cor & docile, terra bona, ſuſcepit: hoc eſt minorum fratrum mitis & docilis in paupertate humilitate per almum Chriſti confeſſorem Franciſcum radicata religio: qui ex illo vero ſemine germinans germen illud, per regulam ſparſit in filios, quos ſibi & Deo per ſuum miniſterium in obſervatione evangelii generavit. Iſti ſunt filii, qui docente Iacobo verbum æternum Dei filium, inſitum humanæ naturæ in horto virginalis uteri, potens ſalvare animas, in manſuetudine ſuſceperunt. Hi ſunt illius ſanctæ regulæ profeſſores, quæ evangelico fundatur eloquio *b*, vitæ Chriſti roboratur exemplo, fundatoris militantis eccleſiæ, Apoſtolorum ejus ſermonibus actibusq; firmatur. Hæc eſt apud Deum & Patrem munda & immaculata religio, quæ deſcendens à Patre luminum per ejus filium exemplariter & verbaliter Apoſtolis tradita, & demde per Spiritum Sanctum beato Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata, totius in ſe quaſi continet teſtimonium Trinitatis. Hæc eſt, cui (atteſtante Paulo Apoſtolo) nemo de cætero debet eſſe moleſtus: quam Chriſtus ſtigmatibus ſuæ paſſionis confirmavit, volens inſtitutorem ipſius paſſionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri. Sed nec ſic contra fratres ipſos minores, & regulam hoſtis antiqui ceſſavit aſtutia, quin potius contra eos nitens ſuperſeminare zizaniam, interdum æmulatores agitatos invidia, iracundia, & indiſcreta inſcitia concitavit: mordentes fratres & eorum regulam, quaſi illicitam, inobſervabilem, & diſcriminoſam, caninis latratibus lacerantes, non attendentes hanc ſanctam regulam (ut prædicitur) præceptis ac monitis ſalutaribus inſtitutam, apoſtolicis obſervationibus roboratam, & per plures Romanos Pontifices *c* approbatam, &

a *In pleriſq. antiquis codicib. etiam impreſſu ita: Nicolaus quartus.* b *al. corporeis.* c *al. & pontificis & Romani, &c.*

a *In antiquioribus codicib. etiam impreſſu ita, Exiit qui ſeminat, & infra: & mox ſequitur decretalis Privilegium. ex prima etiam gloſſa hic conſtat olim non fuiſſe ſolitam apponi integram, ſed decisè ad initium tantum.* b *Non tamen per omnia, ut in extra. quorundam. §. adhuc. Font.* c *Honorium III. Innocentium III. Gregorium IX. Font.*

etiam

etiam per ſedem Apoſtolicam confirmatam, tot divinis teſtimoniis communitam, quæ credibilia facta ſunt nimis in tot ſanctis viris *a*, in obſervantia hujus regulæ agentibus & finientibus dies ſuos, quorum nonnullos ſanctorum Cathalogo ſedes eadem ex eorum vitæ & miraculis fecit aſſcribi. Ac noviſſimè, quaſi diebus iſtis, per piæ memoriæ Gregorium Papam nonum, prædeceſſorem noſtrum approbatam eſſe, ex evidenti utilitate, quam de ipſa conſequitur univerſalis eccleſia, in generali Lugdunenſi concilio declaratur. Nec nos minus attendimus, imò profundius cogitamus, ſicut penſare debent ſubtilius cæteri catholicæ fidei profeſſores: quia ipſe Deus ordinem prædictum & ejus obſervatores inſpiciens, ſic eos inſurgentibus in ipſos rancoribus ſalutari ſubſidio præſervavit, quòd nec ipſos fluctus tempeſtuoſus alliſit, nec animos in ordine ipſo degentium conſtravit: quin potius in vigore regulari convaleſcant & amplientur in ſuorum obſervantia mandatorum. Veruntamen, ut ordo prædictus (quibuslibet præciſis anfractibus) diſtincta & pura vigeat claritate, & ſicut fratres ejuſdem ordinis nuper in generali capitulo congregati providerant, dilectis filiis generali & nonnullis aliis provincialibus ejuſdem ordinis miniſtris, qui in capitulo ipſo convenerant, in noſtra præſentia conſtitutis, cùm ad plenam obſervationem regulæ ejuſdem in vigore ſpiritus eorum fervere noſcatur intentio: Viſum eſt nobis (ut mordacibus hujuſmodi mordendi vias præcluderemus) aliqua, quæ in ipſa regula videri poterant dubia declarare: nonnulla per prædeceſſores noſtros etiam declarata pleniori clarione diſſerere: in aliquibus etiam regulam ipſam contingentibus puritati eorundem conſcientiæ providere. Nos autem, qui à teneris annis ad ordinem ipſum affectus noſtros *b* ereximus, in illis ſuccedendo, cùm aliquibus ejuſdem confeſſoris ſociis, quibus ejus vita & converſatio nota erat, ſuper ipſa regula & ſancta ipſius beati Franciſci intentione frequenti collatione tractavimus. Et tandem cardinalis, ac poſtmodum ejuſdem ordinis per prædictam ſedem gubernator & protector, & corrector effecti, conditiones prædicti ordinis ex imminenti nobis cura palpavimus in apoſtolatus officio: tam de pia intentione confeſſoris prædicti, quàm de iis, quæ regulam ipſam & ejus obſervantiam contingunt: ex prædictis longa etiam experientia informati, noſtros ad ordinem præfatum convertimus cogitatus. Et tam ea, quæ per eoſdem prædeceſſores approbata & declarata eſſe noſcuntur, quàm etiam ipſam regulam & eam contingentia, maturitate plena diſcuſſimus. Nonnulla in præſenti ſerie ſtatuimus, declaravimus, certius approbavimus, approbata confirmavimus, edidimus, & conceſſimus, plura etiam ordinando ſeriuſius & clarius, quæ infra ſcriptis articulis plenius exprimuntur. In primis, quia (ſicut intelleximus) ab aliquibus hæſitatur, an fratres ejuſdem ordinis, tam ad conſilia, quàm ad præcepta evangelii teneantur: tum quia in regulæ prædictæ principio habetur, Regula & vita minorum fratrum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum evangelium obſervare, vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate: tum ex eo, quòd in eadem regula continetur ſic: Finito verò anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper & regulam obſervare: tum etiam, quia in fine ipſius regulæ continentur hæc verba, paupertatem, & humilitatem, ac ſanctum evangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſervemus.

a *Quos ponit Ant. circa finem tertiæ part. ſuæ chronic.* b *Idem dicit Ioann. 22. in extravag. quorundam. ver. nunc verò. poſt princ. Font.*

Licet felicis recordationis Gregorius Papa nonus prædeceſſor noſter hunc articulum & nonnullos alios ejuſdem regulæ declaravit: quia tamen ejus declaratio propter aliquorum inſurgentium in fratres & regulam inordinatos vel mordaces inſultus, & multorum poſtea emergentium caſuum conſiderandos eventus, in aliquibus obſcura, in aliquibus ſemiplena, & in multis etiam contentis in ipſa regula inſufficiens videtur: Nos obſcuritatem ac inſufficientiam hujuſmodi præfatæ interpretationis declaratione amovere volentes, & cujuſlibet ambiguitatis ſcrupulum in eiſdem de ſingulorum mentibus plenioris expoſitionis certitudine amputare.

Dicimus, quòd cùm in principio regulæ non abſolute, ſed cum quadam modificatione, ſeu ſpecificatione ponatur: Regula & vita minorum fratrum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare, vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate: quæ tria eadem regula multum arctè proſequitur, & nihilominus alia nonnulla ſubnectit, præcipiendo, prohibendo, conſulendo, monendo, hortando, & ſub aliis verbis, ad aliquem modorum reducibilibus prædictorum: de intentione regulæ liquere valeat apertius: ut illud, quod in profeſſione, quaſi abſolutè, ſubnecti videtur, promittentes vitam iſtam ſemper & regulam obſervare, & quod in fine ſubjungitur, & ſanctum Evangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſervemus: totum ad ipſius regulæ modificatum, vel determinatum, ſeu ſpecificatum principium reducatur: videlicet ad obſervantiam Evangelii (ut prædicitur) per ipſam regulam in illis tribus modificatam, vel determinatam, ſeu ſpecificatam. Cùm non ſit veriſimile ipſum factum verbum ab ipſo ſemel cum quadam modificatione, vel determinatione, ſeu ſpecificatione prolatum, licet quaſi ſuccinctoriè repetitum, voluiſſe in ſui repetitione data ſibi per eum modificatione ſeu ſpecificatione ſine certa cauſa carere. Et utriuſque juris argumenta nos doceant *a*, ea quæ in medio, ad finem atque principium, & ea quæ in fine, ad utrunque vel eorum alterum ſæpè referri. Et dato, quòd abſolutè diceretur omninò, promitto ſanctum Evangelium obſervare: non *b* profeſſor hujuſmodi intenderet ſe ad omnem conſiliorum obſervantiam obligare: quod vix aut nunquam poſſet ad literam obſervare: propter quod talis promiſſio illaqueare profitentis animum videretur. Clarè videtur promiſſionem hujuſmodi ad alium intellectum abſque intentione promittentis non debere perſtringi: niſi ut obſervantia Evangelii ſit, ſicut tradita reperitur à Chriſto, videlicet quòd præcepta ut præcepta, & conſilia ut conſilia à promittentibus obſerventur. Quem intellectum etiam in eiſdem verbis habuiſſe idem beatus Franciſcus in ſerie ſui proceſſus in regula patenter oſtendit: cùm aliqua Evangelica conſilia indicat, ut conſilia, ſub verbis monitionis, exhortationis & conſilii, nonnulla verò ſub prohibitione ac verbo præcepti: per quod patet, quòd non fuit loquentis intentio *c*, quòd fratres ex profeſſione hujuſmodi regulæ ad omnia conſilia, ſicut ad præcepta Evangelica tenerentur: ſed ſolum ad illa conſilia, quæ in eadem regula præceptoriè vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus ſunt expreſſa. Vnde nos ad fratrum ejuſdem ordinis conſcientias plenariè ſerenandas declaramus, quòd ex profeſſione ejuſdem regulæ, fratres ipſi ad ea tantùm Evangelica obſervanda conſilia ſunt adſtricti, quæ in ipſa regula præceptoriè vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus

a *Quæ vide in gloſſ. rubr. infrà eod. de reg. jur. tit. prox. Font.* b *alit. cum profeſſor, &c.* c *Ecce ex verbis colligitur intentio. Font.*

exprimuntur. Ad nonnulla verò alia per evangelium data conſilia eò magis, ſecundùm exigentiam ſui ſtatus, tenentur, plus quàm cæteri Chriſtiani, quò per ſtatum perfectionis, quem per profeſſionem hujuſmodi aſſumpſerunt, ſe obtulerunt Domino holocauſtum medullatum, per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem, quæ in ipſa regula continentur, tam præcepta quàm conſilia, quàm cætera ex voto profeſſionis hujuſmodi, non aliter tenentur, quàm eo modo, quo in regula ipſa traduntur: ut ſcilicet teneantur ad eorum a obſervantiam, quæ in eadem regula ipſis ſub verbis obligatoriis indicuntur. Cæterorum verò obſervantiam, quæ ſub verbis monitoriis, exhortatoriis, informatoriis, & inſtructoriis, ſeu quibuſcunque aliis continentur: eatenus magis condecet de bono & æquo eos proſequi, quo imitatores tanti patris effecti Chriſti ſemitas elegerunt. Porrò cùm ipſa regula expreſsè contineat, quòd fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſitque declaratum per eundem prædeceſſorem noſtrum Gregorium nonum, & nonnullos alios, hoc ſervare debere, tam in ſpeciali, quàm etiam in communi: quam ſic arctam abdicationem venenoſis obtrectationibus aliquorum inſenſata damnaverit aſtutia, ne fratrum eorundem perfectionis claritas in talium imperitis ſermonibus laceretur: dicimus quòd abdicatio proprietatis hujuſmodi omnium rerum non tam in ſpeciali, quàm etiam in communi propter Deum meritoria eſt & ſancta: quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens, verbo b docuit & exemplo firmavit: quamque primi fundatores militantis eccleſiæ, prout ab ipſo fonte hauſerant, volentes perfectè vivere, per doctrinæ ac vitæ exempla in eos derivarunt. Nec his quiſquam putet obſiſtere, quòd interdum dicitur Chriſtum loculos habuiſſe: nam ſic Ieſus Chriſtus, cujus perfecta ſunt opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret: ſic infirmorum perſonam Chriſtus ſuſcepit in loculis: ſic & in nonnullis aliis infirma humanæ carnis aſſumens (prout evangelica teſtatur hiſtoria) non tantùm carne, ſed & mente condeſcendit infirmis. Sic enim humanam naturam aſſumpſit, quòd in ſuis operibus perfectus exiſtens, in noſtris factus humilis, in propriis permanſit excelſus. Sic & ſummæ charitatis dignatione ad actus quoſdam noſtræ imperfectioni conformes inducitur, quòd à ſummæ perfectionis rectitudine non curvatur. Egit namque Chriſtus & docuit opera perfectionis. Egit etiam infirma, ſicut interdum & in fuga patet & loculis: ſed utrumque perfectè perfectus exiſtens, ut perfectis & imperfectis ſc. viam ſalutis oſtenderet, qui utroſque ſalvare venerat: qui tandem mori voluit pro utriſque. Nec quicquam ex his inſurgat erroneè, quòd taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tanquam homicidæ ſui vel tentatores Dei vivendi diſcrimini ſe committant: ſic enim ſeipſos committunt divinæ providentiæ in vivendo, ut viam non contemnant proviſionis humanæ: quin vel de iis, quæ offeruntur liberaliter, vel de iis, quæ mendicantur humiliter, vel de iis, quæ conquiruntur per laboricium ſuſtententur, qui triplex vivendi modus in regula providetur expreſsè. Profectò ſi (juxta promiſſum ſalvatoris) nunquam deficiet fides eccleſiæ, per conſequens nec opera miſericordiæ ſubtrahentur: ex quo Chriſti pauperibus omnis ratio diffidentiæ cujuſlibet videtur eſſe ſublata. Et quidem ubi (quod non eſt aliquatenus præſumendum) hæc cuncta deficerent, ſicut nec cæteris, ſic nec ipſis fratribus, jure poli, in extremæ neceſſitatis articulo, ad providendum ſuſtentationi naturæ, via omnibus extrema neceſſitate detentis conceſſa, præcluditur: cùm ab omni lege eatenus neceſſitas ſit exempta: nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ, renunciationem uſus aliquam videatur inducere: nam cùm in rebus temporalibus ſit conſiderare præcipuum, proprietatem, poſſeſſionem, uſumfructum, jus utendi, & ſimplicem facti uſum, & ultimo tanquam neceſſario egeat, licet primis carere poſſit vita mortalium: nulla prorſus poteſt eſſe profeſſio, quæ à ſe uſum neceſſariæ ſuſtentationis excludat: verùm condecens fuit ei profeſſioni, quæ ſponte devovit Chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari, omnium abdicare dominium & rerum ſibi neceſſarum neceſſario uſu fore contentam. Nec per hoc, quòd proprietatem uſus, & rei cujuſque dominium à ſe abdicaſſe videtur, ſimplici uſui omnis rei renunciaſſe convincitur: qui inquam uſus, non juris, ſed facti tantummodo nomen habens, quod facti eſt tantum, in utendo præbet utentibus, nihil juris: quinimò neceſſariarum rerum, tam ad vitæ ſuſtentationem, quam ad officiorum ſui ſtatus executionem (excepto quod de pecunia infrà ſubjungitur) moderatus uſus, ſed ſecundùm eorum regulam & veritatem omnimodam, conceſſus eſt fratribus: quibus rebus fratres licitè uti poſſent durante concedentis licentia, & juxta id, quod in præſenti ſerie continetur. Nec his obviare dignoſcitur, quod civilis providentia in humanis rebus humanè conſtituit: videlicet non poſſe uſum vel uſumfructum à dominio perpetuò b ſeparari: quod ne dominium dominis (ſemper abſcedente uſu) redderetur inutile, temporalem utilitatem tantùm in conſtituendo proſpiciens iſta decrevit. Retentio namque dominii talium rerum cum conceſſione uſus facta pauperibus, non eſt infructuoſa domino, cùm ſit meritoria ad æterna, & profeſſione pauperum opportuna, quæ tantò ſibi cenſetur utilior, quantò commutat temporalia pro æternis. Profectò non fuit confeſſoris Chriſti regulam inſtituentis intentio: quinimò contrarium in ipſa conſcripſit, contrarium vivendo ſervavit, cùm & ipſe temporalibus ad neceſſitatem uſus fuerit, & in pluribus locis in regula uſum talem licere fratribus manifeſtet. Dicit namque in regula, quòd clerici faciant divinum officium ex quo habere poterunt breviaria: ex hoc patenter inſinuans, quòd fratres ſui habituri eſſent uſum breviarii & librorum, qui ſunt ad divinum officium opportuni. In alio quoque capitulo dicitur, c quòd miniſtri & cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & aliis fratribus induendis, per amicos ſpiritales ſollicitam curam gerant, ſecundùm loca & tempora & frigidas regiones, ſicut eorum neceſſitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres, per congruum laboris exercitium ad otium evitandum, dicit, quòd de mercede laboris pro ſe & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant. In alio quoque capitulo continetur, quòd fratres vadant pro eleemoſynis confidenter. Habetur c etiam in eadem regula, quòd in prædicatione, quam fratres faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia ad utilitatem & ædificationem populi: annunciando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam. Sed conſtans eſt, quòd hæc præſupponunt ſcientiam: ſcientia requirit ſtudium: exercitiū vero ſtudii cōvenienter haberi non poteſt, ſine uſu librorum d.

a *Verba obligatoria ſunt: teneantur, habeant, & alia declarata in Clem. exivi. §. ut autem hac. §. præterea eum. Font.*

b *Extravagant. quia quorundam. declarat hæreticum aſſerere, quòd Chriſtus nec in ſpeciali, nec in commumi proprium habuerit. Font.*

a *De conſec. diſt. 1. ſicut & infr. ead. diſt. 4. c. ſanctum. c. quid non eſt. cum gl. de reg. jur. Font.* b *Vid. l. omnium. ff. de uſuf. l. antiquas. C. eod. Font.* c *Vid. conc. Trid. ſeſſ. 5. de reform. c. 2.*

d *Libri ſunt ad ſcientiam neceſſarii, vide Oldrad. conſ. 84. nunquam expediat habere multos libros.*

Et

Ex quibus omnibus ſatis claret ex regula, ad victum, veſtitum, divinum cultum & ſapientiale ſtudium, neceſſariarum rerum uſum fratribus eſſe conceſſum. Pateat itaque ſanè intelligentibus ex prædictis, regulam quoad abdicationem hujuſmodi, non ſolùm obſervabilem, poſſibilem & licitam, ſed meritoriam & perfectam: & eò magis meritoriam, quò per ipſam profeſſores ipſius magis à temporalibus propter Deum (ſicut prædicitur) elongantur. Ad hæc cùm fratres ipſi nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum ordini poſſint etiam in communi, & cùm aliquid propter Deum ipſis offertur, conceditur, vel donatur, ea (ſi ſecus non exprimitur) offerentis, concedentis, vel donantis, veriſimiliter credatur intentio, ut rem hujuſmodi oblatam, conceſſam, vel donatam perfectè concedat, donec auferat, à ſe abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum, nec ſit perſona, in quam loco Dei congruentius hujuſmodi rei dominium transferat, quàm ſedes præfata vel perſona Rom. Pontif. Chriſti vicarii, qui pater eſt omnium, & fratrum minorum nihilominus ſpecialis. Ne talium rerum ſub incerto videatur eſſe dominium, cùm patri filius ſuo modo, ſervus domino, & monachus monaſterio res ſibi oblatas, conceſſas vel donatas acquirant, omnium utenſilium & librorum, ac eorum mobilium præſentium futurorum, quæ & quorum uſumfructum ſcilicet ordinibus vel fratribus ipſis licet habere, proprietatem & dominium a (quod & ferè Innoc. Papa IV. prædec. noſter feciſſe dinoſcitur) in nos & Romanam eccleſiam planè & liberè pertinere hac præſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſancimus. Præterea loca empta de eleemoſynis diverſis, & oblata ſeu conceſſa fratribus, ſub quacunque forma verborum (licet fratres ſibi cavere debeant, quod hujuſmodi verbis ſtatui ſuo incompetentibus non utantur) à diverſis ſeu pro indiviſo poſſidentibus, ſeu certas partes in ipſis locis habentibus, in quibus ipſi poſſidentes pro indiviſo, ſeu certas partes habentes nihil ſibi in oblatione ſeu conceſſione hujuſmodi reſervaverint: ſimiliter & in jus & dominium ac proprietatem noſtram & eccleſiæ prædictæ eadem auctoritate ſuſcipimus. Loca verò ſeu domos pro habitatione fratrum à ſingulari perſona vel collegio vel ipſis fratribus ex integro concedenda ſeu etiam offerenda (ſi talis de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perſeverante tantùm voluntate concedentis inhabitent. Ac illa liberè præter eccleſiam & oratoria ad eccleſiam deſtinata, & cœmeterium, quæ tam ad præſentia, quàm ad futura, in jus ad proprietatem noſtram & prædictæ Romanæ eccleſiæ ſimili modo & auctoritate recipimus, mutata concedentis voluntate, ac ipſis fratribus patefacta dimittant: in quorum locorum dominio ſeu proprietate nihil nobis vel præfatæ Romanæ eccleſiæ retinemus omninò: niſi ea ſpecialiter de novo ſeu ipſius Romanæ eccleſiæ recipiantur aſſenſu, & ſi in eiſdem locis reſervaverit dominium ſibi in concedendo concedens, præter inhabitationem fratrum ſpeciale b dominium in jus eccleſiæ ſæpedictæ non transeat: ſed potius plenè liberum maneat concedenti. Inſuper nec utenſilia, nec alia præter eorum uſum ad neceſſitatem & officiorum ſui ſtatus executionem (non enim omnium rerum uſum habere debent ut dictum eſt) ad ullam ſuperfluitatem, divitias, ſeu copiam, quæ deroget paupertati, vel ad theſaurizationem, vel eo animo, ut ea diſtrahant, ſive vendant, recipiant, nec ſub colore providentiæ in futurum, nec alia occaſione: quinimò in omnibus appareat in eis, quoad dominium omnimoda abdicatio, & in uſu neceſſitas. Hoc autem ſecundùm exigentiam perſonarum & locorum, miniſtri & cuſtodes ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & cuſtodiis cum diſcretione diſponant: cùm de talibus interdum perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circumſtantiæ plus minúſve, ac aliter pcovideri requirant: iſta tamen ſic faciant quod ſemper in eis & eorum actibus paupertas ſancta reluceat, prout ipſis ex eorum regula invenitur indicta. Cæterùm cùm in eadem regula ſit ſuper præcepti diſtrictione prohibitum, ne fratres recipiant per ſe vel per alios denarios vel pecuniam ullo modo: idque fratres in perpetuum ſervare cupiant, & velut injunctum neceſſe habeant adimplere: ne ipſorum puritas in hujuſmodi obſervatione præcepti maculetur in aliquo, & ne fratrum conſcientiæ aliquibus aculeus ſtimulentur. Articulum iſtum propter detrahentium morſus profundius, quàm noſtri prædeceſſores fecerint aſſumentes, ac ipſum clarioribus determinationibus proſequentes, dicimus in primis, quòd fratres ipſi à mutuis contrahendis abſtineant, cùm eis mutuum contrahere (ipſorum ſtatu conſiderato) non liceat a: poſſint tamen ipſi pro ſatisfactione facienda, pro eorum neceſſitatibus, quæ pro tempore occurrerint (ceſſantibus eleemoſynis, de quibus ſatisfieri commodè tunc non poſſet) citra cujuſlibet obligationis vinculum dicere, quòd per eleemoſynas & alios amicos fratrum ad ſolutionem hujuſmodi faciendam intendant fideliter laborare. Quo caſu procuretur à fratribus, quòd ille, qui dabit eleemoſynam, per ſe vel per alium, non nominandum ab ipſis, ſi fieri poterit, ſed ab eo potius juxta ſuum beneplacitum aſſumendum, hujuſmodi ſatisfactionem faciat in totum vel in partem, prout ſibi dominus inſpirabit. Si tamen ipſe hoc nollet facere, vel non poſſet, vel quia receſſus ejus immineat, aut quia quibus hoc velit committere, notitiam non habet fidelium perſonarum, ſeu quacunque alia occaſione vel cauſa: declaramus & dicimus, quòd in nullo regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipſius obſervantia maculatur, ſi fratres ipſi alicujus vel aliquorum ſibi curent dare notitiam, vel aliquos ſeu aliquem nominare, aut etiam præſentare: cui vel quibus ſi eleemoſynam facienti placuit, committi poſſit executio prædictorum, ac ipſius habeatur aſſenſus ſuper ſubrogationibus infrà ſcriptis. Ita tamen, quòd penes ipſum dantem dominio, proprietate, ac poſſeſſione ipſius pecuniæ cum libera poteſtate revocandi ſibi pecuniam ipſam ſemper uſque ad converſionem ipſius in rem deputatam, plenè, liberè, ac integrè remanentibus, in ipſa pecunia nihil omninò fratres juris habeant, nec adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem, nec contra perſonam nominatam, vel non nominatam ab eis, cujuſcunque conditionis exiſtat, in judicio, vel extra, actionem, perſecutionem, aut aliquod aliud jus intentent, qualitercunque perſona prædicta in commiſſione hujuſmodi ſe habeat: liceat tamen fratribus ſuas neceſſitates inſinuare, ac ſpecificare; vel exponere perſonæ prædictæ, ac eam rogare, quòd ſolvat b. Poſſint etiam perſonam eandem exhortari ac inducere, quòd fideliter in re commiſſa ſe habeat, & animæ ſuæ ſaluti in commiſſa ſibi executione provideat. Ita tamen, quòd ab omni ejuſdem pecuniæ adminiſtratione, ſeu diſpenſatione, & contra prædictam perſonam actione ſeu perſecutione (ut prædictum eſt) fratres abſtineant omnimodò. Si verò perſonam hujuſmodi nominatam, vel non nominatam à fratribus (quòd minùs per ſe poſſit exequi, quod prædicitur) contigerit per abſentiam, infirmitatem, volunta-

a De hoc dominio vide extrav. Ioann. 22. incip. ad conditorem canonum. tit. de verb. ſignific. & extravag. quorundam. eod. tit. b al. tale.

a *Quia tibi de meo fit tuum, quod pronomen fratri minori non convenit: & hanc proviſionem circa pecuniam approbat Clemen. exivi. ibi vide à §. porrò. uſque ad §. proinde. Font.*
b *Quid de heredibus talis perſonæ; vide infrà eod. §. in eo caſu, Font.*

tem, ſeu locorum diſtantiam, ad quæ ipſe nollet accedere, in quibus eſſet ſolutio ſeu ſatisfactio facienda, vel per occaſionem aliam impediri: liceat fratribus cum conſcientiæ puritate quandam aliam perſonam ſubrogandam ad præmiſſa in nominando & aliis (ſi ad primam dantem non poſſint vel nolint habere recurſum) cum iſta perſona facere, ſicut ſuprà proximè declaravimus ei licere cum prima: duarum enim perſonarum miniſterium per viam ſubrogationis (ut dictum eſt) communius & generalius videtur poſſe in prædictorum executione ſufficere, cùm prædicta ſatisfactio præſumatur poſſe celeriter expediri. Si tamen (ut interdum dictum eſt) propter locorum diſtantiam, in quibus eſſet ſatisfactio facienda, & conditiones ſeu circumſtantias alias, caſus emergeret, in quo videretur plurium perſonarum ſubrogandarum miniſterium opportunum: liceat ipſis fratribus in hoc caſu juxta negotii qualitatem (ſervato modo prædicto) plures perſonas aſſumere, nominare, ſeu præſentare ad iſtud miniſterium exequendum. Et quia oportet & expedit fratrum neceſſitatibus, non ſolùm illis, pro quibus jam eſſet ſolutio ſeu ſatisfactio facienda (ut ſuperius proximè dictum eſt) ſed etiam imminentibus, ſive tales neceſſitates ingruentes immineant, quæ brevi tempore expediri valeant ſive tales, licet paucæ comparativè, quarum proviſio ex ſui conditione neceſſariò tractum *a* temporis habet: ut in libris ſcribendis, eccleſiis ſeu ædificiis ad uſum habitationis ipſorum conſtruendis, libris & pannis in locis remotis emendis, & aliis ſimilibus, ſi quæ occurrerint, cum moderamine ſupradicto ſalubriter provideri. Sic in iſtis neceſſitatibus clarè diſtinguimus, ſic in eis fratres poſſe tutè & ſalva conſcientia procedere declaramus: videlicet ut ingruenti vel imminenti neceſſitate, quæ brevi tempore, vel quæ interdum ex aliquibus circumſtantiis non ſic brevi (ut ſuprà in proximo caſu dictum eſt) valeat expediri: tam quoad dantem eleemoſynam, quàm quoad nominatum vel ſubſtitutum in omnibus & per omnia (ſicut in articulo ſolutionis pro neceſſitatibus præteritis faciendæ ſuprà proximè declaravimus) procedatur. In ea verò neceſſitate quantumcunque præſentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate ſui (ut prædicitur) tractum temporis habet innexum *b*, quia in eo caſu veriſimile eſt, quòd tum ratione diſtantiæ locorum, quæ expeditio neceſſitatis ipſius ex ſui conditione requireret: tum etiam circumſtantiarum ipſius neceſſitatis ratione penſata frequenter caſus acciderent, in quibus ad expeditionem neceſſitatis hujuſmodi oporteret, quòd per diverſas manus & perſonas tranſiret pecunia neceſſitati hujuſmodi deputata: quarum omnium perſonarum impoſſibile quaſi eſſet dominum principalem pro ipſa neceſſitate pecuniam deputantem, ſeu etiam ſubſtitutum ab eo, & tertium etiam ab ipſo ſubſtituto (ſi caſus talis accideret) poſtea ſubrogarum habere notitiam: declaramus, & dicimus, quòd in hoc articulo, præter dictos duos modos in neceſſitatibus præteritis & ingruentibus, quæ poſſint brevi tempore vel interdum non brevi (ut ſuprà exprimitur) expediri (ut prædiximus) obſervandos, ad obſervandam ipſius regulæ ac profeſſorum ejus omnimodam puritatem. Quòd ſi præſto ſit eleemoſynæ hujuſmodi elargitor, vel ejus nuncius, qui poſſit hoc facere & velit: expreſsè illi prædicatur à fratribus, quòd ſibi placeat ut (dominio talis pecuniæ cum libera poteſtate revocandi ſibi pecuniam ipſam penes ipſum ſemper uſque ad converſionem ipſius in rem deputatam liberè remanente, ut in aliis duobus caſibus ſuperius dictum eſt) per quorumcunque manus pecunia ſeu eleemoſyna ipſa tractetur, ſive perſonas ab eo vel à fratribus nominatas, totum ſuo conſenſu, voluntate ac auctoritate procedat: quo aſſenſum ſuum præbente prædictis, ſecurè fratres re empta vel acquiſita de illa pecunia, per quemcunque (juxta modum annotatum ſuperius) uti poſſint. Ad majorem autem prædictorum omnium claritatem hac in perpetuum valitura proviſionis ſerie declaramus, quòd fratres (præfatis modis, ut prædicitur, circa pecuniam in ſupportandis earum præteritis & ingruentibus neceſſitatibus obſervatis) non intelligantur, nec dici poſſint per ſe vel per interpoſitam perſonam pecuniam recipere, contra regulam vel profeſſionis ſui ordinis puritatem: cùm manifeſte pateat ex præmiſſis, ipſos fratres non ſolùm à receptione, proprietate, dominio, ſive uſu ipſius pecuniæ: verum etiam à contrectatione qualibet ipſius, & alterius penitus alienos. In eo verò caſu quando (antequam ipſa pecunia in licitum rei habendæ vel utendæ commercium ſit converſa) concedentem pecuniam mori contigerit: ſi concedens in concedendo dixerit vel expreſſerit, quòd perſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium uſum fratrum expenderet, quicquid de ipſo concedente vivendo vel moriendo contingeret, ſive concedens hujuſmodi hæredem reliquerit, ſive non: poſſint fratres ad perſonam deputatam (non obſtante concedentis morte, vel hæredis contradictione) pro ipſa pecunia expendenda recurrere *a*: ſicut poterant ad ipſum dominum concedentem. Quia verò puritatem ipſius ordinis intima cordis affectione zelamus, cùm in prædictis caſibus ad determinatam neceſſitatem (ut prædicitur) aliquam pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari poſſit à fratribus, quòd ſi quid de pecunia ipſa (habita neceſſitate determinata) ſupereſſet, conſentiat ipſe concedens, quòd reſiduum præfatæ pecuniæ in res alias pro aliis ipſorum fratrum prædictis neceſſitatibus convertatur, quo non conſentiente prædictis, ipſum reſiduum (ſi quod fuerit) reſtituatur eidem. Caveant tamen fratres, quòd ſolicitè ſe coaptent, ut non plus ſcienter concedi conſentiant, quàm veriſimiliter æſtimari poſſit, rem neceſſariam, pro qua pecunia ipſa conceditur, valituram.

Et quia *b* prædictorum ſerioſa expoſitione à dante vel recipiente de facili poſſit errari: ut clarius utilitati dantium, puritati ordinis, ſimplicitati aliquorum ſimplicium, ſaluti animarum hincinde ſecurius conſulatur: intellectum illum, qui ſatis in hoc caſu à ſane intelligente percipitur, præſentis ac in æternum valituræ conſtitutionis ſerie lucidamus, volentes illum ad communem deduci notitiam: videlicet quòd ſemper quando pecunia fratribus ipſis mittitur vel offertur (niſi expreſſè per mittentem vel offerentem aliud exprimatur) prædictis modis prorſus oblata intelligatur & miſſa.

Non enim veriſimile eſt, aliquem eleemoſynæ largitorem ſine expreſſione modum illum præfigere, per quem & donans merito, vel illi *c*, quorum neceſſitatibus intendit per donum hujuſmodi provideri *d*, vel effectu doni, vel ſuæ conſcientiæ puritate fraudentur. Ad hæc quia fratribus ipſis interdum in ultimis voluntatibus ſub diverſis modis nonnulla legantur, nec expreſſè, quid de his agendum ſit, in regula vel prædeceſſorum noſtrorum declarationibus continetur: ne in ipſis dubitari contingat in poſterum, providendo legantibus & fratrum conſcientiis præcavendo declaramus, ordinamus, & dicimus, quòd ſi teſtator modum, ſecundum quem fratribus (eorum conditione inſpecta) recipere non liceret, exprimat in legando: ut ſi legaret fratribus vineam vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut modos ſimiles in relinquendo ſervaret: à tali legato & ejus receptione per omnem modum fratres abſtineant.

a *al. tractu.* b *al. annexum.*

a *Obſervatis modo & forma. § ita tamen. ſup. ca. Fin.* b *al.* [illegible] *& quia in prædictorum, &c.* c *al. & illi.* d *al. providere.*

Si verò modum licitum fratribus in legando teſtator expreſſerit: ut ſi diceret, Lego pecuniam pro fratrum neceſſitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam & ſimilia: adhoc, quòd per certam perſonam vel perſonas idoneas diſtrahantur, & pecunia de rebus ipſis accepta in ædificia vel alia fratrum neceſſaria convertatur: aut in legando ſimilibus modis vel verbis utatur, in hoc caſu illud in omnibus & per omnia (conſideratis eorum neceſſitatibus & moderaminibus ſupradictis) quantum ad fratres, ſervari decernimus, quod per nos eſt ſuperius in conceſſis pecuniariis eleemoſynis declaratum. Ad quæ legata ſolvenda tam hæredes teſtatorum, quàm executores ſe liberales exhibeant *a*. Sic etiam prælati & ſeculares, quibus de jure vel conſuetudine proviſio iſta competeret (cùm expedierit) ſe ex officio ſuo promptos exhibeant, ad pias voluntates deficientium adimplendas.

Nam & nos etiam per modos licitos, & fratrum religioni congruos intendimus providere, quòd hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur: ne pia defunctorum deſtituatur intentio, ac ipſi fratres pauperes opportunis auxiliis non fraudentur. Si verò fratribus ipſis generaliter aliquid abſque modi expreſſione legetur, in hoc legato ſic indeterminatè relicto in omnibus & per omnia intelligi ac ſervari volumus, & in perpetuum præſenti conſtitutione jubemus, quod ſuprà in pecunia ſeu eleemoſyna fratribus indeterminatè oblata vel miſſa voluimus ac expreſſimus obſervari: videlicet ut ſub modo licito fratribus intelligatur eſſe relictum: ita quòd nec legans merito, nec fratres ipſi effectu relicti fraudentur.

Quia verò libros & alia mobilia, quibus tam ordo quàm fratres utuntur, quorum dominium (cùm non ſint dominii aliorum) ad præfatam eccleſiam ſpecialiter ſpectare dignoſcitur, interdum contingit ſeu expedit vendi vel etiam commutari: fratrum utilitatibus & eorum conſcientiis providere volentes, eadem auctoritate concedimus, ut commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum uſum fratribus licet habere, de generalium & provincialium miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus conjunctim vel diviſim auctoritate procedat: quibus etiam de diſpoſitione uſus talium rerum concedimus ordinare. Si verò res hujuſmodi æſtimato precio vendi contingat: cùm fratribus ipſis per ſe vel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat: ordinamus & volumus, quòd talis pecunia ſeu precium recipiatur & expendatur in rem licitam, cujus uſum fratribus licet habere, per procuratorem à præfata ſede, vel à cardinali, gubernationem per ipſam ſedem gerenti ejuſdem ordinis, deputandum, juxta modum in ſuperioribus neceſſitatibus præteritis & inſtantibus ordinatum. De vilibus autem mobilibus, vel parum valentibus, licet ex præſenti noſtra conceſſione fratribus (pietatis ſeu devotionis intuitu, vel pro alia honeſta & rationabili cauſa) obtenta ſuper hoc prius ſuperiorum ſuorum licentia, juxta quod inter fratres in generali, vel in provincialibus capitulis, tam de ipſis rebus vilibus ſeu parum valentibus & earum valore, quàm præfata licentia, ſcilicet à quibus & qualiter ſit habenda, extiterit ordinatum: intra & extra ordinem aliis elargiri *b*. Licet autem contineatur in regula, quòd fratres habeant unam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, & videri poſſit illa fuiſſe inſtituentis intentio, quòd neceſſitate ceſſante pluribus non utantur: declaramus, quòd poſſint fratres de licentia miniſtrorum & cuſtodum conjunctim & diviſim in adminiſtrationibus ſibi commiſſis, cùm eis videbitur (penſatis neceſſitatibus & aliis circumſtantiis, quæ ſecundùm Deum & regulam attendendæ videntur) uti pluribus, nec per hoc videantur à regula deviare: cùm etiam in ipſa dicatur expreſsè, quòd miniſtri & cuſtodes de infirmorum neceſſitatibus, & fratribus induendis ſolicitam curam gerant, ſecundùm loca & tempora & frigidas regiones. Et quanquam prædicta regula contineat, quòd de fratribus induendis & neceſſitatibus infirmorum miniſtri tantùm & cuſtodes ſolicitam curam gerant: & dictio illa tantùm *a*, adeó miniſtros & cuſtodes in hac cura perſtringere videatur, quòd ab ea cæteros prima facie excludat: quia tamen ſolicitè conſiderare nos convenit, & tempus regulæ inſtitutæ, quo fratres iſti ad comparationem præſentem numero pauci erant, & forſan miniſtri & cuſtodes videbantur tunc ad iſta procuranda poſſe ſufficere: ac nihilominus multiplicationes fratrum, & moderni temporis qualitatem: nec ſit veriſimile beatum Franciſcum inſtitutorem regulæ vel ipſis miniſtris & cuſtodibus impoſſibilitatis jugum voluiſſe præfigere, vel ex ipſius impoſſibilitatis conſequentia fratres ipſos ſuis neceſſitatibus velle carere: concedimus, quòd ipſi miniſtri & cuſtodes poſſint per alios hujuſmodi curæ ſolicitudinem exercere. Debent etiam & alii fratres curam hujuſmodi, quæ præfatis miniſtris & cuſtodibus præcipuè incumbit ex hac regula, cùm ſibi ab illis commiſſa fuerit, gerere diligenter. Continetur quoque in regula, quòd fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & devotè. Ita quòd (excluſo ocio animæ inimico) ſanctæ orationis & devotionis ſpiritum non extinguant. Quia verò ex verbo iſto fratres ipſos de ocioſitate vitæ, & de regulæ tranſgreſſione improbè notare interdum hactenus aliqui ſunt conati: nos morſus hujuſmodi nefarios reprimentes, declaramus, quòd conſideratis verbis prædictis, & forma ſeu modo loquendi, ſub quibus fratres ad hujuſmodi exercitium inducuntur, non videtur ea fuiſſe inſtituentis intentio, quòd vacantes ſtudio vel divinis officiis & miniſteriis exequendis manuali labori ſeu operationi ſubjiceret, vel ad hoc illos arctaret. Cùm exemplo Chriſti multorum ſanctorum patrum labor iſte ſpiritalis tantò illi præponderet, quantò, quæ ſunt animæ, corporalibus præferuntur. Ad alios verò, qui ſe in prædictis ſpiritalibus operibus non exercent *b*, niſi tales aliorum fratrum licitis ſervitiis occupentur (ne ocioſè vivant) verba prædicta declaramus extendi. Niſi & tales tam excellentis & notabilis contemplationis, & orationis exiſterent, quòd meritò propter hoc non eſſent à tanto bono pro hujuſmodi exercitio ſubtrahendi: fratres enim quicunque ſtudio vel divinis miniſteriis non vacantes, ſed aliorum fratrum ſtudio vel aliis divinis officiis & miniſteriis vacantium ſervitiis inhærentes tantùm, pro ſervitiis eiſdem cum ipſis, quibus ſerviunt, ſuſtentari merentur, quod aſtruitur illa æqua lege, qua ſtrenuus pugnator ille *c* David juſtè decrevit, videlicet, quòd deſcendentium ad prælium, & remanentium ad ſarcinas, portio æquaretur. Verùm quia expreſsè continetur in regula: quòd fratres non prædicent *d* in Epiſcopatu alicujus Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum: nos in hoc & deferentes regulæ, & nihilominus auctoritatem apoſtolicæ plenitudinis conſervantes, dicimus, quòd prædictum verbum ad literam ſicut regula ipſa protulit, obſervetur: niſi per ſed. Apoſtol. circa hoc pro utilitate populi Chriſtiani ſit conceſſum, vel ordinatum aliud, vel in poſterum concedatur, ſeu etiam ordi-

a *Nota, quòd judex ſecularis interponit ſe circa legata pia. Font.*
b *Vide Clem. exivi. §. præterea. & extravag. quorundam. §. in primis. Font.*

a *Nota quòd conſtitutio ex ratione ſupervenienti ampliatur.*
b *hoc eſt, non concionantur ad plebem, non pſallunt, non conlegunt. Font.* c *1. Lib. Reg. c. 30.* d *Vide omnino Conc. Trid. ſeſſ. 5. de reform. c. 2 & ſeſſ. 24. de reform. c. 2.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

netur *a*. Et quia in eodem capitulo regulæ immediatè ſubjungitur, quòd nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à miniſtro generali fuerit examinatus, & etiam approbatus: ac ab eo prædicationis officium ſibi ſit conceſſum. Nos & ſtatum præteritum ipſius ordinis in paucitate ſui, & modernum in amplia-to fratrum numero, ac utilitatem animarum (ut condecet) advertentes: concedimus, nedum generalem examinare & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus perſonæ idoneitatem & prædicationis officium licentia ipſa reſpiceret, prout in regula continetur: verumetiam provinciales miniſtri hoc poſſint in capitulis provincialibus cum definitoribus, quod etiam hodie obſervari dicitur & in fratrum privilegiis contineri: quam quidem licentiam præfati miniſtri revocare & ſuſpendere valeant & arctare: ſicut & quando id eis videbitur expedire. Sed quoniam in deſideriis noſtris hoc geritur, ut ad Dei gloriam ſalus proficiat animarum: ac dicto ordini, per quem jugiter ad amorem divinum affectio Chriſtianæ religionis accenditur, meritum & numerus augeatur, concedimus & præſenti ſtatuto firmamus, licere non ſolùm generali, ſed etiam provincialibus miniſtris perſonas fugientes à ſeculo in fratres recipere: quæ miniſtrorum provincialium licentia per ipſum generalem (ſicut expedire viderit) poſſit arctari. Vicarii verò provincialium miniſtrorum ex officio vicariæ licentiam hanc ſibi noverint interdictam, niſi per miniſtros eoſdem (quibus hoc poſſe committere vicariis & aliis licere decernimus) hoc ipſis vicariis ſpecialiter committatur. Caveant tamen ipſi provinciales, quòd hoc non indiſcretè, non paſſim, ſed ſic conſideratè committant, ut illos, quibus hoc committi contigerit, fidelibus conſiliis fulciant, quæ omnia diſcretè procedant. Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem, ſed illi tantùm, qui ſuffragantibus eis litteratura, idoneitate, vel aliis circumſtantiis poſſint utiles eſſe ordini: ſibique per vitæ meritum, ac aliis proficere per exemplum. Inſuper dubitantibus fratribus prædicti ordinis, an pro eo, quòd in regula dicitur, ut decedente generali miniſtro, à provincialibus miniſtris & cuſtodibus in capitulo pentecoſtes fiat electio ſucceſſoris, omnium cuſtodum multitudinem oporteat ad generale capitulum convenire: aut (ut omnia cum majori tranquillitate tractentur) ſufficere poſſit, ut aliqui de ſingulis provinciis, qui vocem habeant aliorum, interſint. Taliter reſpondemus, ut ſcilicet ſingularum provinciarum cuſtodes unum ex ſe conſtituant, quem cum ſuo provincirli miniſtro pro ſeipſis ad capitulum dirigent: voces aut vices ſuas committentes eidem. Quod etiam conſtituerint per ſe ipſos: ſtatutum hujuſmodi duximus approbandum. Quod idem prædeceſſor noſter Gregorius nonus in caſu hujuſmodi dicitur reſpondiſſe. Denique *b* quia continetur in regula ſuprà dicta, quòd fratres non ingrediantur monaſteria monacharum, præter illos, quibus à ſede prædicta conceſſa fuerit licentia ſpecialis: quanquam hoc de monaſteriis pauperum monialium incluſarum fratres attentius intelligendum eſſe crediderint: cùm eorum ſedes præfata curam habeat ſpecialem, & intellectus hujuſmodi per conſtitutionem quandam tempore regulæ datæ, vivente adhuc B. Franciſco, per provinciales miniſtros fuiſſe credatur in generali capitulo declaratus: iidem fratres certificari nihilominus poſtulaverunt, an hoc de omnibus generaliter, cùm regula nullum excipiat, an de illis ſolùm monaſteriis monialium prædictarum debeat intelligi? Nos utique generaliter id eſſe prohibitum de quarumlibet cœnobiis monialium reſpondemus: & nomine monaſterii volumus clauſtrum, domos, & officinas interiores intelligi: pro eo, quòd ad alia loca ubi homines ſeculares conveniunt, poſſunt fratres illic cauſa prædicationis vel eleemoſynæ petendæ accedere: iis quibus id à ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſſum exceptis, ſeu pro prædictarum monaſteriis incluſarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas ſine ſedis ejuſdem licentia ſpeciali: quod etiam ipſum idem prædeceſſor noſter Gregor. IX. in eo caſu dicitur reſpondiſſe. Cæterùm ſanctæ memoriæ confeſſor Chriſti Franciſcus mandaſſe dicitur circa ultimum vitæ ſuæ (cujus mandatum ipſius dicitur teſtamentum) quòd verba ipſius regulæ non gloſſentur, & (ut ibi) utamur eiſdem) quod ſic, vel ſic intelligi debent, non dicatur: adjiciens quòd fratres nullo modo literas aliquas ab Apoſtolica ſede petent: & alia quædam interſerens, quæ non poſſent ſine multa difficultate ſervari, propter quod fratres hæſitantes, an tenerentur ad obſervantiam teſtamenti prædicti, dubitationem hujuſmodi per eundem prædeceſſorem noſtrum Gregor. IX. petierunt de ipſorum conſcientiis amoveri: qui (ſicut aſſeritur) attendens periculum animarum, & difficultates, quas propter hoc poſſent incurrere, dubitationem de ipſorum conſcientiis amovendo, dixit, fratres ipſos ad ipſius mandati obſervantiam non teneri, quod ſine conſenſu fratrum, & maximè miniſtrorum, quos univerſos tangebat, obligare nequivit, nec ſucceſſorem ſuum quomodolibet obligavit: cùm non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præſentem articulum nihil duximus innovandum *a*. Ad hoc à nonnullis prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus circa declarationem ipſius regulæ & ipſam regulam contingentia diverſas literas intelleximus emanaſſe. Sed nec per hoc mordacium prædictorum contra regulam ipſam & fratres quievit inſultus: nec per ipſas literas ſtatui fratrum providere *b* in multis, in quibus de novo vel aliter neceſſario providendum eſſe multorum poſtea caſuum contingentium experientia indicavit. Nos itaque ne literarum hujuſmodi & præſentis conſtitutionis diverſitas vel intellectus adverſitas in prædictorum obſervatione fratrum animos perturbaret: & ut plenius, clarius & certius eorum ſtatui & obſervantiæ prædictæ regulæ conſulatur in omnibus, & ſingulis illis articulis, quos conſtitutio ipſa continet, quanquam ipſi vel eorum aliqui contineantur in aliis literis apoſtolicis ſupradictis: Hanc noſtram conſtitutionem, declarationem, ſeu ordinationem tantùm à fratribus ipſis perpetuò ſè, ac inviolabiliter decernimus perpetuis temporibus obſervandam. Cùm igitur ex prædictis & aliis per nos cum multa maturitate diſcuſſis, regula ipſa licita, ſancta, perfecta, & obſervabilis, nec ulli patens diſcrimini evidenter appareat: illa & omnia ſuprà ſcripta per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata etiam & ſuppleta, de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus exiſtere perpetuæ firmitatis. In virtute obedientiæ diſtrictè præcipientes, quòd hæc conſtitutio ſicut ceteræ conſtitutiones, vel decretales Epiſtolæ, legatur in ſcholis. Et quia ſub colore liciti nonnulli contra fratres ipſos & regulam in legendo, exponendo, aut gloſſando poſſent dirum virus ſuæ iniquitatis effundere: ac ipſius conſtitutionis intellectum ipſius ad diverſas & adverſas ſententias producentes ſuis adinventionibus depravare: & opinionum diverſitas ac diſtortio intellectus multorum pios animos poſſit

a *Nota benè, quòd Papa poteſt conſtituere expreſſè contra conſtitutionem alicujus facti: etiam ſi vita & conſtitutio ſua ſit per alios Pontifices approbata. Font.* b *Vide concil Trident. ſeſſ. 25. tit. de regularibus & monialibus capit. 5. & extravag. Pii Papa V. incip. & ſi mendicantium.*

a *Vid. hunc. §. & §. quia ſub colore. auth. ſi quæ mulier. C. ſacroſ. eccl. & Bal. l. non dub. de leg. Fen.* b *al. providere.*

involvere, & à religionis ingreſſu multorum corda ſubtrahere: talium detrahentium vitanda perverſitas cogit nos viam ipſis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc conſtitutionem legentibus præfigere. Itaque ſub pœna excommunicationis & privationis officii ac beneficii diſtrictè præcipimus, ut præſens conſtitutio, cùm ipſam legi contigerit, ſicut prolata eſt, ſic fideliter exponatur ad literam: concordantiæ, contrarietates, ſeu diverſæ vel adverſæ opiniones à lectoribꝰ, ſeu expoſitoribus nullatenus inducantur. Super ipſa conſtitutione gloſſæ non fiant (niſi forſan, per quas verbum vel verbi ſenſus, ſeu conſtructio, vel ipſa conſtructio quaſi grammaticaliter ad literam vel intelligibilius exponatur.) Nec intellectus ipſius per legentem depravetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad aliud, quàm litera ipſa ſonat. Et ne ſecundùm prædicta contra detractores hujuſmodi oporteat ulterius laborare, univerſis ac ſingulis cujuſcunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus diſtrictè præcipimus, ne contra prædictam regulam & ſtatum fratrum prædictorum, ſeu contra præmiſſa per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata, ſuppleta, approbata, & etiam confirmata, dogmatizent, ſcribant, determinent, prædicent, ſeu pravè loquantur publicè vel occultè. Sed ſi quid penes aliquem in his ambiguitatis emerſerit, ad culmen prædictæ ſedis Apoſtolicæ deducatur, ut ex auctoritate Apoſtolica ſua in hoc manifeſtetur intentio: cui ſoli conceſſum eſt in his ſtatuta condere, & edita declarare. Gloſſantes verò in ſcriptis conſtitutionem ipſam aliter, quàm eo modo, quem diximus: Doctores verò inſuper & lectores, dum docent in publico, ex certa ſcientia & deliberatè intellectum conſtitutionis hujuſmodi depravantes, facientes quoque commentum, ſcripturas, ſeu libellos, ac ex certa ſcientia & deliberatè determinantes in ſcholis, ſeu prædicantes contra prædicta, vel aliqua ſeu aliquod prædictorum (non obſtantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis, aut literis Apoſtolicis, quibuſcunque dignitatibus, perſonis, ordinibus, aut locis religioſis vel ſecularibus generaliter vel ſingulariter ſub quacunque forma vel expreſſione verborum conceſſis, quæ nolumus aliquibus in præmiſſis quomodolibet ſuffragari) excommunicationis ſententiæ, quam nunc in ipſos proferimus, ſe noverint ſubjacere: à qua per neminem niſi per Romanum Pontificem poſſint abſolvi *a*. Inſuper tam iſtos, contra quos per nos excommunicationis eſt prolata ſententia, quàm alios (ſi qui fuerint) contra præmiſſa vel eorum aliquod venientes, ad ſedis memoratæ volumus deduci notitiam: ut quos proviſus modus æquitatis non arcet à vetitis, compeſcat rigor Apoſtolicæ ultionis. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ordinationis, conceſſionis, & diſpoſitionis, ſuppletionis, approbationis, confirmationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Siriani XIIII. Calendas Septembris, Pontificatus noſtri anno [illegible].

## CAP. IV.

*Exemptis cellis alicujus monaſterii, quid appellatio cellæ ſignificet, oſtendit. Ioan. And.*

Bonifacius VIII.

Privilegium monaſterio tuo conceſſum, ut monachi ſive fratres in cellis ad monaſterium ipſum ſpectantibus habitantes, ab alio, quàm à Papa, vel ejus legato excommunicari, aut ſuſpendi, vel ipſæ cellæ interdicto ſupponi non poſſint: non fratres in prioratibus, eccleſiis, ſeu capellis ejuſdem monaſterii commorantes, aut ipſos prioratus, eccleſias vel capellas ab ordinariorum juriſdictione in aliquo, ſed reſidentes tantùm in cellis, & cellas ipſas (hoc eſt loca ſecreta & ſolitaria, quæ ab hominum ſeparata convictu ſunt, ad contemplandum & Deo vacandum ſpecialiter deputata) defendat.

## CAP. V.

*Privilegiato aliquo, ut poſſit conferre beneficia clericorum ſuorum, quid appellatio clericorum ſuorum deſignet, oſtendit. Ioan. And.*

Idem.

Sicut nobis ſignificare curaſti, tibi gratioſè conceſſimus, ut beneficia clericorum tuorum cedentium vel decedentium poſſis conferre: quodque iidem clerici præbendarum ſuarum fructus percipiant, ac ſi in ſuis eccleſiis perſonaliter reſiderent. Verùm quia dubitas, qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri: Brevi reſpondemus oraculo, quòd illos in his & ſimilibus caſibus tuos volumus intelligi clericos, qui per te non quæſiti propterea, vel recepti, ſine fraude & fictione qualibet verè tui clerici familiares exiſtunt; & in tuis expenſis continuè domeſtici commenſales. Etiam *a* ſi quos ex illis aliquando pro tuis gerendis negotiis abeſſe contingat.

## DE REGVLIS IVRIS.

Bonifacius VIII. *b*

Regula. I.

Beneficium eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione canonica obtineri.

*Idem.* Regula II.

Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit.

*Idem.* Reg.III.

Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.

*Idem.* Reg.IV.

Peccatum *c* non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

*Idem.* Reg.V.

Peccati venia non datur niſi correcto.

*Idem.* Reg. VI.

Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.

*Idem.* Reg.VII.

Privilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

*Idem.* Reg.VIII.

Semel malus, ſemper præſumitur eſſe malus.

*Idem.* Reg.IX.

Ratum *d* quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.

*Idem.* Reg.X.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari.

*Idem.* Reg.XI.

Cùm ſunt partium jura obſcura, reo favendum eſt potius, quàm actori.

*Idem.* Reg.XII.

In judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda.

*Idem.* Reg.XIII.

Ignorantia facti, non juris, excuſat.

*Idem.* Reg.XIV.

Cùm quis in jus ſuccedit alterius, juſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

*Idem.* Reg.XV.

Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.

---

a *In iſta ver. nota, quòd Papa poteſt ſibi rebellantes excommunicare, & ultrà adhuc aliter punire. Pont.*

a *Aliàs, ita: etiamſi ex illis aliquos aliquando, &c.* b *aliàs, ita: idem.* c *Ex B. Auguſt. epiſt. 54. ad Macedonium refert. Ivo in decreto part. 13. c. 4. & part. 15. & 25.* d *Vide Rum. conſil. 27. l. 4. & conſil. 129. eod. lib.*

*Idem.* Regula XVI.

Decet conceſſum à principe beneficium eſſe manſuetum.

*Idem.* Reg.XVII.

Indultum à jure beneficium, non eſt alicui auferendum.

*Idem.* Reg.XVIII.

Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non ſubſiſtit.

*Idem.* Reg.XIX.

Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet.

*Idem.* Reg.XX.

Nullus pluribus uti defenſionibus prohibetur.

*Idem.* Reg.XXI.

Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.

*Idem.* Reg.XXII.

Non debet aliquis alterius odio prægravari.

*Idem.* Reg.XXIII.

Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.

*Idem.* Reg.XXIV.

Quod quis mandato facit judicis, dolo facere non videtur: cùm habeat parère neceſſe.

*Idem.* Reg.XXV.

Mora ſua cuilibet eſt nociva.

*Idem.* Reg.XXVI.

Ea, quæ fiunt à judice, ſi ad ejus non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt.

*Idem.* Reg.XXVII.

Scienti & conſentienti non fit injuria, neque dolus.

*Idem.* Reg.XXVIII.

Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda.

*Idem.* Reg.XXIX.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

*Idem.* Reg.XXX.

In obſcuris minimum eſt ſequendum.

*Idem.* Reg.XXXI.

Eum, qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet.

*Idem.* Reg.XXXII.

Non licet actori, quod reo licitum non exiſtit.

*Idem.* Reg.XXXIII.

Mùtare conſilium quis non poteſt, in alterius detrimentum.

*Idem.* Reg.XXXIV.

Generi per ſpeciem derogatur.

*Idem.* Reg.XXXV.

Plus ſemper in ſe continet, quod eſt minus.

*Idem.* Reg.XXXVI.

Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.

*Idem.* Reg.XXXVII.

Vtile non debet per inutile vitiari.

*Idem.* Reg.XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.

*Idem.* Reg.XXXIX.

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo.

*Idem.* Reg.XL.

Pluralis locutio duorum numero eſt contenta.

*Idem.* Reg.XLI.

Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

*Idem.* Reg.XLII.

Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis.

*Idem.* Reg.XLIII.

Qui tacet, conſentire videtur.

*Idem.* Reg.XLIV.

Is, qui tacet, non fatetur: ſed nec utique negare videtur.

*Idem.* Regula XLV.

Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quod plerunque fieri conſuevit.

*Idem.* Reg.XLVI.

Is, qui in jus ſuccedit alterius, eo jure, quo ille, uti debebit.

*Idem.* Reg.XLVII.

Præſumitur ignorantia, ubi ſcientia non probatur.

*Idem.* Reg.XLVIII.

Locupletari non debet aliquis, cum alterius injuria vel jactura.

*Idem.* Reg.XLIX.

In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.

*Idem.* Reg.L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem.

*Idem.* Reg.LI.

Semel Deo dicatum, non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum.

*Idem.* a Reg.LII.

Non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum.

*Idem.* Reg.LIII.

Cui licet quod eſt plus, licet utique quod eſt minus.

*Idem.* Reg.LIV.

Qui prior eſt tempore, potior eſt jure.

*Idem.* Reg.LV.

Qui ſentit onus, ſentire debet commodum, & è contra.

*Idem.* Reg.LVI.

In re communi potior eſt conditio prohibentis.

*Idem.* b Reg.LVII.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, eſt interpretatio facienda.

*Idem.* c Reg.LVIII.

Non eſt obligatorium, contra bonos mores præſtitum juramentum.

*Idem.* Reg.LIX.

Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem.

*Idem.* Reg.LX.

Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

*Idem.* Reg.LXI.

Quod ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum.

*Idem.* Reg.LXII.

Nullus ex concilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.

*Idem.* Reg.LXIII.

Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adverſarii confiteri.

*Idem.* Reg.LXIV.

Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.

*Idem.* Reg.LXV.

In d pari delicto vel cauſa, potior eſt conditio poſſidentis.

*Idem.* Reg.LXVI.

Cùm non ſtat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet.

*Idem.* Reg.LXVII.

Quod alicui ſuo non licet nomine, nec alieno licebit.

a *Per hanc regulam dicunt Phil. Ioan. And. non* [illegible] *falsa per matrimonium ob conſanguinitatem reſolutum,* [illegible] *regula in iis in quibus tacita voluntas ſufficit. de reg. 1. plane* [illegible] *Aug. Fab. 6. poſteriori. quibus modis* [illegible] b [illegible] *dilectus. de conſuet.* c *Vide B. Thom. 2. 2. p. 89. art. 7.* d [illegible] *commodo poſſeſſionis, vide Doctor. in l. quoties. C. de rei vind.*

*Idem.* Regula LXVIII.

Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum.

*Idem.* Reg.LXIX.

In *a* malis promiſſis fidem non expedit obſervari.

*Idem.* Reg.LXX.

In alternativis electoris *b* eſt electio, & ſufficit alterum adimpleri.

*Idem.* Reg.LXXI.

Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multò magis admittendus.

*Idem.* Reg.LXXII.

Qui facit per alium, eſt perinde, ac ſi faciat per ſeipſum.

*Idem.* Reg.LXXIII.

Pactum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoari.

*Idem.* Reg.LXXIV.

Quod alicui gratioſè conceditur, trahi non debet aliis in exemplum.

*Idem.* Reg.LXXV.

Fruſtrà ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari, cùm fidem à ſe præſtitam ſervare recuſat.

*Idem.* Reg.LXXVI.

Delictum *c* perſonæ, non debet in detrimentum eccleſiæ redundare.

*Idem.* Reg. LXXVII.

Rationi congruit, ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

a *Vid. B. Th. 2. 2. q. 29. art. 7. & Turrecrema. in c. ſi aliquid. 22. q. 4.* b *In omnibus antiq. cod. legitur, debitoris.* c *Vide gloſſ. ... gloſſ. in c. placuit. 26. q. 3. Innoc. in c. cum dilectus. de ord. ... Ant. de Butrio in c. 1. de dolo & contum. & Doctor. in l. ... l. de ſacroſ. eccl.*

*Idem.* Reg.LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.

*Idem.* Reg.LXXIX.

Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quàm ſibi competere dignoſcatur.

*Idem.* Reg.LXXX.

In toto partem non eſt dubium contineri.

*Idem.* Reg.LXXXI.

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

*Idem.* Reg.LXXXII.

Qui contra jura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere.

*Idem.* Reg.LXXXIII.

Bona fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur.

*Idem.* Reg.LXXXIV.

Cùm quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

*Idem.* Reg.LXXXV.

Contractus *a* ex conventione legem accipere dignoſcuntur.

*Idem.* Reg: LXXXVI.

Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non aliis *b* imputare.

*Idem.* Reg.LXXXVII.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

*Idem.* Reg.LXXXVIII.

Certum eſt, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

Data Romæ apud ſanctum Petrum, V. nonas Martii, Pontificatus noſtri anno quarto.

a *Nota quòd conventio partium legem inducit, quæ in contractibus ſervanda eſt. Philip.* b *al. alis.*

FINIS.

# CONSTITUTIONES CLEMENTIS PAPÆ QVINTI, IN CONCILIO VIENENSI EDITÆ.

## PRÆFATIO.

*Joannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, doctoribus, & ſcholaribus univerſis Bononiæ commorantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* [a]

*Quoniam nulla juris ſanctio, quantumcunque perpenſo digeſta conſilio, ad humanæ naturæ varietatem, & machinationes ejus inopinabiles ſufficit; nec ad deciſionem lucidam, ſuæ nodoſæ ambiguitatis attingit: eo præſertim, quòd vix aliquid adeò certum clarumque ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus (quibus jura jam poſita mederi non poßint) in dubium revocetur: Quia etiam ab adoleſcentia viri proclivis ad malum ſenſualitas humana declinat, per quod morum ſubverſio in clero & populo frequenter obrepit: neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas, ut tam per determinationis opportunæ ſuffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, & obſcura ſuccidat, quàm per cultoris providi ſarculum extirpet vitia, virtutes inſerat, corrigat exceſſus, moresque reformet. Hæc ſanè felicis recordationis Clemens Papa quintus prædeceſſor noſter providenter attendens, & providè cupiens deformatorum reformationi proſpicere, ſolvere difficilia, ac ſanctiones quæſtionibus & negotiis imminentibus conſonas promulgare: Dudum nedum in Concilio Vienenſi, quinetiam ante & poſt ipſum concilium, conſtitutiones plurimas edidit, in quibus multa utilia ſtatuit atque ſalubria, & nonnulla dubia in judiciis & extra frequentata decidit. Et licet eas collectas in unum volumen, & ſub congruis titulis collocatas mittere decreviſſet, & dare in commune ſubjectis: aßidua tamen occupatio circa magna, ac ſortis humanæ conditio, quæ ipſum de medio ſuſtulit, in cauſa fuerunt, quare ſuum in hac parte propoſitum non implevit. Nos etiam, qui ſicut eidem (licet immeriti) in apoſtolatus officio, Domino permittente, ſucceſſimus: ſic & in affectus plenitudine, in iis, quæ compendium univerſi concernunt, ſucceſſiſſe debemus, tot grandibus agendis & arduis fuimus, à noſtræ promotionis exordio, circumſepti, quòd tam ex hoc, quàm ex cauſis rationabilibus aliis, quas ſub ſilentio providimus committendas, prædictas vobis communicare conſtitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur (opportunitate captata) illas vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus. Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eas prompto affectu ſuſcipiatis, & ſtudio alacri, eis ſic vobis manifeſtatis & cognitis uſuri decæterò in judiciis & in ſcholis. Data Avinion.* [b] *VIII. Kalendas Novemb. Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

---

a Hanc benedictionem primò introduxit Papa Cletus, loco cujus ſcribitur ab eccleſia præciſis, Spiritum ſaniorus conſilii. Et licet iſta benedictio omnibus proſit; qui tamen non ſtudent, non gaudent privilegio ſtudii. Z. Van Eſpen.

b De his vide C. de contra. & conſtipul. l. optimam. 2. q. ultim. bellorum. de proba. quoniam. de re. jur. ab. lib. 6. de qua in Spe. de inſtrum. edit. §. reſtat.

DE SVM-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

## TITULUS PRIMUS.

### CAP. VNICUM.

*Fatetur concilium, unicum DEI Filium in eſſentia DEI æternaliter ſubſiſtentem verum corpus humanum aſſumpſiſſe de Virgine, & in eo paſſum, & jam mortuum lancea perforatum, approbans in hoc ordinem, quem tradidit Evangeliſta Ioan. h. d.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

FIdei catholicæ fundamento, præter quod (teſte Apoſtolo) nemo poteſt aliud ponere, firmiter inhærentes: apertè cum ſancta matre eccleſia confitemur unigenitum Dei Filium, in iis omnibus, in quibus Deus Pater exiſtit unà cum patre æternaliter ſubſiſtentem: partes noſtræ naturæ ſimul unitas (ex quibus in ſe verus Deus exiſtens, fieret verus homo) humanum videlicet corpus paſſibile, & animam intellectivam, ſeu rationabilem, ipſum corpus verè per ſe & eſſentialiter informantem, aſſumpſiſſe ex tempore, in virginali thalamo, ad unitatem ſuæ hypoſtaſis & perſonæ. Et, quod in hac aſſumta natura ipſum Dei verbum pro omnium operanda ſalute, non ſolum affigi cruci, & in ea mori voluit, ſed etiam emiſſo *a* jam ſpiritu perforari lancea ſuſtinuit latus ſuum: ut exinde profluentibus undis aquæ & ſanguinis, formaretur unica & immaculata, ac virgo ſancta, mater eccleſia conjunx Chriſti. Sicut de latere primi *b* hominis ſoporati Eva ſibi in conjugium eſt formata: ut ſic certæ figuræ primi & veteris Adæ (qui ſecundùm Apoſtolum *c* eſt forma futuri) in noſtro noviſſimo Adam, id eſt, Chriſto veritas reſponderet. Hæc eſt, inquam, veritas illius prægrandis aquilæ vallata teſtimonio, quam Propheta vidit *d* Ezechiel animalibus cæteris Evangelicis tranſvolantem, beati Ioannis videlicet, Apoſtoli, & Evangeliſtæ, qui ſacramenti hujus rem geſtam narrans, & ordinem in Evangelio ſuo, dixit *e*: Ad Ieſum autem cùm veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, ſed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuò exivit ſanguis & aqua: & qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium ejus: & ille ſcit, qui vera dicit, ut & vos credatis. Nos igitur ad tam præclarum teſtimonium, ac ſanctorum patrum & doctorum communem ſententiam Apoſtolicæ conſiderationis (ad quam duntaxat hæc declarare pertinet) aciem convertentes, ſacro approbante concilio, declaramus prædictum Apoſtolum & Evangeliſtam Ioannem rectum in præmiſſis factæ rei ordinem tenuiſſe: narrando, quòd Chriſto jam mortuo, unus militum lancea latus ejus aperuit.

*Reprobat & hæreticam judicat doctrinam, quæ habet, quòd ſubſtantia animæ rationalis, ſeu intellectiva, verè, & per ſe, humani corporis non ſit forma. Ioan. And.*

Porrò *a* doctrinam omnem, ſeu poſitionem temerè aſſerentem, aut vertentem in dubium, quòd ſubſtantia animæ rationalis, ſeu intellectivæ, verè ac per ſe humani corporis non ſit forma, velut erroneam, ac veritati catholicæ inimicam fidei, prædicto ſacro approbante concilio reprobamus: Definientes, ut cunctis nota ſit fidei ſynceræ veritas, ac præcludatur univerſis erroribus aditus, ne ſubintrent, quòd quiſquis deinceps aſſerere, defendere, ſeu tenere pertinaciter præſumpſerit, quòd anima rationalis, ſeu intellectiva non ſit forma corporis humani per ſe & eſſentialiter, tanquam hæreticus ſit cenſendus.

*Aſſerens confitendum unum baptiſma, ſicut unum Deum & unam fidem, approbat opinionem, quæ habet per illud conferri etiam parvulis (quoad habitum) informantem gratiam & virtutes. Ioan. And.*

Ad hoc *b* baptiſma unicum baptizatos omnes in Chriſto regenerans eſt (ſicut unus Deus ac fides unica) ab omnibus fideliter confitendum. Quod celebratum in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, credimus eſſe tam adultis, quàm parvulis, communiter perfectum remedium ad ſalutem. Verùm, quia quantum ad effectum baptiſmi in parvulis, reperiuntur doctores quidam theologi opiniones contrarias habuiſſe. Quibusdam ex ipſis dicentibus, per virtutem baptiſmi parvulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri. Aliis è contra aſſerentibus, quòd & culpa *c* eiſdem in baptiſmo remittitur, & virtutes, ac informans gratia infunduntur, quoad habitum, & ſi non pro illo tempore quoad uſum. Nos autem attendentes generalem efficaciam mortis Chriſti (quæ per baptiſma applicatur pariter omnibus baptizatis) opinionem ſecundam (quæ dicit, tam parvulis, quàm adultis conferri in baptiſmo informantem gratiam & virtutes) tanquam probabiliorem, & dictis ſanctorum, ac doctorum modernorum theologiæ magis conſonam & concordem, ſacro approbante concilio duximus eligendam.

a *Vide Guidonem Carmelitam in ſumma de hæreſibus tit. de hæreſibus. Petri Ioan. mod. & ejus ſequacium, cap. 3.* b *Geneſ. 2.* c *Rom. 5.* d *Ezech. c. 1.* e *Ioan. c. 19.*

a *Vide conc. Later. ſub Leone X. Seſſ. 8. in decreto incip. Apoſtolici regiminis.* b *al. at hoc.* c *al. ipſis.*

## DE RESCRIPTIS.

### TITVLVS II.

### CAP. I.

*Major Prælatus pro membris ſuis (etiamſi ſunt de menſa) reum convenire non poteſt, per reſcriptum Apoſtolicum, niſi ubi poſſent adminiſtratores membrorum. Contrà faciens in expenſis & intereſſe punitur, & proceſſus eſt irritus. Io. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

ABbates *a* aut alii religioſi, quibuslibet adminiſtrationibus præſidentes occaſione prioratuum, ſeu aliorum locorum ſubditorum eisdem, nullum auctoritate literarum Apoſtolicæ ſedis, vel legatorum ipſius, quomodolibet valeant convenire. Niſi ubi, & coram quibus, prioratuum & locorum ipſorum prioribus aut aliis gubernatoribus hoc liceret. Nec occaſione locorum ad menſas pertinentium eorundem, aliud in ipſis ſuper hoc liceat, quàm ſi loca ſic præmiſſa ſpeciales ſub eis gubernatores haberent. Si quis autem aliquem contra hæc vexare præſumpſerit, in expenſis ſibi & intereſſe per judicem (coram quo vexatio fiet hujuſmodi) condemnetur: omnisque proceſſus contra præmiſſa habitus ſit irritus ipſo jure.

### CAP. II.

*Principalis officialis Epiſcopi & prior conventualis, licet obedientiarius, delegari poſſunt à Papa: officialis verò foraneus, vel prior clauſtralis non. Io. And.*

Idem *in eodem.*

ETſi *b* principalis officialis Epiſcopi, aut religioſus conventualem obtinens prioratum (quamvis ad prioratum eundem prior non conſueverit per electionem aſſumi) à ſede Apoſtolica, vel legato ejusdem, dari valeat delegatus: In officiali tamen foraneo aut religioſo monaſterii, ſeu priore clauſtrali, nequaquam hoc volumus obſervari.

### CAP. III.

*Brevius non poteſt ſummari.*

Idem *in eodem.*

AVditor *c* in Romana curia deputatus à nobis, de beneficio (quod pronunciabit alicui de jure fore debitum) poterit ſibi abſque commiſſione alia *d* (ut evitetur circuitus) providere.

### CAP. IV.

*Expectans beneficium perdit gratiam, ſi conſequitur aliud, quod cum illo, quod expectat, de jure tenere non poteſt. Ioan. And.*

Idem.

GRatiæ, ut de dignitate, vel beneficio curato tibi provideatur, renunciare videris *e*, ſi ante adeptionem ejusdem aliud beneficium pacificè aſſequaris, quod ſimul de jure cum dignitate, vel beneficio virtute dictæ gratiæ tibi debito, retinere non poſſes, licet illud reſignaveris, aut ſis reſignare paratus.

### CAP. V.

*Gratia ſuper vacaturo non comprehendit beneficium poſt datam in ſubſtantia creatum. h. d. Io. de Imol.*

Idem.

LIteras noſtras ſuper conferendo tibi beneficio vacaturo directas, ad beneficium poſt datam ipſarum creatum, ſtatuimus non extendi.

## DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.

### TITVLVS III.

### CAP. I.

*Religioſus eligi non poteſt ad prælaturam non epiſcopalem alterius religionis vel habitus: ſi contra fiat, eſt irritum. h. d. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

CVm rationi non congruat, ut homines diſparis profeſſionis vel habitus, ſimul in eisdem monaſteriis ſocientur: Prohibemus, ne religioſus aliquis in Abbatem, vel prælatum alterius religionis, vel habitus de cætero eligatur. Quod ſi ſecus actum extiterit, ſit eo ipſo irritum & inane *a*: Per hoc autem, quin religioſus in Epiſcopum, ſecularis vel cujuslibet regularis eccleſiæ, licitè poſſit eligi, non intendimus prohibere.

### CAP. II.

*Cœtus cardinalium ſede vacante juriſdictionem papalem non exercet, niſi in quantum permittit concilium Lugdunenſe: nec illud, vel ejus partem alterare poteſt. Ioan. And.*

Idem.

NE Romani electioni pontificis indeterminata opinionum diverſitas aliquod poſſit obſtaculum vel dilationem afferre: Nos inter cætera præcipue attendentes, quòd lex ſuperioris per inferiorem tolli non poteſt, opinionem aſtruere (ſicut accepimus) ſatagentem, quòd conſtitutio felicis recordationis Gregorii Papæ X. prædeceſſoris noſtri, circa electionem præfatam edita in concilio Lugdunen. per cœtum cardinalium Romanæ eccleſiæ (ipſa vacante) modificare poſſit, corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, ſive addi, vel diſpenſari quomodolibet circa ipſam ſeu aliquam ejus partem, aut eidem etiam renunciari per eum, tanquam veritati non conſonam, de fratr. noſtrorum conſilio reprobamus *b*: irritum nihilominus & inane decernentes, quicquid poteſtatis aut juriſdictionis ad Romanum, dum vivit, pontificem pertinentis (niſi quatenus in conſtitutione prædicta permittitur) cœtus ipſe duxerit (eadem vacante eccleſia) exercendum.

*Officium camerarii vel pœnitentiariorum Papa durat ei mortuo, qui ſi deficiant, poterit cœtus cardinalium pro tempore vacationis alios ſurrogare. Io. And.*

Et tamen proviſo, quòd ſi ejusdem eccleſiæ camerarium, aut majorem, vel aliquos alios ex pœnitentiariis (quorum officium per obitum ejusdem Pontificis nolumus expirare) per mortem, vel aliàs deficere quovis modo contingat, valeat idē cœtus ad tempus vacationis hujuſmodi pro numero deficientium, vel ampliori etiam, quantum ad pœnitentiarios (ſi hoc eidem cœtui concorditer expedire videbitur) alios ſurrogare.

*Determinat diœceſim intelligi id, quod in concilio dicitur de territorio & diſtrictu: ſtatuit moriente Papa extra curiam, ipſius electionem fieri debere, in loco, ubi erat cauſarum & literarum audientia, licet ſuſpenſa: niſi prius ordinatum eſſet de curia transferenda. Io. And.*

Sanè cùm juxta conſtitutionem prædictam Papa extra civitatem, in qua cum ſua erit curia, moriente, in civitate, in cujus diſtrictu ſeu territorio moritur, ſit in ſingulariter ſucceſſoris electio celebranda, diſtrictus, ſeu

---

a *Si habent dignitatem principaliter cap. hac conſtitutione. de offic. deleg. lib. 6. Bald. per illum text. in auth. habita. cap. ne fil. pro pat. glo. c. à Subdiacono. diſt. 93. quæ gloſſ. limitatur à Dom. ibi per c. quis. §. quanquam. de præb. l. 6. Barb. Font.* b *vide l. fin. C. de edict. divi Hadrian. tollend. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de ſecund. tab. c. ultima voluntas. 12. quæſt. 2. Font. & vide conc. Trid. Seſſ. 10. 25. de refor. c. 10.* c *vide doct. in ca. ſuper eo. de offic. deleg. & Alex. in l. more. ff. de juriſd. omn. jud.* d *vide l. ſi princ. ff. de oper. nov. nunciat. & Bar. in l. cum fundum. §. ſi ſervum tuum imprudens. ff. ſi certum pet. Font.* e *vide c. 1. de ju. l. divi fratres. ff. de lib. cau. Bar. in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbit.*

a *Vide c. capitulum ſanctæ crucis. de reſcript. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill.* b *Ad hæc vide l. cum qui. §. fin. ff. de juriſd. omn. judic. Font.*

territorii

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[territorii] nomine, diœceſim hoc caſu intelligendam fore cenſemus. Eo tamen abjecto, quòd ſi in certo loco curſuum & literarum Apoſtolicarum audientia remanente, Papam alibi mori contingat, non ibi, ſed ubi prædicta fuerit audientia, memorata electio celebretur: etiam ſi eadem audientia tempore mortis hujus vacare noſcatur: niſi forſan ante mortem eandem, ordinatum eſſet per Papam de curia transferenda, quo caſu ſervetur proviſio conſtitutionis prædictæ.

*Providet caſui, quo contingeret Cardinales omnes exire conclave.*

Porrò ſi Romano non electo Pontifice, Cardinales omnes ſimul vel ſucceſſivè (quod abſit) exire contingeret conclave deputatum eiſdem; ij, (ad quos pertinet executio conſtitutionis prædictæ) illos ex ipſis, quibus infirmitas corporis, aut nota debilitas excuſationem non dabit, idem conclave (quàm citò poterunt) reintrare compellant a. Pœnas in dicta conſtitutione contentas (niſi hoc fecerint) incurſuri. Cardinales autem hujuſmodi conclave reintrantes, ad electionem jam dictam procedant: & aliàs conſtitutionem præfatam obſervent, ſecundum ſtatum, in quo erant in eodem conclavi, quando ipſum (ut præmittitur) exiverunt.

*Statuit Cardinales per exceptionem excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, ab electione non repelli. Ioan. And.*

Cæterùm, ut circa electionem prædictam, eò magis removeantur diſſenſiones, & ſchiſmata, quò minor eligentibus dabitur diſſidendi facultas: decernimus, ut nullus b Cardinalium cujuslibet excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti prætextu, à dicta valeat electione repelli. Statutis aliis circa electionem eandem hactenus editis, alias in ſuo robore duraturis.

*Electus & alii (qui mittere vel ire tenentur ad curiam) adpergant ad eā ſede vacante. h. d. Ioan. And.*

Verùm, quia tam ex proviſis remediis, quàm ex orationibus ad Deum ſuper hujus negotio effundendis, quòd brevius hujuſmodi celebretur electio, præſumendum eſt probabiliter, & ſperandum c: ſtatuimus, ut electi & alii (qui ex quacunque cauſa ad ſedem Apoſtolicam venire vel mittere ſunt adſtricti) ad ipſam, cùm vacat, ac ſi non vacaret d venire vel mittere teneantur.

## CAP. III.

*Primò ponit formam, ſecundùm quam appellans appellationem debeat appellare, ut per ipſam cauſa beneficialis ad curiam devolvatur. Secundò providet, cùm appellatus vel ipſius ſpecialis procurator nequit haberi. Tertiò providet, cùm per metum appellati, vel ſuorum intimatio fieri non poteſt. Quartò, vitiat intimationem aliter factam. Quintò, prorogat hunc modum intimandi ad alios caſus. h. d. Ioan. Andr.*

### Idem.

Cauſam electionis, poſtulationis, ſeu proviſionis, per appellationem ab ipſa vel occaſione ipſius, ad ſedem Apoſtolicam emiſſam, tunc demum ad ſedem eandem devolvi cenſemus, cùm in appellari aut procuratoris quidem in ipſa cauſa ſpecialiter conſtituti præſentia interpoſita fuerit, aut eorum alteri intra menſem ab interpoſitione ipſius, vel ſaltem poſt lapſum ejuſdem menſis (quàm citò commodè fieri poterit) legitimè intimata: porrecto videlicet ſibi ſub ſcriptura authentica, vel perlecto e illius tenore & copia modo conſimili (ſi petita fuerit) inde facta. Quòd ſi forſan appellatum abeſſe, & procuratorem talem non inveniri contingat, in domo, quam ipſe appellatus habitare communiter conſuevit: vel (ſi domus eadem in remotis exiſtat) in eccleſia cathedrali, in cujus civitate vel diœceſi conſiſtit beneficium: & nihilominus utroque caſu in eccleſia vel beneficio, de quo agitur, volumus appellationem hujuſmodi publicari, ac de ipſa, quandocunque petitum fuerit, copiam modo præmiſſo fieri appellato. Verùm, ſi propter appellati aut ſuorum metum, vel potentiam, intimatio fieri nequeat (ut præfertur) appellationem eandem in loco aliquo publico ſic ſolenniter volum⁹ publicari, quòd ad appellati ſeu ejus procuratoris notitiam poſſit veriſimiliter pervenire. Intimatio verò aliter facta, omni careat juris effectu: Nec cauſa per appellationem eandem ad ſedem cenſeatur devoluta prædictam, niſi ad appellatum ejus plena & certa notitia, intra tempus prædictum aliter perveniſſet. Idem quoque in aliis caſibus obſervari volumus, in quibus requiritur intimatio facienda.

## CAP. IV.

*Decretalis, Ut circa. locum non habet, cùm appellans jus ſuum vel eccleſiæ directè proſequitur: ſed cùm in formam vel perſonas opponit crimina vel defectus: quorum circumſtantias, ſi non ſpecificat, ſuper illis non auditur, etiam ſi juret illas didiciſſe de novo. Nec etiam in eadem cauſa ſuper illis auditur alius non appellans, & proſequens commune non proprium intereſſe: poteſt tamen aſſiſtere appellanti. Appellans, qui non ſervat formam, etiamſi appellationi renunciat, per viam querelæ non proſequitur objecta, nec etiam alia: niſi in caſibus exceptis. Omiſſio formæ licet appellantem à probatione repellat, non tamen infirmat probationem ſuper his legitimè factam adverſaris confeſſione vel aliter. hoc dicit. Ioan. Andr.*

### Idem.

Conſtitutionem, ut circa a. editam in concilio Lugdunenſi, locum decernimus non habere, quando, quæ opponuntur, directè reſpiciunt jus eccleſiæ, vel opponentis perſonæ: ſed tantùm ubi per competitorem b vel oppoſitorem quemlibet appellantem in formam aut perſonas defectus vel crimina opponuntur. Cæterùm quum circa crimina vel defectus debitam circumſtantiarum ſpecificationem prædictus omittit appellans, non eſt poſtmodum in proſecutione negotii ſuper his audiendus, etiamſi circumſtantias hujuſmodi vel probationes earum per juramentum aſſerat, ad ſe perveniſſe de novo. Sanè, ſi quis cujus intereſt, ab electione, poſtulatione, vel proviſione, duxerit appellandum, opponendo crimina vel defectus, forma dictæ conſtitutionis omiſſa, eodem poſtmodum appellationem hujuſmodi proſequente, alius ſuperveniens non appellans, contra appellatum in eadem cauſa principaliter admitti non debet, pro intereſſe communi eoſdem articulos proſequendo, licet appellanti poſſit aſſiſtere ne colludat: non tamen ei propter hoc proſecutionem proprii intereſſe denegamus. Inſuper ſi appellans ab electione, poſtulatione vel proviſione per viam querelæ ſimplicis cauſam agat, vel eam apppellato agente defendat, repellitur ab objectibus in appellatione ſua expreſſis & aliis, niſi conſtiterit ipſum formam ſervaſſe prædictam, præterquam in caſibus in conſtitutione præmiſſa exceptis: etiamſi appellationem ſuam non proſequatur, nec exhibeat, & illa ſe aſſerat nolle uti: dum tamen de ipſa coram judice fiat fides: quia per ipſam jus repellendi eundem adverſario eſt quæſitum. Illius verò conſtitutionis formæ omiſſio, licet appellantem ab objectibus in

a *Vide Bart. in l. ſi fidejuſſor. §. meminiſſe. ff. de leg. 1.* [illegible] b *al. [illegible] ut nullus ex Cardinalibus.* c *Vide Bald. in l. 1. col. 4. Cod. de Latin. liber. tol. quanquam.* d *Conſule l. mortuo. ff. de jud. [illegible] quæſt. 4. Pann. in d. c. licet. Font.* e *Not. idem eſſe. ſcripturam legere, aut legendam exhibere. Vide l. item apud Labeo. [illegible] autem. juncta l. lex Cornelia. §. ſi quis liber.*

a *Hic not. Card. quòd lex aut capitulum allegandum eſt per ſuum principium. Font.* b *Nota differentiam inter competitorem & oppoſitorem, & quis ſit competitor: dic, ut in gl. ejuſdem. Oppoſitor autem eſt, quando electus eſt unicus. ut lit. pend. ca. & 2. l. 6 Zabarel.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

formam electionis, vel perſonas eligentium, vel electi propoſitis vel proponendis, & eorum facienda probatione repellat *a*: probationem tamen factam ſuper his per adverſarii confeſſionem *b*, vel aliàs legitimè non infirmat.

### CAP. V.

*Sine ſpeciali licentia Papæ nullus providere poteſt eccleſiæ cathedrali clero carenti & populo Chriſtiano. Religioſus per prælatum licentiari non debet ut tali proviſioni conſentiat: conſentiens, etiam ſi fuerit conſecratus, priori prælato ſubjacet: nec in Epiſcopum recipitur, nec ad aliquem honorem promovetur: quæ contra fient, irrita decernit. Ioan. And.*

Idem.

IN pleriſque eccleſiis nedum (quod dolentes referimus) præſidio facultatum privatis, ſed & clero carentibus & populo Chriſtiano, multos frequenter & religioſos præſertim, improvida ſuperiorum proviſio ad pontificatus aſſumit honorem: qui nec (ut expediret) prodeſſe, nec præeſſe (ut deceret) valentes, inſtabilitate vagationis & mendicitatis opprobrio ſerenitatem pontificalis obnubilant dignitatis. Volentes igitur contra temeritatem tam facientium, quàm ut frequentius recipientium proviſiones hujuſmodi providere: de conſilio fratrum noſtrorum ſtatuimus, ut nullus de cætero, quantacunque dignitate præpollens (niſi ſpeciali ſuper hoc auctoritate ſedis Apoſtolicæ fulciatur) de paſtore provideat cathedrali eccleſiæ ſibi qualitercunque ſubjectæ, quæ clero careat & ſubditis Chriſtianis: Nullùſque religioſus à ſuo unquam, quòd proviſioni tali conſentiat, licentietur prælato. Quòd ſi licentiatus etiam hujuſmodi proviſioni conſenſerit, & in Epiſcopum fecerit aut permiſerit conſecrari, in epiſcopali nullatenus recipiatur honore. Sed in tantæ ambitionis pœnam ſub religionis, aut monaſterii ſui prælato ſemper ſic degat humilis, jaceatque proſtratus, quòd nullus eidem in religione ſua vel extra, ad gradum honoris vel adminiſtrationis cujuslibet ſit aſcenſus.

Nos enim quicquid contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum contigerit attentari, irritum eſſe decernimus & inane, contraria quacunque conſuetudine non obſtante. Sanè circa præfatas eccleſias permiſſa ſic ſpecialiter providenda decernimus, quòd circa proviſionem quarumlibet aliarum, facultatem ſuperiorum, nec coarctare intendimus, nec ultra juris communis limites ampliare.

### CAP. VI.

*Capitulum Quarundam. quoad diſcordiam & minoritatem numeri, intelligitur, quoad voces facti, non ſecundùm juris fictionem. b. d. Ioan. And.*

Idem.

QVod circa religioſorum electiones ſuper diſcordia & minoritate numeri Bonifaciana conſtitutione cavetur, de diſcordia & numeri minoritate, quæ in facto, non in fictione vel juris effectu conſiſtunt, debere intelligi declaramus.

### CAP. VII.

*Emolumentum ex juriſdictione & ſigillo curiæ, vel aliàs pertinens ad prælatum cathedralis eccleſiæ vel collegiatæ ea vacante: non obſtante conſuetudine (deductis expenſis) reſervandum eſt ſucceſſori: niſi tunc certæ dignitati competat juriſdictio cum ipſius emolumento. Ioan. And.*

Idem.

STatutum ſuper bonis à prælatis cathedralium regularium & collegiatarum eccleſiarum dimiſſis, aut obvenientibus tempore vacationis earum, futuris ſucceſſoribus fideliter reſervandis editum: locum declaramus habere in omni emolumento, quod provenit ex juriſdictione, & ſigillo curiæ eccleſiaſticæ vel ſecularis; aut aliàs undecunque, quod ad prælatos (eccleſiis non vacantibus) pertineret, conſuetudine qualibet contraria non obſtante: ita tamen quòd in iſtis & ſimilibus rationabiles deducantur expenſæ. Cæterùm ad ſingulares perſonas, ad quas ratione dignitatum, quas obtinent, juriſdictio cum ejus emolumento devolvitur: ſede vacante de conſuetudine, privilegio, vel jure alio ſpeciali, nolumus præſentem conſtitutionem extendi.

### CAP. VIII.

*Conceſſio licentiæ generalis religioſo de conſentiendo electioni factæ vel fiendæ, non valet. Io. de Imol.*

Idem.

CVm conceſſa religioſo à ſuperiore ſuo licentia, ut electioni vel proviſioni (ſi quam de ipſo contigerit fieri) ſuum dare poſſit aſſenſum, ambitionis vitio viam paret, nullius eam exiſtere volumus firmitatis.

## DE RENVNCIATIONE.

### TITVLVS IV.

### CAP. VNICVM.

*Renunciatio dignitatis vel beneficii facta per procuratorem ad hoc conſtitutum tenet: licet prius procurator fuerit revocatus, ipſo tamen & ſuperiore, cui fiebat ceſſio, ignorante: niſi per malitiam ipſorum vel aliorum revocatio ipſis fuerit occultata. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

CVm *a* illuſio & variatio in perſonis eccleſiaſticis maximè ſint vitandæ, præſenti conſtitutione ſancimus, ut ſi quis ad cedendum pontificali aut alii cuilibet dignitati *b*, vel beneficio procuratorem ſponte ac liberè conſtituerit, & ipſum ignorantem poſtmodum duxerit quomodolibet revocandum: teneat ceſſio facta per eum, antequam ad ipſius vel illius (in cujus manibus ceſſio fuerat facienda) notitiam revocatio hujuſmodi ſit deducta. Niſi fortè per ipſos aut alios malitioſè factum fuerit, quo minus ad eos vel eorum alterum ante ceſſionem potuerit revocatio perveniſſe.

## DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRÆLATORUM.

### TITVLVS V.

### CAP. VNIC.

*Si prælati regulares non conferunt intra ſex menſes prioratus, adminiſtrationes, & eccleſias vacantes, quæ non ſunt de menſa, ſed ſolent ſpeciales (licet obedientiarios) rectores habere: diœceſani auctoritate ſua, vel Apoſtolica, ſi ſint exempti, conferunt illa perſonis, quibus per prælatos fuerat conferenda. Nec permittunt illa applicari menſis prælatorum, vel penſionibus gravari. Decretum etiam decret. de offic. ordin. præſenti. & prælend. cùm ſingula in talibus prioratibus & eccleſiis locum habere. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

QVia regulares prælati prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, aut quævis alia beneficia ad eorum diſpoſitionem ſpectantia cum va-

a *Nat. hic confeſſionem in judicio nullo factam valere. Idem dixit Innoc. c. fi. de reſ. ſpolia. Pannor. Font.* b *In quacunq; parte litis opponatur ſecundum Imol. Sed Franc. dicit ſanè exceptionem dilatoriam: & ideo quia in iſtis ſpiritalibus non conteſtatur lis. Clem. ſape. opponendum antequam procedatur ad illa quæ aliàs fiunt poſt litem conteſt. per gl. & quæ ibi dixi. capit. 1. ſupr. c. 2. l. 6. Font.*

a *Vide Fel. in c. ex parte decani. ext. de reſcript.* b *Sed ex voce dixit Cardin. per hunc text. non comprehendi epiſcopatum. Fel. in rubr. de major. & obed. in coll. 6. Font.*

cant,

[in]ter, interdum committere negligunt vel conferre infra tempus in Lateranen. *a* concilio conſtitutum: diœceſani locorum in non exemptis, ſua, in exemptis verò Apoſtolica auctoritate negligentiam ſuper hoc ſuppleant eorundem. Prioratus, eccleſias, adminiſtrationes & beneficia hujuſmodi, illa *b* videlicet, quæ conſueverunt per ſeculares clericos gubernari, ſecularibus clericis: illa *c* verò, quæ religioſis dūtaxat committi ſunt ſolita vel conferri, religioſis monaſteriorum, quorum prælati hujuſmodi negligentes fuerint, conferendo. Eadem quoque auctoritate diœceſani ſuffulti nullo modo permittant, quòd iidem prælati prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, aut beneficia hujuſmodi applicent menſis ſuis: et penſiones ſive novas eis imponant, aut veteres augeant, ſive, quòd ipſis de novo impoſitæ, ſive auctæ ſolvantur. Præmiſſa verò de prioratibus, eccleſiis, adminiſtrationibus & beneficiis intelligimus, quæ non ſunt de menſa prælatorum ipſorum, ſed ſpeciales priores, adminiſtratores ſive rectores conſueverunt habere: licet priores ſeu adminiſtratores hujuſmodi liberè poſſint ad clauſtrum (cum oportuerit) revocari. In quibus etiam conſtitutionem Bonifac. Pap. octavi prædeceſſ. noſtri, bona beneficiorum vacantium occupari à prælatis vel aliis prohibentem, ac nihilominus in prioratibus hujuſmodi & eccleſiis illud Bonifacii ejuſdem ſtatutum, quod religioſum quemcunq; pluribus præeſſe prohibet prioratibus, aut eccleſiis curam animarum habentibus (etiam ſi cura ipſa non per eum, ſed per alium habeant exerceri) locum ſibi cenſuimus vindicare: licet etiam eiſdem prioratibus cura non immineat ſupradicta.

## DE AETATE ET QVALITATE, & ordine præficiendorum.

### TITVLVS VI.

### CAP. I.

*Diœceſani ſervare debent, & à ſuis ſubditis ſervari facere jura, loquentia de qualitate perſonarum præficiendarum eccleſiis. Ioann. Andr.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

Cum *d* eccleſiæ, quibus præficiuntur perſonæ minus idoneæ ſcientia, moribus vel ætate, gravia propter hoc (ut docet experientia) nonnunquam perferant in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta: Nos volentes per locorum diœceſanos, quibus hoc ex officio competit præcipuè, ſuper hoc diligentius præcaveri: eis diſtrictè injungimus, ut ipſi ſtatuta canonica, quæ ſuper præficiendis perſonis in hujuſmodi eccleſiis hactenus emanarunt, diligentius per ſeipſos obſervent, & faciant à ſuis ſubditis inviolabiliter obſervari, ſi divinam offenſam, & ſedis Apoſtolicæ debitam vitare voluerint ultionem.

### CAP. II.

*In capitulo cathedralis eccleſiæ vel collegiata vocem non habet, qui non eſt Subdiaconus. Habens beneficium, cui annexus eſt ordo, ſi poſt annum, niſi prius (impedimento ceſſante) promoveatur ad ordinem, in capitulo vocem non habet, donec fuerit ordinatus, & interim perdit diſtributionum dimidiam. Io. And.*

Idem.

Vt *e* ii, qui divinis in cathedralibus vel collegiatis ſecularibus vel regularibus eccleſiis ſunt mancipati officiis, vel mancipabuntur in poſterum, ad ſuſcipiendos ſacros ordines propenſius inducantur: ſtatuimus ut nullus de cætero in hujuſmodi eccleſiis vocem in capitulo habeat (etiam ſi hoc ſibi ab aliis liberè concedatur) niſi ſaltem in Subdiaconatus ordine fuerit conſtitutus. Illi verò, qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines ſunt annexi, pacificè nunc obtinent in eiſdem eccleſiis, vel obtinuerint in futurum, niſi (juſto impedimento ceſſante) ad hujuſmodi ordines ſe promoveri fecerint intra annum, extunc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in capitulo habeant earundem. Ipſiſque diſtributionum, quæ dantur iis, qui certis horis interſunt, pars dimidia ſubtrahatur: non obſtantibus quibuſlibet conſuetudinibus vel ſtatutis. Pœnis aliis, quæ contra tales promoveri ad ordines recuſantes ſtatuuntur in jure, nihilominus in ſuo robore permanſuris.

### CAP. III.

*In XVIII. anno ad Subdiaconatum: in XX. ad Diaconatum: in XXV. ad Presbyteratum poteſt quis liberè promoveri. hoc dicit. Ioann. Andr.*

Idem.

GEneralem eccleſiæ obſervantiam volentes antiquis juribus in hac parte præferri, decernimus, ut (alio non obſtante impedimento *a* canonico) poſſit quis liberè in decimo octavo ad Subdiaconatus, in vigeſimo ad Diaconatus, & in vigeſimo quinto ætatis ſuæ anno, ad Presbyteratus ordines promoveri.

## DE OFFICIO VICARII.

### TITVLVS VII.

### CAP. I.

*Iura loquentia de eccleſiis curatis, locum habent, quoad ista, in vicariis perpetuis eccleſiarum parœcialium. Ioan. And.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

QVæ de eccleſiis curam animarum habentibus per receptionem aliarum ſimilium amittendis, ac de ipſarum rectoribus promovendis ad ſacerdotium, & de eorum ætate, à jure ſtatuta noſcuntur, in perpetuis *b* eccleſiarum parœcialium vicariis & aſſumptis ad eas, volumus obſervari.

## DE OFFICIO ET POTESTATE judicis delegati.

### TITVLVS VIII.

### CAP. I.

*Iudex ad receptionem teſtium in civili, & executor ad providendum certæ perſonæ, cognitione præmiſſa, à Papa deputati, licitè ſubdelegant.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

IVdices ſuper receptione teſtium in cauſa civili: Nec non executores ad providendum aliquibus, ſi per inquiſitionem ſolertem eos eſſe vitæ laudabilis & converſationis honeſtæ repererint, à ſede Apoſtolica deputati, aliis poſſint committere licitè vices ſuas.

a Hæc eſt Conc. Later. ſub Alex. III. c.8. b Vid. Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. c.6. c al. ita: illa verò, &c. d Vid. Conc. Trid. ſeſſ.24. de refor. c.12. e Vid. Conc. Trid. ſeſſ.7. de reform. cap.10. & ſeſſ.24. de refor. c.12.

a Dictio, impedimento, deeſt in antiquioribus exemplaribus.
b De vicariis perpetuis, vide multa per Felinum in cap. G. perpetuas. extr. de fid. inſtru.

## DE OFFICIO IVDICIS ordinarii.

### TITVLVS IX.

### CAP. I.

*Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus, quòd metu pœna ipſi arceantur, & alii pertimeſcant. Io. And.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

VT clericorum audacia, qui prætextu privilegii clericalis ordinis *a* impunitatem exceſſuum obtinere ſperantes, nonnulla multoties committunt enormia, per quæ nimirum diffamatur eccleſia, & ſcandala gravia in populo generantur, potiſſimè cùm talia per Epiſcopos, ad quos horum ſpectat correctio, deſerantur (ut plurimùm) incorrecta, propenſius compeſcantur: eiſdem Epiſcopis diſtrictè injungimus *b*, quatenus ſic circa correctionem clericorum hujuſmodi vigilanter intendant, & diligenter ſui officii debitum exequantur, quòd & iidem clerici metu pœnæ à ſuis arceantur inſolentiis *c*, & alii eorum exemplo perterriti proſilire ad ſimilia meritò pertimeſcant.

### CAP. II.

*Valet collatio beneficii facta à collatore quolibet, citra legatum Apoſtolicum, non facta mentione de beneficio, quod prius habebat is, cui fit. h. d. Ioan. And.*

Idem.

ET ſi ab Apoſtolicæ ſedis legato, de beneficio facta collatio beneficium aliud obtinenti, non valeat, niſi de illo, quod obtinet, facta fuerit mentio ſpecialis: in aliis tamen quibuſlibet collationem beneficiorum habentibus, hoc nolumus obſervari.

## DE PROCVRATORIBVS.

### TITVLVS X.

### CAP. I.

*Qui ſciens ſine proteſtatione recipit inſtrumentum vel literas ſuæ procurationis, quibus conſtituens pro ipſo cavebat, ſuper incluſis in procuratorio dominum defendere cogitur. Io. And.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

INſtrumento vel literis, quibus te aliquis in cauſis ſuis procuratorem conſtituens pro te debito modo cavit, ſimpliciter (nulla facta proteſtatione) à te ſcienter receptis, non potes poſtea recuſare defenſionem illius: imò cogi poteris ipſum defendere in omnibus cauſis & negotiis, ad quæ prædicta inſtrumenta ſeu literæ ſe extendunt. Cùm per hæc ad omnia tuum præſtitiſſe videaris aſſenſum.

### CAP. II.

*Procurator habens mandatum jurandi, & omnia faciendi, quæ requirunt ſpeciale mandatum, contra electum vel proviſum opponere non poteſt crimina vel defectus. Ioan. And.*

Idem.

NOn poteſt procurator ad agendum vel defendendum *a* jurandumque de calumnia & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia, quæ ſpeciale mandatum exigunt conſtitutus (niſi aliud ſuper hoc in mandatis habeat) opponere in perſonam electi, ſeu ejus, cui eſt proviſio facienda vel facta, crimina *b* vel defectus: Cum ſub generalitate tali graviora non veniant, vel majora, quàm in ipſo procuratorio ſint expreſſa.

### CAP. III.

*Religioſus etiam pro conreligioſo, niſi pro conſorte ejuſdem litis, non poteſt procurator conſtitui ſine licentia ſuperioris, nec etiam alium conſtituere, nec ſubſtituere: licet hoc habeat in mandatis. Ioan. And.*

Idem.

REligioſus procurator, etſi per alium religioſum ſui vel alterius monaſterii fuerit conſtitutus, ſicut non poteſt ſine ſui ſuperioris licentia procurationis *c* officium ſuſcipere, niſi pro ſuo in eadem lite conſorte: ſic nec poteſt alium procuratorem conſtituere ſeu ſubſtituere, etiam ſi per conſtituentem hoc ſibi expreſsè fuerit commiſſum.

### CAP. IV.

*Per obitum rectoris eccleſiæ revocatur procurator, ab eo pro eccleſia conſtitutus, etiam quo ad negotia jam cœpta.*

Idem.

PRocuratorem à prælato, rectore, vel alio quolibet, pro eccleſia *d* ſua vel beneficio conſtitutum, per mortem conſtituentis revocari cenſemus. Etiam quo ad negotia jam incœpta, & cauſas in quibus per ipſum lis fuerit ante mortem hujuſmodi conteſtata.

## DE RESTITVTIONE IN integrum.

### TITVLVS XI.

### CAP. I.

*Eccleſia probans ſe læſam per lapſum temporis, ad illud tempus tantùm reſtituitur, & intra quadriennium à tempore læſionis.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

AB eccleſia *e* adverſus lapſum temporis, in quo ſe læſam affirmat, in integrum reſtitutio peti poteſt: & cauſa reſtitutionis hujuſmodi finiri debet intra quadriennium continuum à tempore læſionis, etiam ſi minus quadriennio tempus læſionis extitit. Sed non fiat reſtitutio, niſi ad tantum tempus, quanto ſe læſam fore probabit.

a *Dictio, ordinis, deeſt in antiquiorib. exemplaribus.* b *Si negligant, peccant mortaliter. 4. diſtin. c. denique. Auſter. Fontanus.* c *Ob iſtam cauſam puniuntur rei in ipſo loco delati, ſcilicet in auth. ſi verò. cap. adulter. Font.*

a *Idem & multò magis ſi ad alterum tantùm, cum tunc procuratoris minor eſſet poteſtas.* b *Crimina intellige magna vel parva, dum tamen talia ſint quæ probata repellerent electum à beneficio, de quo agatur. juxta cap. 1. de elect. lib. 6. & clem. conſtit. ſub. de eccle. Boniſacius.* c *al. procuratoris.* d *vide cap. ſi eos abſentis. de præben. lib. 6.* e *De intellectu hujus Clementinæ Matthæus de Afflictis deciſ. 17.*

FINIS.

CLE-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

# CLEMENTINARUM
## LIBER SECUNDUS.
## DE JUDICIIS.
### TITULUS PRIMUS.
### CAPIT. I.

*Conſtitutio Bonifacii, quæ habet, quòd citationes etiam extra dies ſolennes publicæ factæ demandato Papæ, in audientia literarum Apoſtolicarum, vel papali palatio, affixæ januis majoris eccleſiæ loci, in quo Papa cum curia ſua degit, arctent citatum, ac ſi ad eum perſonaliter deveniſſent: reſtringitur ad eos, qui impediunt, ne ad eos poſſit citatio pervenire, vel quorum domicilium tutè non poteſt adiri. Ioannes Andreas.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

DUdum a Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter conſtituit, ut citationes auctoritate Apoſtolica de perſonis quibuſcunque, ac etiam undecunque ad inſtar edictorum in albo prætoris propoſitorum, etiam extra dies ſolennes, in quibus Romani Pontifices proceſſus conſueverunt facere generales, ipſo Papa ſpecialiter & ex certa ſcientia id mandante factæ, in Apoſtolicarum audientia publica literarum, vel in papali palatio, publicè poſtmodum majoris eccleſiæ loci, in quo Romanus Pontifex cum ſua curia reſidebit, januis affigendæ, ſic valeant atque arctent citatos poſt lapſum terminum *b*, quem (conſiderata diſtantia locorum) citationibus ipſis apponi convenit competentem, ac ſi ad eos perſonaliter deveniſſent. Quia verò ſtatutum ipſum rationabiliter editum, propter malitiam temporis tunc inſtantis, nonnullis nimis rigoroſum videtur: Nos rigorem ipſum manſuetudine temperantes, idem ſtatutum, & præfatum modum citandi reſtringimus ad illos tantùm, & in illis locum volumus ſibi vendicare, qui faciunt, impediunt, vel procurant per ſe vel per alios quoquo modo, ne ad eos poſſit citatio pervenire: vel quorum domicilia ſive loca non poſſunt tutè liberéve adiri. Porrò ei, quod in citationes abſentium, tam diebus ſolennibus, quàm aliis ecclesia *c* Romana diverſis ex cauſis interdum facere conſuevit, per præſentem conſtitutionem ſeu moderationem, in nullo volumus derogari.

### CAP. II.

*In cauſis etiam pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, & uſurarum, & ipſas tangentibus, procedi poteſt ſimpliciter & de plano, abſque judiciorum ſtrepitu & figura. Ioann. Andreas.*

Idem.

DIſpendioſam prorogationem litium (quam interdum ex ſubtili ordinis judiciarii obſervatione cauſarum docet experientia provenire) reſtringere in ſubſcriptis caſibus cupientes: Statuimus, ut in cauſis ſuper electionibus, poſtulationibus, vel proviſionibus, aut ſuper dignitatibus, perſonatibus, officiis, canonicatibus, vel præbendis, ſeu quibuſvis beneficiis eccleſiaſticis, aut ſuper decimis, ad quarum etiam præſtationem poſſunt, qui tenētur ad eas, præmoniti cenſura eccleſiaſtica coerceri, necnon ſuper matrimoniis vel uſuris, & eas quoquo modo tangentibus ventilandis, procedi valeat de cætero ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu judicii & figura: Volentes non ſolùm ad futura negotia, ſed ad præſentia, & adhuc etiam per appellationem pendentia hoc extendi.

a *Modus citandi per edictum in forma hujus Clement. locum habet in ſolo Papa, ut not. hic Zabarella. eum videto.* b *al. terminum.* c *In quodam manuſcripto ita: Eccleſia Rom. diverſis ex cauſis proceſſus interdum, &c.*

## DE FORO COMPETENTI.
### TITULUS II.
### CAP. I.

*Concedit concilium certo caſu Epiſcopis expulſis à ſuis ſedibus, quòd in locis aliarum diœceſum, ſervata forma, quam limitat, poſſint procedere contra expulſores, conſiliatores, & fautores, & inter ſubditos jus dicere. Ioa. And.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

QUamvis ſacris canonibus ſit generaliter interdictum, ne quis Epiſcopus juriſdictionem in diœceſi exerceat aliena: nos tamen Epiſcopis, qui à ſuis ſedibus protervia impiorum expulſi non audent propter metum perſequentium in ſuis civitatibus vel diœceſibus, aut earum parte aliqua reſidere, nec juriſdictionem ad ſe ſpectantem per ſe vel per alium inibi exercere: ne injuria in eorum expulſione ipſorum irrogata eccleſiis hoc prætextu remaneat impunita, duximus indulgendum, ut in diœceſibus alienis, in civitatibus videlicet, vel locis inſignibus ſuis eccleſiis vicinioribus, in quibus poterunt ſecurè morari, & juriſdictionem ſuam liberè exercere poſſint, contra ſuos expulſores, & eorum in hac parte conſiliarios & fautores (dummodo civitates, vel loca hujuſmodi eiſdem expulſoribus, conſiliariis, & fautoribus ſint ſecura, & ipſi perſonaliter vel ad domum, ſi hoc tutè fieri valeat: alioquin publicè in eccleſia cathedrali loci vel domicilii eorundem citati fuerint) liberè procedere, prout juſtitia ſuadebit.

Si verò dicti Epiſcopi auſi non fuerint hujuſmodi ſuos expulſores, vel eorum conſiliarios & fautores dicto modo citare, vel ipſi malitioſè impedimentum præſtiterint, ne potuerint ſic citari: licitum ſit eiſdem Epiſcopis, ut expulſores, conſiliarios, & fautores eoſdem diebus aliquibus dominicis vel feſtivis, cùm populus convenerit ad divina, ut ſic facta citatio ad eos pervenire veriſimilius *a* præſumatur, citent vel citari faciant publicè in eccleſiis civitatum vel locorum inſignium prędictorum, & procedant deindè contra ipſos, ſi citati taliter ſtatuto ipſis peremptorio termino competenti coram eiſdem Epiſcopis noluerint comparere, acſi citati legitimè aliàs extitiſſent.

Eiſdem etiam Epiſcopis indulgemus, ut inter ſuos ſubditos (ne ob defectum juſtitiæ diſpendium aliquod patiantur) poſſint in diœceſibus alienis, in quibus moram traxerint (dummodo per ſe vel per alium hoc in ſuis propriis diœceſib. facere non audeant, vel non poſſint) juriſdictionem ſuam omnimodam exercere. Ita tamen, quòd ſubditi, qui expulſores vel eorum fautores, aut conſiliarii non fuerint, ultra duas dietas à fine ſuæ diœceſis non trahantur. Volumus inſuper, ut ante omnia à diœceſanis locorum, in quibus moram traxerint, petant licentiam in præmiſſis: quam ſi obtinere nequiverint *b*, procedant nihilominus, prout ſuperiùs eſt expreſſum. Sanè ſi prædicti Epiſcopi aſſeruerint, ſe non fuiſſe auſos præfatos expulſores, conſiliarios, vel fautores, perſonaliter, vel ad domum, aut publicè (ut præmittitur) in eorum eccleſia cathedrali citare: vel ipſos malitioſè præſtitiſſe impedimentum, ne per eos potuerint ſic citari, aut quòd in ſuis diœceſibus juriſdictionem per ſe vel per alium contra ipſos exercere nequeunt, vel non audent: ſtari ſuper his volumus aſſertionibus eorundem. Ipſis diſtrictius injungentes, ſub interminatione divini judicii, ne circa præmiſſa contra conſcientiam quicquam mendaciter aut doloſè aſſerant vel confingant. Eorundem autem Epiſcoporum ſententias & proceſſus, quos in præmiſſis caſibus, in aliis diœceſibus duxerint faciendos, denuncient, ſeu denunciari faciant, per ſuas diœceſes convicini Epiſcopi, cùm ab eis fuerint requiſiti. Per præmiſſa quoque nullum ex tranſcurſu temporis quanticunque, vel aliàs quoquo modo locorum diœceſanis vel aliis quibuscunque juriſdictionem habentibus in locis præmiſſis, in quibus prædicti Epiſcopi ſic expulſi juriſdictionem (ut prædicitur) *c* exercebunt, præjudicium generetur.

## DE CAVSA POSSESSIONIS & proprietatis.

### TITVLVS III.

### CAP. I.

*In cauſa beneficiali delata etiam per appellationem ad curiam, utraque pars poteſt petitorium & poſſeſſorium intentare. Et ante cauſæ concluſionem poteſt ſpoliatus ſuſpenſo petitorio, vel adverſarii, poſſeſſorium proſequi. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

CAuſa *d* beneficiali per appellationem ad ſedem apoſtolicam legitimè devoluta, tam appellanti, quàm appellato licere decernimus, nedum petitorium, ſed & poſſeſſorium intentare. Et in ſpoliantis odium ante cauſæ concluſionem ſuſpendere petitorium à ſe, & ab adverſario intentatum, in ſolo poſſeſſorio procedendo.

a *Al. veriſimiliter.* b *al. nequibunt.* c *al. præmittitur.* d *Vide Paul. de Caſt. conſil. 277. lib. 1. & de intellectu, Covarruviam lib. 1. Var. reſol. c. 16. num. 13.*

## DE DOLO ET CONTVMACIA.

### TITVLVS IV.

### CAP. I.

*Appellans ante definitivam, etiam à definitiva, lata in abſentem, citato vel non, appellare poteſt: niſi prima appellatio fuerit frivola manifeſtè, quo caſu non appellat, tanquam manifeſtè contumax. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

SI ante *a* definitivam ſententiam, à judice quis appellando recedat, & judex ſuæ appellationi non deferens, eo citato, vel etiam non citato ulterius in cauſa procedens, contra ipſum etiam abſentem ſententiam definitivam promulget, poterit idem appellans à dicta ſententia, intra tempus debitum appellare: Niſi ejus prima appellatio eſſet frivola manifeſtè.

## VT LITE PENDENTE NIL innovetur.

### TITVLVS V.

### CAP. I.

*Si duo litigantes ſuper beneficio, moriantur: ſive uterque in curia, vel ſolus poſſidens, vel neutro poſſidente alter tantum, alter alibi moriente: ad Papam, & in converſis caſibus ad ordinarium ſpectat collatio, ſi ad alterum beneficium pertinebat. Si autem alter tantum moritur, ſi ſuperſtes, vel alius, cujus intereſt, litem proſequatur, ex futuro eventu apparebit, ad quem collatio ſpectat. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

SI duobus in Romana curia, ſuper beneficio ſibi collato litigantibus, in eadem curia mori contingat utrumque, collationem hujuſmodi beneficii ad Romanum Pontificem: ſi verò extra dictam curiam, ad ordinarium decernimus pertinere: niſi forſan aliquis ab eis in dicto beneficio jus haberet. Quòd ſi unum in dicta curia, alterum verò extra mori contingat: ſi moriens in curia beneficium poſſidebat, ad Romanum Pontificem: ſi verò alius, ad ordinarium pertineat collatio ſupradicta. Neutro autem ipſorum beneficium poſſidente, erit Romanus Pontifex, propter auctoritatis prærogativam, in collatione hujuſmodi præferendus. Si verò, alter tantummodo, ſive poſſeſſor, ſive petitor, decedat, ſi ſuperſtes, vel alius, cujus intereſt, cauſam nihilominus proſequatur (cùm interim beneficium de jure conferri non poſſit) ad quem collatio ejus pertineat, futurus declarabit eventus. Nam ſi ad defunctum pertinuiſſe beneficium fuerit declaratum, pertinebit ad Papam, ſi ille in curia, vel ad ordinarium, ſi extra curiam ſit defunctus. Quòd ſi ad neutrum illud ſpectaſſe conſtiterit, ad ordinarium collatio pertinebit. Salva tamen, in præmiſſis omnibus Rom. Pont. poteſtate: ad quem eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum plena & libera diſpoſitio, ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur pertinere.

### CAP. II.

*Lis dicitur pendere, quoad hoc, ut nihil debeat innovari, cum citatio legitimè pervenit ad partem, vel per eam ſtetit, quo minus perveniret, cum tali expreſſione, quòd potuit inſtrui ſuper quo conveniatur. Ioan. And.*

Idem.

CVm lite pendente nihil debeat innovari, litem quoad hoc pendere cenſemus, poſtquam à judice,

a *Not. quòd appellari poteſt ante definitivam, quod eſt verum indiſtinctè jure canonico, dum tamen appelletur ex cauſa rationabili. cap. ut debitus. ext. de appell. ſed de jure civili non appellatur, niſi in certis caſib. Zabarella.*

compe-

competenti in ea citatio emanavit, & ad partem citatam pervenit: vel per eam factum fuit, quò minùs ad ejus notitiam perveniret. Dum tamen in citatione prædicta nulla ſint expreſſa, per quæ plenè poſſit inſtrui, ſuper quibus in judicio convenitur.

## DE SEQVESTRATIONE POSſeſſionum & fructuum.

### TITVLVS VI.

### CAP. I.

*Si ſuper beneficio contra ipſius poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit in petitorio vel poſſeſſorio una definitiva fertur in curia, etiam ſi nulla ſive dicatur, ipſius beneficii ſequeſtratio per loci ordinarium fieri debet: quam impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans, excommunicatus eſt: & ſi eſt de litigantibus, cadit à jure ſuo, & re pendentia. Ioan. Andr.*

Idem *a*.

AD compeſcendas litigantium malitias, definimus, ut una contra poſſeſſorem definitiva ſententia ſuper beneficio apud ſedem Apoſtolicam, duntaxat in petitorio vel poſſeſſorio promulgata, beneficium ipſum, etiam ſi dignitas, vel perſonatus exiſtat, & curam habeat animarum, à poſſeſſore hujuſmodi (dum *b* tamen triennio pacificè antea ab eo poſſeſſum non fuerit) per loci ordinarium, apud aliquam perſonam idoneam ſequeſtretur, quæ plenam de ipſo & debitam curam gerens, id, quod de fructibus ipſius (debitis ejuſdem ſupportatis oneribus)upereſſe contigerit, illi reſtituat, qui finalem in cauſa victoriam obtinebit. Si quis autem ſequeſtrationem hujuſmodi impedire, vel fructus ſequeſtratos quoquo modo præſumpſerit occupare, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto: à qua (niſi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus reſtitutis) nullatenus abſolvatur. Et nihilominus, ſi de litigantibus fuerit, à jure (quod ſibi in hujuſmodi beneficio, vel ad ipſum forſitan competebat eidem) hoc ipſo ſe noverit cecidiſſe: Præmiſſis nedum circa futura, ſed etiam circa per appellationem pendentia negotia obſervandis. Nonobſtante ſi contra præfatam ſententiam de nullitate forſan opponatur.

## DE PROBATIONIBVS.

### TITVLVS VII.

### CAP. I.

*Verba literarum Apoſtolicarum, quibus Papa proprium factum narrat, plenè probant, ſi ſuper illis gratia vel intentio Papæ fundatur. Ioan. Andr.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

LIteris noſtris, quibus nos dignitates quaſlibet ſeu beneficia collationi noſtræ, vel ſedi Apoſtolicæ reſervaſſe, aut reſignationem beneficii alicujus recipiſſe, vel recipiendi poteſtatem alii commiſiſſe, vel aliquem excommunicaſſe, ſeu ſuſpendiſſe, ſeu aliquem capellanum noſtrum vel familiarem fuiſſe, vel alia ſimilia, ſuper quibus gratia, vel intentio noſtra fundatur, feciſſe narramus, cenſemus ſuper ſic narratis fidem plenariam adhibendam. Volentes ad præterita & pendentia (etiam per appellationem) negotia hoc extendi.

## DE TESTIBVS.

### TITVLVS VIII.

### CAP. I.

*Per teſtes Chriſtianos convinci poſſunt Iudæi & Sarraceni, non obſtantibus contrariis privilegiis Regum & Principum: quibus ſi utantur, ſubtrahitur illis Chriſtianorum commercium. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

CVm Iudæi quidam & Sarraceni (ſicut accepimus) quòd ſuper civilibus aut criminalibus convinci per Chriſtianos non poſſint, ſe privilegiis Regum & Principum tueantur (quia id nedum juri contrarium, ſed & Chriſtianæ religioni opprobrioſum eſt quamplurimum & adverſum) Reges eoſdem & Principes *a* in Domino exhortamur, ne concedant hujuſmodi de cætero privilegia, vel ſervent aut ſervare permittant etiam jam conceſſa. Quòd ſi Iudæi, aut Sarraceni privilegiis talibus uti præſumpſerint, Chriſtianorum communio eis ſubtrahatur, ſic, quòd Chriſtiani ab eorum abſtinere communione cenſura eccleſiaſtica (ſi opus fuerit) compellantur.

### CAP. II.

*Publicatis atteſtationibus, teſtes produci non poſſunt (etiam in cauſa appellationis) ſuper eiſdem articulis vel directè contrariis. Ioan. And.*

Idem.

TEſtibus ritè *b* receptis, & eorum atteſtationibus publicatis, ſicut non licet ſuper eiſdem vel directò contrariis articulis alios vel eoſdem teſtes in principali cauſa producere, ſic non debet in appellationis cauſa licere. Cùm non minus in appellationibus, quàm in principali cauſa ſubornatio ſit timenda.

## DE IVREIVRANDO.

### TITVLVS IX.

### CAP. I.

*Iuramenta, quæ Romana eccleſiæ præſtant Romani Principes, fidelitatis exiſtunt. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

ROmani Principes *c*, orthodoxæ fidei profeſſores, ſacroſanctam Roma. Eccleſiam, cujus caput eſt Chriſtus Redemptor noſter ac Romanum Pontificem ejuſdem Redemptoris vicarium, fervore fidei, & claræ devotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, à quo approbationem perſonæ, ad imperialis celſitudinis apicem aſſumendæ, necnon unctionem, conſecrationem, & Imperii coronam accipiunt, ſua ſubmittere capita non reputarunt indignum, ſeque illi, & eidem eccleſiæ, quæ à Græcis Imperium tranſtulit in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes jus & poteſtas eligendi Regem in Imperatorem poſtmodum promovendum pervenit, adſtringere vinculo juramenti, prout tam mos obſervationis antiquæ, temporibus noviſſimis renovatæ, quàm forma juramenti hujuſmodi ſacris inſerta canonibus manifeſtant. Dudum ſanè inter quondam Henricum Imperatorem, tunc Romanorum Regem, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Robertum Siciliæ Regem, gravi diſcordia ſuſcitata: Nos multis grandibuſque periculis, quæ exinde proventura veriſimiliter timebantur, intendentes celeri & opportuno remedio obviare, quibuſdam ex fratribus noſtris ſanc. Rom. eccl. Cardi. exiſtentibus tunc in urbe pro reformanda pace, & ſolidanda concordia inter Reges eoſdem literas noſtras, ſub certa forma duximus deſtinandas: inter alia inferentes in eis, quòd cùm ipſi Reges ejuſdem eccleſiæ ſpecialiſſimi filii, ſibi juramento fidelitatis, & aliàs multipliciter eſſent adſtricti, ipſius eccleſiæ debeant eſſe promptiſſimi defenſores:

a In uno manuſcr. ita habetur. b *Vid. c. commiſſa. de elec. in* 6. *ubi Bart. & moderni in l. Celſus. ff. de uſucap. Font.*

a *Qui debent Iudæos punire: vid. l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cler. & gl. in ca. Iudæi. ij. de Iud. Font.* b *Vid. l. prim. §. adeunt adilem. ff. de ædil. edict. & l. apud eum. §. Imperator. ff. de manumi.* c *al. Imperatores.*

Dictis autem literis in notitiam dicti Henrici ad Imperium jam promoti ſic deductis, idem Henricus ab eiſdem cardinalibus requiſitus, ut ſuper contentis in illis ſuum propoſitum reſponderet: quaſi moleſtè tuliſſet, quòd de juramento fidelitatis hujuſmodi, per eum præſtito in dictis literis mentio haberetur, non familiariter, nec ſecretè, ut tractandæ pacis qualitas exigebat, ſed multis tabellionibus accerſitis & requiſitis ab eo, quòd de reſponſionibus ſuis conficerent publica inſtrumenta, inter cætera pubicè (præſente multitudine hominum copioſa) reſpondit *a*, ſe non fore cuiquam ad juramentum fidelitatis adſtrictum, & quòd nunquam fecerit juramentum, propter quod foret adjuramentum fidelitatis alicui obligatus, & quòd ipſe neſciebat, quòd anteceſſores ſui Romani Imperatores unquam juramentum hujnſmodi præſtitiſſent, ſimulans ſe immemorem juramentorum, quæ nobis ante coronationem ſuam præſtiterat, & poſt coronationem etiam innovarat. Nos itaque attendentes, quòd hujuſmodi reſponſio, ſi ſub diſſimulatione pertranſeat, vel ſilentio pallietur, poſſet in magnum & evidens præjudicium Rom. eccleſ. redundare, dignum admodum & opportunum fore perſpeximus, ut de juramentis hujuſmodi conſtitutioni præſenti aliqua breviter annectamus. Dictus namque H. quamprimum fuit in Regem Romanorum electus, ſolennes *b* ad nos nuncios deſtinavit: dans eis per ſuas patentes literas plenum & ſpeciale mandatum, exponendi nobis pro eo devotionem ipſius & reverentiam filialem, quam ad nos & Rom. eccleſ. ſyncero gerere ſe dicebat affectu: nec non petendi & impetrandi à nobis favorem & gratiam conſuetos: offerendi quoque nobis & præſtandi pro eo, & in ipſius animam debitæ nobis & eidem eccleſiæ fidelitatis, & cujuſlibet alterius generis juramentum: ac nihilominus petendi à nobis per noſtras ſibi manus impendi unctionem, conſecrationem, & Romani Imperii diadema. Præfatis itaque nunciis in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, ac ſecundùm dicti tenorem mandati Avinione, ubi tunc eramus cum noſtra curia reſidentes, in publico conſiſtorio, in quo erat prælatorum, & aliorum, tam clericorum, quàm laicorum non modica multitudo, præmiſſis per eos coram nobis expoſitis ſupplicando, petitis humiliter, & oblatis: Nos eodem mandato & decreto electionis ejuſdem H. ex parte principum tam eccleſiaſticorum, quàm ſecularium, qui eundem elegerant, nobis per dictos nuncios præſentatis, plena cum eiſdem fratribus deliberatione diſcuſſis, factaque nobis de electione hujuſmodi concordi & legitima plena fide, examinata quoque perſona ipſius H. pro ut abſentia patiebatur ejuſdem, & de ipſius fide, probitate, & aliis, quæ in perſona Imperatoris ſunt meritò requirenda, cum pluribus prælatis, & aliis magnæ auctoritatis viris, qui ejuſdem H. mores, conditionem, & ſtatum plenius noverant, inquiſito, ejuſque perſona, cujus etiam nos & fratres noſtri aliqualem notitiam prius habebamus, propter quod facilius tranſivimus in examinatione hujuſmodi idonea reputata, ipſum nominavimus, denunciavimus, & declaravimus Regem Romanorum, ipſius approbantes perſonam, eumque ſufficientem & habilem declarantes, ad ſuſcipiendam imperialis celſitudinis dignitatem, ac decernentes unctionem, conſecrationem, Imperiique Romani coronam, ſibi per manus noſtras debere concedi. Et ſubſequenter à præfatis nunciis, ſufficiens ad hoc ab eo (ut præmittitur) mandatum habentibus, ſecundùm formam in decretis, quæ incipit, Tibi Domino, comprehenſam, fidelitatis recepimus juramentum. Poſtque idem H. conſecrationis & coronationis ſuæ tempore aliud eiſdem cardinalibus, quos ad impendendum ſibi hujuſmodi conſecrationis & coronationis inſignia miſeramus ad urbem, illud noſtro nomine recipientibus juramentum præſtitit corporale, quod in libro Pontificali Rom. præſtandum Pontif. per Imperatorem coronationis ſuæ tempore continetur, cujus tenor dignoſcitur eſſe talis: Ego H. Romanorum Rex annuente Domino futurus Imperator, promitto, ſpondeo & polliceor, atque juro coram Deo, & beato Petro, me de cætero protectorem, procuratorem *a* & defenſorem fore ſummi Pontificis & hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in omnibus neceſſitatibus & utilitatibus ſuis, cuſtodiendo & conſervando poſſeſſiones, honores, & jura ejus, quantum divino fultus adjutorio fuero, ſecundùm ſcire & poſſe meum, recta & pura fide, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia. Cæterùm, quin juramenta hujuſmodi fidelitatis exiſtant, à retro Romanis Principibus non fuit hactenus hæſitatum: imò tam quondam Albertus Rex Romanorum, immediatus prædeceſſor memoriæ Henrici, Bonifacio Papæ octavo prædeceſſori noſtro tempore approbationis ejuſdem Alberti, quàm Rodolphus Pater ipſius, & alii prædeceſſ. ejuſdem Romanorum Reges diverſis noſtris prædeceſſoribus juramentum fidelitatis & obedientiæ præſtiterunt. Idemque Bonifac. memoratum A. juramento hujuſmodi ab eo recepto, de fratrum ſuorum conſilio (præſente prælatorum & aliorum multitudine copioſa) auctoritate Apoſtolica recepit in ſpecialem ſuum filium & eccleſiæ memoratæ, ipſumque in Regem Romanorum aſſumpſit, in Imperatorem poſtmodum promovendum. Verùm, quia ſæpefatus H. qui in proximis diebus ſuis, de hac luce ſubtractus, non virtutem & mentem, ſed nudum verborum inſectans corticem, ſenſumque confundens, juramenta reſtringendo prædicta, curioſè videbatur aſſerere (ut præfertur) illa ad debitum fidelitatis hujuſmodi non extendi: novo modo curioſitatis hujus luculentæ veritatis antidotum ipſius declarationis oraculo providimus apponendum. Quia ergo capitulis juramento fidelitatis contentis ſolicita meditatione penſatis ipſa capitula in præfatis Imperatoris juramentis, quantum ad effectum, mentem, & virtutem ipſorum, non eſt dubium contineri: Nos præmiſſis & aliis rationibus, ne quis in Romanum aſſumptus Principem, vel in poſterum aſſumendus, an juramenta hujuſmodi per dictum H. Imperatorem præſtita, & per ſucceſſores ipſius in futurum præſtanda fidelitatis exiſtant, in dubitationem deducere audeat, vel ſuper his contrarium aſtruere veritati: auctoritate Apoſtolica de fratrum noſtrorum conſilio declaramus, illa juramenta prædicta *b* fidelitatis exiſtere, & cenſeri debere. Porrò præter juramenta prædicta, idem Henricus ſuorum inhærens prædeceſſorum veſtigiis, priuſquam ingrederetur Italiā, vel ibidem jura aliqua exerceret, ſub teſtimonio ſuarum patentium literarum in manibus dilecti filii Ioannis de Mediolanis *c*, ſcholaſtici eccleſiæ Talenſis, capellani noſtri, ad hoc ſpecialiter per nos miſſi, noſtro & præfatæ eccleſiæ nomine recipientis promiſit, & tactis ſacroſanctis Evangeliis juramento firmavit, quòd eandem eccleſiam & fidem catholicam pura fide totiſque viribus conſervaret reverenter, & etiam defenſaret, omnemque hæreſim, ſchiſma, & hæreticos quoſlibet, fautores, receptatores, & defenſores ipſorum exterminare pro poſſe: ac nunquam cum Sarraceno, pagano, ſchiſmatico, ſeu alio quolibet communionem *d* catholicæ fidei

a *Vid. Bart. in leg. ſciendum. ff. de verbo. oblig.* b *Vide c. ad Apoſtolica. de re judic. lib. 6. 1. q. 1. c. eſtote. & 46. diſtinct. nobiliſſimus. Font.*

a *Dictio procuratorem, deeſt in antiquiorib. cod.* b *Dictio prædicta, deeſt in antiquior. codicib.* c *al. Melani.* d *Ad hæc vid. l. non dubito. ff. de capt. & Innoc. cap. primo, ad finem, in ca. quod ſuper hu. de vo. Font.*

non

non habente, aut cum aliquo alio præfatæ eccleſiæ inimico, vel rebelli, ſeu eidem manifeſtè ſuſpecto, unionem quamlibet ſeu parentelam aut confœderationem iniret, ſed tam noſtram, quàm ſucceſſorum noſtrorum perſonas, honorem & ſtatum manuteneret, defenderet, & conſervaret contra omnes homines cujuſcunque exiſterent præeminentiæ, dignitatis vel ſtatus. Eidem etiam *a* adjiciens juramento, quòd manuteneret ſemper atque ſervaret, privilegia omnia per prædeceſſores ſuos Reges ac Imperatores Romanos, præfatæ Romanæ, & aliis quibuſlibet eccleſiis quocunque conceſſa temporum, & continentiæ cujuſcunque: ipſaque omnia, & ſpecialiter ac præcipuè per claræ memoriæ Conſtantinum, Carolum, Henricum, Ottonem quartum, Federicum ſecundum, atque Rodulphum, prædeceſſores ipſius ſuper conceſſione, recognitione, advocatione, annotatione, quitatione, & libera dimiſſione terrarum & provinciarum Romanæ eccleſiæ ubilibet poſitarum, quarum etiam multas nominatim expreſſit, ſedi Apoſtolicæ Romanisque Pontificibus ſuper *b* quocunque tenore conceſſa recognovit, confirmavit, & ex certa ſcientia innovavit, ac etiam de novo conceſſit: & terras ipſas atque provincias recognovit ad jus & proprietatem ipſius eccleſiæ pleniſſimè pertinere: eaſque nihilominus ex abundanti de novo eccleſiæ ſæpefatæ donavit, ſub prædicto ſe obligans juramento, quòd ipſas, aliquàmve ipſarum partem nullo unquam tempore occuparet, ſeu (quantum in eo eſſet) ab alio permitteret occupari. Nec in eis, aut aliqua parte ipſarum jura aliqua, poſſeſſiones, aut tenutas haberet, ſeu quomodolibet poſſideret, nec in eis etiam poteſtariæ ſeu cujusvis capitaniæ, aut juriſdictionem quamcunque per ſe, vel per alium exerceret, quodque (ut Princeps catholicus & ſæpe dictæ eccleſiæ advocatus atq; defenſor) ipſam juvaret, & conſiliis, & auxiliis illi adſisteret opportunis, contra quoſcunque inobedientes & rebelles eidem: & præcipuè contra occupantes ſeu turbantes terras prædictas ſeu provincias, vel partem quamlibet earundem. Sub eodem etiam juramento promiſit, quòd tam ipſam Romanam eccleſiam, quàm alias eccleſias, libertatem eccleſiaſticam, bona, jura, prælatos, & miniſtros eccleſiarum ipſarum manuteneret, conſervaret, atque defenderet, ſuo poſſe. Et quòd eccleſiæ Romanæ vaſallos contra juſtitiam nullatenus offenſurus, devotos ac fideles eccleſiæ etiam in Imperio conſtitutos benignè tractaret: nec eos opprimeret contra juſtitiam, aut (quantum in eo eſſet) per alium opprimi ſustineret: ſed in ſuis potius juribus & juſtitiis conſervaret. Hoc quoque juramentum & etiam priſtinum prædicto nobis per ſuos nuncios (ut præmittitur) præſtitum receptis ſuæ coronationis inſigniis innovavit, prout in patentibus ante coronationem ipſam, ejus regio magno ſigillo, & aliis poſt coronationem eandem, ejus imperiali aurea bulla munitis, inde confectis literis (quas in archivis Ro. ecc reponi, & diligenter conſervari fecimus) plenius continetur.

## DE EXCEPTIONIBVS.

### TITVLVS X.

### CAP. I.

*Exceptio excommunicationis opponitur dilatoriè quandocunque, peremptoria non obſtante. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

EXcommunicationis exceptio dilatoriè in qualibet parte litis opponi poteſt, termino peremptorio per judicem aſſignato, ad proponendum exceptiones declinatorias & dilatorias, non obſtante: Servata tamen conſtitutione felicis recordationis Innocent. Papæ IV. edita circa hoc in concilio Lugdunenſi.

## DE SENTENTIA ET RE judicata.

### TITVLVS XI.

### CAP. I.

*Qui tres ſententias contrarias in quavis cauſa reportavit, de illarum nullitate non aget, nec excipit ipſarum executione non ſacta: & reſpicit etiam pendentia. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

VT *a* calumniis litigantium occurratur, is, qui in beneficiali vel alia quavis cauſa tres contra ſe in petitorio vel poſſeſſorio ſententias reportavit, ad agendum de nullitate ipſarum, vel alicujus ex eis nullatenus admittatur, donec hujuſmodi ſententiæ plenariè fuerint executioni mandatæ. Similiter ſi ille, contra quem tres ſententiæ definitivæ latæ fuerint, ab interlocutoria vel gravamine ante prolationem ipſarum vel earum alicujus ſe appellaſſe, & cauſam appellationis hujuſmodi adhuc pendere proponat: ſententiarum prædictarum executionem tali prætextu nolumus impediri. Quæ ad cauſas qualitercunque etiam per appellationem pendentes duximus extendenda.

### CAP. II.

*Sententia lata contra citatum extra citantis territorium exiſtentem, nulla eſt ipſo jure. h. d. Ioan. And.*

Idem.

PAſtoralis cura ſolicitudinis nobis divinitus ſuper cunctas Chriſtiani populi nationes injuncta, nos invigilare remediis ſubjectorum, eorundem periculis obviare & ſcandala removere compellit. Sanè cùm jamdudum inter quondam Henricum Imperatorem Romanum, & chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Robertum Siciliæ Regem gravis fuiſſet materia turbationis exorta, aſſerente deinde Imperatore prædicto, quòd cum quibuſdam ipſius ſubditis Rex confœderationes & conſpirationes fecerat in ipſius majeſtatis offenſam: Quodque tractaverat & ordinaverat, ut civitates quædam ſub Imperii & Imperatoris ejuſdem obedientia conſiſtentes, contra eum, & Imperium rebellarent, genteſque ſui ipſius fultæ ſubſidio, nonnullas alias Imperii civitates & caſtra (inde violenter ejectis ipſius Imperatoris officialibus) occuparunt, & pro ipſo Rege occupatæ tenebant: Ac aliàs etiam in urbe & alibi in Imperii, & in Imperatoris ejuſdem contemptum, & ſuæ majeſtatis injuriam, & reipublicæ detrimentum multa gravia fuerunt *b* per Regem eundem, ac malitiam & inſtigationem ipſius tam à ſuis ſtipendiariis, quàm à ſubditis Imperatoris commiſſa.

Præhabitis per Imperatorem eundem quibuſdam proceſſibus contra eum, abſentem tamen, quamvis legitimè (juxta Imperatoris aſſertionem) citatum, ac quod ſupradicta erant notoria, per imperialem interlocutoriam declarat Imperator ipſe, Regem affirmans propter præmiſſa læſæ majeſtatis criminis reum eſſe, in eum peremptoriè (ut dixit) & ſufficienter citatum, ſed comparere contumaciter recuſantem, tanquam rebellem, proditorem & hoſtem Imperii, ac reum criminis ſupradicti, privationis omnium dignitatum, quocunq; comprehenſarũ titulo, & quib. ſe intitulabat Rex ipſe, auctoritatem quoq; honorum, provinciarum, terrarum, bonorum, jurium & juriſdictionum, tam perpetuorũ, quàm temporalium, & ſi quando veniret in ſuam & Imperii fortiam, mutilationis *c*

a *Dictio, etiam, deeſt in antiquiorib. codicibus.* b *Al. ſub.*

a *De intellectu vide Oldradum conſil. 106. incip. quod litera executoria.* b *Al. fuerant.* c *Vide l. res capitalis. ff. de pœn. & leg. tranſigere. C. de tranſact. cum leg. criminali. C. de juriſd. omnium jud. atq; l. 1. C. ne Chriſtia. man. & Feli. in c. ex literis. xi. de conſtit.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

etiam capitis ſententiam promulgavit, omnem ſupplendo defectum, ſi quis forſitan fuerat ex ſolennitate juris omiſſus in proceſſibus memoratis: præmiſſa (ut aſſeruit) faciens exigente juſtitia, & de imperiali etiam poteſtate. Verùm quia hujuſmodi ſententia, quæ non à diſcretione, matre virtutum, ſed à noverca juſtitiæ, voluntaria ſcilicet judicantis præcipitatione proceſſit, partus forſan de ſe deteriores haberet, ſi ipſius ſententiæ inefficacia in publicum præcone juſtitia non prodiret: Nos circa eam tali uti proviſione volentes, quæ (detectis ipſius defectibus) ſeminata per eam extinguat pericula, & in ratione reddenda ſit poſteris profutura, ipſam ſubjiciendam eſſe providimus limæ juſtitiæ, ac rectæ libramini rationis. Ejuſdem igitur cauſis & continentia, necnon & conditione illorum, à quo, & in quem lata fuit, diligenti debita conſideratione penſatis, patenter ex eis illius aſtruitur evidentia nullitatis, & manifeſtè arguitur temeritas promulgantis. Notorium quippe ac indubitatum exiſtit, quòd grandis exercitus tempore dictorum proceſſuum & ſententiæ, continuè Imperatori aſſiſtens, Regem ipſum & ſuos perſequebatur odio capitali: Piſanaque civitas, in qua lata fuit memorata ſententia, Regem capitali habebat odio notorio & antiquo. Eſto igitur, quòd Rex ipſe aliàs ad præmiſſa fuiſſet legitimè per Imperatorem citatus: nunquid venire debuit ad judicem exercitu feroci ac grandi, ipſique citato (ut præmittitur) odioſo ſtipatum? Nunquid etiam debuit comparere in loco admodum populoſo, multùm potenti, ac præfato in eum odio provocato? Quis enim auderet, vel qua ratione audere aliquis teneretur, conſiſtorii talis ſubire *a* judicium, & ſe in hoſtium ſinu reponere, ac ad mortem per violentam injuriam non per juſtitiam inferendam ultroneum ſe offerre? Hæc quidem jure timentur, hæc de more vitantur, hæc humana fugit ratio, hæc abhorret natura. Deſiperet igitur, qui citationem hujuſmodi ſaperet arctaſſe citatum. Ut *b* illud tanquam notiſſimum nullatenus omittamus, quòd Regem extra diſtrictum Imperii, in regno ſcilicet Siciliæ, notoriè ac continuè tempore ſupradicto morantem, citare non potuit Imperator, nec citatio, ſi quam forſan de ipſo intra Imperii fines fecit, citatum extra Imperium conſtitutum arctavit. Nos quoque Regis ordinarius judex, quòd ad Imperatoris judicium citaremus, vel citari aut remitti faceremus eundem, nequaquam fuimus requiſiti: imò licet ad nos & curiam noſtram temporibus illis rumores frequenter de curia Imperatoris venirent, & juxta eum etiam quidam ex fratribus noſtris eſſent, prius tamen dictæ ſententiæ promulgatio, quàm aliquid de proceſſibus antecedentibus ad audientiam noſtram pervenit. Denique licet Rex ipſe terras aliquas ab Imperatore tenere dicatur in feudum, non tamen in eis, ſed in regno præfato domicilium ſuum fovebat: unde Imperator in ipſius perſonam nulla ratione terrarum hujuſmodi (niſi ex natura feudorum) debitam ſuperioritatem habebat. Quòd ſi punitio criminis intra diſtrictum imperialem commiſſi, ad Imperatorem forſan pertinuiſſe aſſeratur: Verum eſt quidem, ſi in eodem diſtrictu fuiſſet inventus delinquens, vel ad illum de more remiſſus. Dici ne ergo ſententia meruit, quæ à judice, qui per Regem tutè adiri non potuit, & in loco notoriè (ut præfertur) non tuto, in abſentem, nec citatum legitimè ac inauditum, per conſequens & indefenſum, non maturo fuit judicio, ſed præcipitio, & de tanto præſertim crimine promulgata? Rurſus non eſt ſilentio relinquendum, quòd ipſe Rex, noſter & eccleſiæ Romanæ ratione regni prædicti notoriè ſubditus, homoque ligius & vaſallus, ac *a* in eodem regno, non, ut præmittitur, in Imperio certum continuum & notorium ſuum habens domicilium, ac originem inde trahens, Imperatori eo modo non ſubfuit, quòd etiam ſi crimen *b* læſæ majeſtatis commiſerit, quantumlibet ſi ſententia ſupradicta contenta veritatem indubitam continerent, ſicque nedum non jure, imò nec cum juris colore tulit Imperator ſententiam ſupradictam in Regem, ex cauſa, quæ veritatis ſubſiſtentiam non habuit, propter quam etiam, quatenus in eo fuit, Regem [illegible] privando regno & regia dignitate ac terris [illegible] & juriſdictionibus perpetuis & temporalibus, quæ [illegible] eo nullatenus, vel ab eo, ſed à nobis, & ſub nobis [illegible] bat: nec non procedendo contra Regem [illegible] lis quæ per ipſius ſtipendiarios ac nonnullos Imperatori ejuſdem ſubjectos per malitiam & inſtigationem Regis ipſius, contra eum fuiſſe commiſſa in urbe dicebat: [illegible] etſi illa fuiſſent ibidem revera commiſſa, punitio tamen eorum in Regem, veluti extra diſtrictum Imperii commiſſorum, ad Imperatorem nullatenus pertinere: [illegible] bendo etiam in eadem ſententia ſub magnarum appoſitione pœnarum, quarum aliquas ſibi applicari mandavit, ne quis dicto Regi præſumeret in ſuis reſpondere debitis, in ipſiúſve familiaritate, vel ſervitio manere, aut eidem contra ipſum Imperatorem quovis modo impendere conſilium, auxilium vel favorem: [illegible] tores, ſervitores, & auxiliatores ejuſmodi extra Imperium & in regno conſtituti prædicto nullatenus Imperatori ſubeſſent, nec ex committendis in regno eodem [illegible] poſſent pœnis adſtringi, vel aliqualiter condemnari [illegible] ipſum: abſolvendo quoque ab omni fidelitate, obligatione, ſervitio, promiſſione, ac pacto provincias [illegible] civitates, & caſtra, & *d* loca, ipſiuſque vaſallos & feudatarios, & alios quoſlibet eidem Regi quomodolibet obligatos, cùm includerentur in abſolutione hujuſmodi terræ & perſonæ nobis & eccleſiæ Romanæ ſubjectæ, propriæ terminos poteſtatis exceſſit, in meſſem noſtram mittens perperam ſuam falcem. Cæterùm defectus ſuppletio circa proceſſus adhibita ſupradictos, [illegible] valet ad juſtificationem ipſorum & ſententiæ ſupradictæ, quantum ad eorum ſuggillationem & notam: cùm nullam ſuper præmiſſis poteſtatem haberet Imperator in Regem, ſibi aliàs, quàm ut præfertur, non ſubditum, non citatum *e* legitimè aut remiſſum, & extra diſtrictum ipſius continuè ac notoriè conſiſtentem: [illegible] dicta ſuppletio circa ſubditum etiam ad ea poſſet [illegible] de ratione referri, per quæ de crimine præſertim ſic gravi delato defenſionis (quæ à jure provenit naturali *f*) facultas adimi valuiſſet: cùm illa Imperatori tollere non licuerit, quæ juris naturalis exiſtunt. Ut igitur [illegible] memorata ſententia juris caret effectu, ſic [illegible] & nomine rei careat judicatæ, ut nec in opinione [illegible] muni aut vulgi labiis nomen habere ſententiæ [illegible] tur: ut etiam in magnum juſtitiæ ac pacis [illegible] ſcandaloſis occurratur periculis, quæ cum noſtra & eccleſiæ provinciarum, multorum regnorum & [illegible] turbatione non modica poſſent occaſione ipſius [illegible] tempore ſuboriri: Nos tam ex ſuperioritate, quam ad Imperium non eſt dubium nos habere, quàm ex poteſtate, in qua (vacante Imperio) Imperatori ſuccedimus, & nihilominus ex illius plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus Rex Regum, & Dominus dominantium nobis, licet immeritis, in perſona beati Petri conceſſit, [illegible]

a *alit. ita: ſubire judicium ſe in hoſtium ſinu reponere ad mortem, &c.* b *al. ut id.*

a *In quodam manuſcripto ita: ac in eodem regno ut præmittitur non Imperio certum, &c.* b *Vid. l. Pacumeius ff. de* [illegible] c *al. ſæpedictum.* d *Hæc duo verba, & loca, deſunt in antiquis codicibus.* e *De hac re vide Ulricum Zaſium. l. 4. ...* [illegible] *tempore. ff. de ori. ju. Bal. in l. fi. C. de legat.* f *L. ut vim* [illegible] *doctores. ff. de Juſtit. & jure.*

ſiam & proceſſus omnes prædictos, & quicquid ex eis ſecutum eſt vel occaſione ipſorum, de fratrum noſtrorum conſilio declaramus fuiſſe ac eſſe omninò irritos & inanes, nullumque debere aut debuiſſe ſortiri effectum ſeu nocumentum vel notam afferre cuiquam vel quomodolibet attuliſſe. Ipſoſque nihilominus, quatenus proceſſerant de facto, & quicquid ex eis ſecutum eſt, vel ob eos vel in poſterum ſequi poſſet, in irritum revocamus.

## DE APPELLATIONIBVS.

### TITVLVS XII.

### CAP. I.

*Valet appellatio coram majore parte plurium judicum. Sed appellanti eſt appellatio, delatio, & termini præfixio intimanda. Io. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

SI à judicibus *a* duobus aut pluribus fuerit appellandum, quia fortè de facili eorum præſentia ſimul haberi non poſſet, liceat coram ipſis vel majori parte ipſorum appellare, & Apoſtolos petere ſeparatim, valebitque appellatio talis, ac ſi ſimul fuiſſet in eorum præſentia ab omnibus appellatum. Eſt tamen appellato ignoranti appellationis, necnon delationis eorum & termini præfixionis, ſi ſubſecutæ fuerint, intimatio legitimè facienda.

### CAP. II.

*Sufficit Apoſtolos peti uno contextu ſæpius & inſtanter: ad quos recipiendos, ſi judex certum terminum ſtatuat, appellans illos non petens in termino, appellationi renunciat: Idem cum judex ſtatuit terminum juris incertum, intra quem appellans illos debitò non petiit, vel oblatos recipere renuit.*

Idem.

QVamvis rigor juris expoſcat eum, qui appellat, debere petere Apoſtolos congruo loco & tempore ſæpius & inſtanter: Nos tamen antiquam & communem obſervantiam litigantium ſequi & æquitatem rigori præferri volentes, decernimus ſufficere, quòd per appellantem ſimul uno contextu Apoſtoli inſtanter & ſæpius poſtulentur. Verùm ſi judex à quo appellatur, certum terminum ad recipiendos Apoſtolos appellanti aſſignet, & appellans in aſſignato ſibi termino non comparere coram eo, nec petat Apoſtolos ſibi tradi, appellationi ſuæ renunciaſſe videtur. Similiter ſi judex appellanti reſponderit intra juris terminum Apoſtolos ſe daturum, appellationi ſuæ renunciaſſe appellans intelligitur, niſi intra dictum terminum congruo loco & tempore inſtanter, & ſæpius ſaltem uno contextu petat Apoſtolos ab eodem judice ſibi dari *b*, vel ſi recipere recuſat oblatos.

*Ponit tres caſus, quibus appellans non habens Apoſtolos, appellationem proſequi poteſt. h. d. Ioan. And.*

Quod ſi judex in termino ad dandum Apoſtolos præfixo, per eum ipſo appellanti petenti non dederit: aut ſi cum peterentur Apoſtoli, reſponderit ſe daturum eoſdem, nullo termino certo ſibi præfixo, vel intra juris terminum ſe eos aſſeruerit velle dare, & poſtea per appellantem congruo loco & tempore ſæpius & inſtanter uno contextu etiam requiſitus, eos non curaverit intra eundem terminum exhibere, appellationem ſuam extunc proſequi poſſit appellans, ac ſi expreſsè fuiſſent eidem Apoſtoli denegati.

### CAP. III.

*Appellans, proſequi & finire tenetur appellationem extrajudicialem intra annum à die interpoſita appellationis vel illati gravaminis: quo non facto (impedimento juſto ceſſante) appellatio eſt deſerta. h. d.*

Idem.

SIcut appellationem judicialem, ſic & extrajudicialem intra annum à die interpoſitionis ipſius, vel à die illati gravaminis, ubi à futuro gravamine appellatur, proſequi & finire tenetur appellans. Quòd ſi juſto impedimento ceſſante non fecerit, debebit ejus appellatio deſerta cenſeri.

### CAP. IV.

*Tempus ad proſequendam appellationem ab homine vel à jure præfixum non currit appellanti compromiſſo durante, vel de partium expreſſo conſenſu: niſi periculo imminente ex mora judex aliud decernat.*

Idem.

QVandiu *a* appellationis proſecutio per compromiſſum, vel aliàs de partium expreſſo conſenſu differtur: tempus ad proſequendum eandem ab homine vel à jure præfixum, currere nolumus appellanti: Niſi fortè judex videns, ex dilatione periculum imminere, præciperet in illa procedi.

### CAP. V.

*Ante definitivam appellanti non licet proſequi cauſas, in appellatione nominatim non expreſſas. Nec proceſſus primi judicis juſtificari vel impugnari poteſt, niſi ex actis coram eo.*

Idem.

APpellationi ab interlocutoria vel à gravamine judicis, non licet alias cauſas proſequi, quàm in appellatione ſua nominatim duntaxat expreſſas: nec proceſſus primi judicis ex novis, aut de novo probandis juſtificari poteſt, vel etiam impugnari: ſed tantùm ex illis, quæ acta fuerint vel exhibita coram ipſo.

### CAP. VI.

*Proſecutio appellationis deſerta non impedit, quin ſententia cenſeatur in rem judicatam tranſiviſſe. h. d. Io. And.*

Idem.

SI *b* appellationem per negligentiam appellantis deſertam appellans ipſe cum appellato, aut appellatus etiam per ſe & principaliter proſequatur: non ideò minus in rem judicatam cenſebitur tranſiviſſe ſententia, à qua fuerat appellatum.

### CAP. VII.

*A peremptoria repulſa ex alio, quàm propter ineptitudinem, ſecundò appellans & ſuccumbens non auditur ſuper ea, in appellatione à definitiva. h. d. Ioan. And.*

Idem.

CVm à repulſione exceptionis peremptoriæ, ſecundò appellans ſuccumbit, non eſt in cauſa appellationis poſtmodum à definitiva, emiſſæ audiendus ulteriùs ſuper ea: Niſi tunc ritè propoſita ex eo priùs repulſa fuiſſet, quia proponebatur ineptè.

a *Nota quod indefinitè dicitur judicibus, in omnibus igitur ſpecies judicibus vendicat ſibi locum, ut in gloſ. 1. Pet. de Anch.* b *Aliàs, tradi.*

a *De intellectu, vide Matheſilanum in Authen. ſi tamen. c. de temp. appell.* b *Pro limitatione hujus Clem. vide Abbatem in ca. ex parte, Cl. 2. ex t. de reſt. & de materia ibidem pleniſſimè Fel.*

F I N I S.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CLEMENTINARUM
## LIBER TERTIUS.
## DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.
### TITULUS PRIMUS.
### CAP. I.

*Punit clericos conjugatos, & alios perſonaliter & publicè carnificum & tabernariorum officium exercentes, qui per diœceſanos nominatim & tertiò moniti, illud officium non dimittunt, vel dimiſſum reaſſumunt. Excitat etiam diœceſanos contra illos clericos, qui ſeculares actus exercent. Joan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

DIœceſanis *a* locorum diſtrictè præcipimus, ut clericos carnificum ſeu macellariorum aut tabernariorum officium publicè & perſonaliter exercentes, nominatim & tertiò moneant, ut ſic ab hujuſmodi officiis intra convenientem terminum monentium ipſorum arbitrio moderandum deſiſtant, & quòd ipſa nullo unquam tempore reaſſumant. Qui ſi aliter moniti, ab his non deſtiterint, aut ipſa (ut præmiſſum eſt) exercendo reſumpſerint quandocunque, conjugati omninò, non conjugati verò in rebus: & ſi omninò incedant ut laici, in perſonis privilegium clericale, quamdiu præmiſſis inſtiterint, eoipſo amittant. Adverſus verò alios clericos negotiationibus vel commerciis ſecularibus, vel officiis non convenientibus clericali propoſito publicè inſiſtentes, vel arma portantes, ſic canonica ſervare ſtudeant inſtituta, quòd & illi ab exceſſibus compeſcantur hujuſmodi, & ipſi de damnabili circa hæc negligentia nequeant reprehendi.

### CAP. II.

*Præmiſſo exordio, punit primò clericos beneficiatos, utentes publicè virgata vel partita veſte. Secundò, Subdiaconos & Diaconos. Tertiò omnes clericos, tonſuram publicè cum tali veſte portantes. Quartò, habentes dignitatem, perſonatum, beneficium curatum, & ſacerdotes & religioſos publicè portantes talem veſtem vel inſulam. Quintò, punit omnes prædictos, utentes tabardo notabiliter brevi, integrè foderato. Sextò, certas caligas clericis interdicit. Ioan. And.*

Idem.

QVoniam *b*, qui abjectis veſtibus proprio congruentibus ordini, alias aſſumere, & in publico portare rationabili cauſa ceſſante præſumit, profeſſorum illius ordinis prærogativa ſe reddit indignum: præſenti conſtitutione ſancimus, quòd quicunque clericus virgata vel partita veſte publicè utetur (niſi cauſa rationabilis ſubſit) ſi beneficiatus extiterit, per ſex menſes à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, ſit eoipſo ſuſpenſus. Si verò beneficiatus non fuerit, in ſacris tamen ordinibus citra ſacerdotium conſtitutus, per idem tempus reddatur eoipſo inhabilis ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Idem quoque cenſemus de clericis aliis veſtem talem ſimul & tonſuram publicè deferentibus clericalem. Dignitatem verò perſonatum, ſeu beneficium aliud obtinens, cui cura imminet animarum, necnon cæteri in ſacerdotio conſtituti ac religioſi quilibet, quos oportet per decentiam habitus exterioris, morum intrinſecam honeſtatem oſtendere, ſi (præterquam ex cauſa rationabili) publicè veſtem ferant hujuſmodi, aut infulam ſeu pileum *a* lineum publicè portent in capite: ſint eoipſo beneficiati videlicet à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent, ſuſpenſi per annum. Cæteri verò ſacerdotes & religioſi quilibet, per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcunque beneficium eccleſiaſticum obtinendum. Sed & tales & cæteri quicunque clerici utentes epithogio ſeu tabardo foderato uſque ad ora, & ita brevi, quòd veſtis inferior notabiliter videatur: epithogium ipſum ſeculares clerici & religioſi adminiſtrationem habentes, teneantur intra menſem dare pauperibus. Cæteri verò religioſi adminiſtrationem non habentes, intra idem tempus illud teneantur ſuis ſuperioribus aſſignare in pios uſus aliquos convertendum. Alioquin beneficiati ſuſpenſionis, cæteri verò inhabilitatis pœnas prædictas, per idem tempus ſe noverint incurriſſe. Huic inſuper adjicimus ſanctioni, ut clerici, præſertim beneficiati, caligis ſcacatis, rubeis, aut viridibus publicè non utantur.

## DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.
### TITULUS II.
### CAP. I.

*Clauſula inſerta literis gratioſis ſuper dignitate conceſſis, per quam provideri mandatur, ne animarum cura (ſi dignitati immineat) negligatur, vel per quam inhibetur electionem ſieri dignitatis: non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem aſſumitur. h. d. Ioan. Andr.*

---

a *Vide conc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 1. & Bernardinum Diaz in pra. crim. can. c. 63.* b *Hanc conſtitutionem innovat & ampliat conc. Trid. ſeſſ. 14. de reform. c. 6.*

a *Al. pileum juvenum.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

SI dignitatem habenti de alia provideri mandem' *a*, diſpenſantes cum eo, ut ſimul utramque valeat retinere, de animarum cura, quæ illis vel alteri earum imminet non habita mentione, gratia hujuſmodi velut ſurreptitia nullius penitus eſt momenti: quanquam confectis ſuper ea literis ſit inſertum, quod animarum cura (ſi dignitatibus ipſis vel alteri earum immineat) nullatenus negligatur. Ad hoc ſi alicui provideri mandemus, de dignitate ad cujuſcunque vel quorumcunque collationem, proviſionem, ſeu quamvis diſpoſitionem aliam in certa eccleſia pertinente, quam intra menſem duxerit acceptandam: inhibentes illi vel illis, ad quorum collationem, proviſionem, ſeu electionem, dignitates in ipſa eccleſia pertinere noſcuntur, ne interim ad collationem ipſarum, ſeu proviſionem procedant, vel quenquam eligant, ad eaſdem de dignitate, ad quam conſuevit quis per electionem aſſumi, impetranti non poterit provideri: cùm in conceſſione gratiæ (ad quam non augendam, ſed exequendam debent, quæ de inhibitione ſequuntur, referri) nullam de electione fecerimus mentionem.

CAP. II.

*Literæ ſuper proviſione clericorum non includunt hoſpitalia, & loca ſimilia, & habentia jura ſpiritualia: niſi id exprimatur. h. d. Ioan. And.*

Idem.

PEr literas à ſede apoſtolica, vel legatis ipſius ſuper proviſione quorumlibet clericorum directas, de xenodochiis, leproſariis, eleemoſynariis, ſeu hoſpitalibus (etiam ſi eccleſias vel capellas, decimas, aut alia ſpiritualia jura noſcantur habere) nulli poſſe decernimus *b* provideri: Niſi hoc in apoſtolicis literis caveatur expreſsè.

CAP. III.

*Quo caſu vacat una dignitas, per receptionem alterius, vacant etiam plures.*

Idem.

SI plures *c* obtinens dignitates, aliam dignitatem aut beneficium curam animarum habens acceptet, diſpenſatione ſuper hoc legitime non obtenta: ejus poſſeſſione adepta pacificè, dignitates, quas prius habebat, ipſo facto vacare cenſemus.

Sicut ſi dignitatem unicam obtinenti alia ſimilis conferatur, ejus pacifica poſſeſſione habita, prima de jure vacaret.

CAP. IV.

*Valet proviſio facta proprio motu Papæ tacentis beneficia proviſi, quæcunque ſint, & quotcunque. hoc dicit. Ioan. Andreas.*

Idem.

SI Romanus pontifex de beneficio alicui motu proprio provideat, de beneficiis, quæ obtinet non habita mentione: proviſionem ſeu gratiam hujuſmodi fore validam declaramus: qualiacunque fuerint beneficia, dignitates, aut perſonatus, cum cura vel ſine cura, & in numero quantocunque *d*, quæ is habebat, cùm ſibi proviſio facta fuit.

CAP. V.

*Expectans beneficium, ad collationem Epiſcopi, devolutum ad illius capitulum, obtinere non poterit: devolutum tamen ad Epiſcopum, vel etiam ad Papam ex cujuſcunque negligentia poterit obtinere.*

Idem.

SI de beneficio ad cujuſcunque Epiſcopi collationem ſpectante alicui conferendo ſcribamus, ſibi illud conferri non poterit, cujus collatio ex negligentia ipſius Epiſcopi, ad ejuſdem capitulum devoluta exiſtit. Licet provideri ſibi poſſit, de illo etiam, cujus ad ipſum Epiſcopum ex ſui capituli vel alterius cujuſcunque, ſive ad nos ex ipſius Epiſcopi, & aliorum in hoc eidem ſuccedentium negligentia collatio fuerit devoluta.

CAP. VI.

*Adeptus in eccleſia dignitatem habentem præbendam annexam, perdit primam præbendam, quam habebat in illa. h. d. Ioan. And.*

Idem.

SI juxta noſtri formam mandati canonicatum & præbendam eccleſiæ Rutinenſis adeptus, dignitatem, quam duxerit acceptandam, ibidem expectet, archidiaconatum *a* inibi poſt vacantem, non obſtante quòd certa ſit ſibi annexa præbenda, poterit acceptare: primaque præbenda hoc ipſo vacabit, quòd ſecundam cum archidiaconatu prædicto pacificè fuerit aſſecutus.

## DE CONCESSIONE PRAEBENDÆ & eccleſiæ non vacantis.

### TITVLVS III.

CAP. I.

*Decretum conditionale ante conditionis eventum non afficit poteſtatem ordinarii, vel alterius collatoris: ſecus quando acceptationis beneficii tempus adjicitur cum decreto. Et qui beneficium vacans ab executore petit vel recepit, illud intelligitur acceptaſſe: quæ vacatio nota dicitur expectanti, ex quo in loco beneficii publicè ſcitur.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

CVm *b* ei, quem in ſcientia reputamus idoneum, ſi per inquiſitionem executoris ſibi deputati à nobis repertus fuerit eſſe vitæ laudabilis, & converſationis honeſtæ, de beneficio certi valoris alicui provideri mandamus, adjicientes, quod de beneficio minoris valoris poſſit eidem, ſi voluerit, provideri, ac extunc etiam inane decernentes & irritum, ſi ſecus à quoquam quavis auctoritate contigerit attentari. Quia decretum hujuſmodi in eventum duntaxat prædictarum conditionum ſuum ſortitur effectum: antequam extet prima conditio, beneficium prætaxati valoris, & etiam minoris, priuſquam ſuam impetrans ſuper valore hujuſmodi voluntatem declaret, conferri liberè poterit per ordinarium, aut alium executorem à nobis ad providendum de tali beneficio deputatum. Sicut autem fore cenſemus, quum decreto appoſito alicui provideri mandamus de beneficio, quod intra menſem à vacationis ipſius notitia duxerit acceptandum: ut appoſitio menſis ejuſdem aliquid afferat impetranti. Quin etiam beneficium, quod acceptare poterat, petendo ſibi per ſuum executorem conferri, aut recipiendo ſibi præſenti collatum: ipſum ex hoc acceptare, & collationem taliter ſibi factam valere cenſemus. Cæterùm, ut tam diuturnis vacationibus, quàm fraudibus & litibus occurratur: prædictæ vacationis notitiam impetrantem interpretamur habere, ex quo ipſa vacatio in loco, vel eccleſia hujuſmodi beneficii publicè nota erit. Imputet quidem ſibi ſi hoc caſu, quo de ipſius commodo agitur, id quod per ſe, vel per alium ſcire potuerit, ignoravit.

a *De mandatis de providendo vide quod noviſſimè ſancivit concilium Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 19.* b *Nota quòd hoc verbum ſuus novum jus, & hoc tenet Zenze. de hoc, de jud. decernimus. Zabarel.* c *Vide concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. c. 4. & ſeſſ. 24. de reform. c. 17.* d *Al. quotocunque.*

a *Nota quòd archidiaconatus eſt dignitas. vide Doctor. in cap. de multa. de præb. Archidiaconum, in cap. 1. de conſuet. lib. 6. & Abbatem, in cap. novit. de judic.* b *Nota quòd promovendus ad beneficium, debet eſſe idoneus. de quo præter Doct. hîc vide Canoniſtas in cap. ſi eo tempore. de reſcr. lib. 6. & in cap. ei cui. de præben. eod. lib. Abb. in c. dudum. de elect. & Fel. in cap. ult. de præſumpt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DE REBVS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS.

### TITVLVS IV.

### CAP. I.

*Religioſus, qui concedit alicui ad vitam vel certum tempus jura, reditus vel poſſeſſiones adminiſtrationis cui præeſt, ſuſpenſus eſt ab officio, niſi duo concurrant: nec valet conceſſio. duos caſus excipit h. d. Ioan. And.*

Clemens V. a *in concilio Vienenſi.*

MOnaſteriorum, & aliarum adminiſtrationum regularium diſpendiis occurrere cupientes, perpetuo prohibemus edicto *b*, ne quis religioſus monaſterio, prioratui, Eccleſiæ, ſeu adminiſtrationi cuivis præſidens, jura, reditus, aut poſſeſſiones ejusdem alicui ad vitam ejus, ſeu aliud certum tempus, pecunia etiam inde recepta quovis modo concedat: niſi neceſſitas aut utilitas monaſterii, prioratus, eccleſiæ aut adminiſtrationis hujuſmodi hoc expoſcat, conventus ſui, aut ſi conventum non habeat, prælati proprii, aſſenſu ad hoc nihilominus accedente. Si quis autem contra hoc fecerit *c*, pœnam ſuſpenſionis ab officio eo ipſo incurrat, nec ex conceſſione ipſius recipienti, jus aliquod acquiratur. Verùm præmiſſa ad locationes vel etiam redituum aut fructuum venditiones, ad tempus modicum faciendas, declaramus ullatenus non extendi.

### CAP. II.

*Epiſcopus unire poteſt eccleſiam alteri, vel loco religioſo donare, etiam non vocato rectore, vel defenſore. h. d. Ioan. And.*

Idem.

SI *d* una eccleſia alteri eccleſiæ, ſeu dignitati alicui vel præbendæ per Epiſcopum, ſuo conſentiente capitulo uniatur, aut religioſo loco donetur, ex eo quòd rector ipſius ad hoc vocatus, vel ſi vacabat, defenſor ei ſuper hoc datus non extitit: nequaquam id poterit impugnari. Quòd ſi Epiſcopus (ſui etiam capituli accedente conſenſu) menſæ ſuæ vel ipſi capitulo aliquam duxerit eccleſiam uniendam: hoc irritum eſſe decernimus & inane, contraria quavis conſuetudine non obſtante.

## DE RERVM PERMVTATIONE.

### TITVLVS V.

### CAP. VNICVM.

*Collatio de beneficiis cauſa permutationis vacantibus facta aliis, quàm permutantibus, non tenet. h. d. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

NE conceſſione juris utentibus præſertim circa ſpiritualia illudatur, ſi quæ *e* beneficia ex cauſa permutationis, ab aliquibus reſignata, aliis, quàm ipſis permutare volentibus conferantur, nullius hoc eſſe volumus firmitatis.

## DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLUNTATIBUS.

### TITVLVS VI.

### CAP. VNIC.

*Ordinarius loci rationem exigit à religioſis etiam exemptis de teſtamentorum executionibus, quæ geſſerunt: & ſi circa id deliquerint, illos punit.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

REligioſis etiam exemptis, deputatis ad executionem cujuslibet ultimæ voluntatis, circa ipſius executionis officium (quod utique non poſſunt, niſi à ſuperiori ſuo petita ſuper hoc licentia & obtenta ſuſcipere) volentes præſcindere materiam delinquendi: Præſentis conſtitutionis auctoritate ſtatuimus, quòd tales etiam ſi prælationis fungantur officio, locorum ordinariis debitam reddere, ipſique ordinarii ab eisdem abſque dolo, fraude ſeu negligentia de ſuſceptæ executionis officio teneantur exigere rationem: Illos, quos circa id deliquiſſe repererint, in aliorum exemplum pœna debita (quocunque non obſtante privilegio) puni[illegible]turi.

## DE SEPVLTVRIS.

### TITVLVS VII.

### CAP. I.

*Excommunicati ſunt etiam exempti, qui in caſibus non permiſſis defunctos ſepeliunt in cœmeteriis tempore interdicti: vel qui ſcienter ſepeliunt excommunicatos publicè, nominatim interdictos, vel manifeſtos uſurarios. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

EOs *a*, qui propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora, non ſine contemptu clavium eccleſiæ, in cœmeteriis interdicti tempore, in caſibus non conceſſis à jure, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel uſurarios manifeſtos ſcienter ſepelire præſumunt: decernimus facto excommunicationis ſententiæ ſubjacere: à qua nullatenus abſolvantur, niſi prius ad arbitrium diœceſani Epiſcopi eis, quibus per præmiſſa fuerit injuria irrogata, ſatisfactionem exhibuerint competentem: Nullo eis circa præmiſſa exemptionis, vel quovis alio privilegio, ſub quacunque forma verborum conceſſo aliqualiter ſuffragante.

### CAP. II.

*Pars, quæ titulum reſpicit, hoc intendit: Prædicatores & minores in locis ſuis liberè ſepeliunt illos, qui hoc liberè elegerint. De funeralibus tamen, & quibuſcunq; obventionibus & relictis, etiam de quibus alias non debetur canonica, quartam & non ultra ſolvent eccleſiæ parœciali. h. d. Io. And.*

Idem *in eodem.*

DVdum à Bonifacio Papa octavo prædeceſſore noſtro infràſcripta edita decretali, benedictus Papa undecimus prædeceſſor noſter aliam illius revocatoriam promulgavit: quæ quia (ut probabit effectus) fructum nondum pacis ab auctore ipſius ſperatæ fructum non [illegible] lit, quinimò diſcordiæ, pro qua ſedanda proceſſit, fomentum non modicum miniſtravit: nos eam [illegible] ceſſantes, aliam à præfato Bonifacio editam, [illegible] ſtante & approbante concilio innovamus, [illegible] tenorem illius, qui dinoſcitur eſſe talis: Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Super cathedram præeminentis paſtoralis divina diſponente clementia conſtituti: etſi multis & arduis, quæ in amplum Romanæ curiæ alveum undique confluunt: quaſi torrens, prægravemur [illegible] excitemur innumeris: cogitationibus plurimis [illegible] hamur, circa id tamen ferventibus *b* votis [illegible] mus, vacamus inſtantius, ac operoſæ ſtudium [illegible] dinis impartimur, ut ad divini nominis *c* gloriam [illegible] tationem catholicæ fidei, & profectum fidelium [illegible] rum (præciſis radicitus diſſidiorum vepribus, & [illegible] rum anfractibus omnino ſubductis) inter eccleſiarum antiſtites, ad curam & regimen gregis dominici [illegible]

---

a *Al. ita: idem.* b *Propter expreſſionem hujus verbi hæc conſtitutio ab omnibus ut lex generalis eſt ſervanda ut l. 3. c. de legibus Bonifacius de Vital.* c *Al. attentaverit.* d *Circa uniones vide ſtatuta in conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. c. 6. & ſeſſ. 24. de reform. cap. 13. & 15. & ſeſſ. 25. de reform. c. 9.* e *In vetuſt. cod. etiam impreſſu conſtanter legitur ita: ſi beneficia ex cauſa, &c.*

a *De intellectu vide Decium in c. ad hæc, ext. de* [illegible] b *Aliàs, frequentibus.* c *Al. numinis.*

tuos, cæteraſque perſonas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exæſtuet, invaleſcat concordiæ unitas *a*, animarum identitas perſeveret. Scimus enim, & ex evidentia facti colligimus, quòd non niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quòd diſſenſiones & ſcandala pravis actibus aditum præparant, rancores & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præbent. Ab olim ſi quidem inter prælatos & rectores, ſeu ſacerdotes & clericos parœcialium eccleſiarum, per diverſas mundi provincias conſtitutos ex una parte, & prædicatorum & minorum ordinum fratres, ex altera (pacis æmulo, ſatore *b* zizaniæ procurante) gravis & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata, ſuper prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum confeſſionibus audiendis, pœnitentiis injungendis eiſdem, & tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipſorum eccleſias, ſive loca noſcuntur eligere ſepulturam. Nos autem (qui patris more laudabili) moleſtè ferentes incommoda talium, reducentes ad exactæ conſiderationis examen, ac intra pectoris clauſtra ſolicitè revolventes, quàm ſit plena periculis, quàm onuſta diſpendiis, quamque in divinæ majeſtatis conſpectu reddatur exoſa diſcordia ſupradicta: Et propterea intendentes paternæ ſolicitudinis ſtudio illam prorſus evellere, ac omnimodè ſubmovere, nullis unquam futuris temporibus favente *c* Domino ſuſcitandam: grandi quoque deſiderio cupientes, ut hujuſmodi negotium, quod potiſſimè inſidet cordi noſtro, finem ſalubrem & celerem per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtudium conſequatur, diligenti cum fratribus noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorem Dei & exaltationem catholicæ fidei, quietum ſtatum partium prædictarum, ac ſalutis animarum fidelium incrementum: de *d* ipſorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in eccleſiis & locis eorum, & in plateis communibus *e* liberè valeant clero & populo prædicare, ac proponere verbum Dei: hora illa duntaxat excepta, in qua locorum prælati prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolenniter prædicari, in qua prædicare ceſſabunt, præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit, ac licentia ſpeciali. In ſtudiis autem generalibus, ubi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent diebus illis, quibus prædicari ſolenniter conſuevit, ad funera etiam mortuorum, & in feſtis ſpecialibus, ſive peculiaribus eorundem fratrum, poſſint iidem fratres, & liceat eis liberè prædicare: niſi fortè illa hora, qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Epiſcopus vel prælatus ſuperior clerum ad ſe generaliter convocaret, aut ex aliqua ratione, vel cauſa urgente clerum ipſum duceret congregandum. In eccleſiis autem parœcialibus fratres illi nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, niſi fratres prædicti à parœcialibus ſacerdotibus invitati fuerint vel vocati, & de ipſorum beneplacito & aſſenſu, ſeu petita licentia fuerit & obtenta: niſi Epiſcopus vel prælatus ſuperior per eoſdem fratres prædicari mandaret. Statuimus etiam & ordinamus auctoritate prædicta, ut in ſingulis civitatibus & diœceſibus, in quibus loca fratrum ipſorum conſiſtere dinoſcuntur, vel in civitatibus & diœceſibus locis ipſis vicinis, in quibus loca hujuſmodi non habentur, magiſtri *f* priores provinciales prædicatorum, aut eorum vicarii & generales *g* & provinciales miniſtri & cuſtodes minorum ordinum prædictorum, ad præſentiam prælatorum eorundem locorum ſe conferant per ſe vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putaverint, humiliter petituri, ut fratres, qui ad hoc electi fuerint in eorum civitatibus & diœceſibus confeſſiones ſubditorum ſuorum confiteri ſibi volentium audire liberè valeant, & hujuſmodi confitentibus (prout ſecundùm Deum expedire cognoverint) pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorundem. Ac deinde præfati magiſtri, priores, provinciales & miniſtri ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas ſufficientes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas atque peritas, ad tam ſalubre miniſterium & officium exequendum: quas ſic ab ipſis electas repræſentent, vel faciant præſentari prælatis, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in civitatibus & diœceſibus eorundem, hujuſmodi perſonæ ſic electæ, confeſſiones confiteri ſibi volentium audiant, imponant pœnitentias ſalutares, & beneficium abſolutionis in poſterum *a* impendant, prout ſuperius eſt expreſſum: extra civitates & diœceſes, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, & non per provincias deputari, confeſſiones nullatenus audituræ. Numerus autem perſonarum aſſumendarum ad hujuſmodi officium exercendum eſſe debet, prout *b* univerſitas cleri & populi, ac multitudo vel paucitas exigit eorundem. Et ſi iidem prælati petitam licentiam confeſſionum hujuſmodi audiendarum conceſſerint, illam præfati magiſtri, miniſtri, & alii cum gratiarum recipiant actione, dictæque perſonæ ſic electæ commiſſum ſibi officium exequantur. Quòd ſi fortè jam dicti prælati quenquam ex dictis fratribus præſentatis eiſdem ad hujuſmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto vel ſubtracto, loco ipſius ſimiliter eiſdem præſentandus præfatis poſſit & debeat alius ſurrogari. Si verò iidem prælati præfatis fratribus ad confeſſiones (ut præmittitur) audiendas electis, hujuſmodi exhibere licentiam recuſarint: nos ex nunc ipſis, ut confeſſiones ſibi confiteri volentium liberè liciteque audire valeant, & eiſdem pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem beneficium abſolutionis impartiri gratioſè concedimus, de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. Per hujuſmodi autem conceſſionem nequaquam intendimus perſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis, poteſtatem in hoc impendere ampliorem, quàm in eo curatis vel parœcialibus ſacerdotibus eſt à jure conceſſa: niſi forſan eis eccleſiarum prælati uberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter ducerent faciendam. Hujuſmodi quoque ſtatuto, & ordinationibus noſtris adjicimus, ut fratres dictorum ordinum in eccleſiis vel locis ſuis ubilibet conſtitutis, liberam (ut ſequitur) habeant ſepulturam: videlicet, quòd omnes ad eam recipere valeant, qui ſepeliri elegerint in locis & eccleſiis memoratis. Verùm ne parœciales eccleſiæ & ipſarum curati, ſive rectores, qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramenta, quibus noſcitur de jure competere, prædicare ſeu proponere verbum Dei, & confeſſiones audire fidelium, debitis & neceſſariis beneficiis defraudentur, cùm operariis mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apoſtolica conſtituimus & ordinamus eadem, ut dictorum ordinum fratres, de obventionibus omnibus tam funeralibus, quàm quibuſcunque & quomodocunque relictis, diſtinctè vel indiſtinctè *c*, ad quoſcunque certos vel determinatos uſus, de quibus etiam quarta, ſive canonica portio dari, ſive exigi non conſuevit, vel non debet de jure: nec non de datis vel

a *Al. & animorum, &c.* b *Al. Satoreq.* c *Aliàs ita: auctore Domino.* d *Al. ita: de fratrum noſtrorum conſilio.* e *Videl. ſicut locus. §. fin. ff. quemad. ſervitus amitt.* f *Aliàs, magiſter.* g *Al. generalis miniſter.*

a *Hæ duæ dictiones, in poſterum: deſunt in antiquioribus codicibus.* b *Al. ita: prout univerſitas cleri, & populi multitudo, vel paucitas exigit eorundem.* c *Vide l. tutor petitus. §. 1. ff. de caſt. pe. l. à filio. §. fi. ff. de alt. & ciba. leg. Font.*

qualitercunque donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceſſerit, quomodocunque directè vel indirectè fratribus ipſis, vel aliis pro eisdem, quartam partem (quam auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus) parœcialibus ſacerdotibus, & eccleſiarum rectoribus, ſeu curatis largiri integrè teneantur. Facturi & curaturi, quòd nec alii, nec aliis, à quibus quarta hujuſmodi minimè deberetur, ad ipſorum fratrum utilitatem vel commodum hujuſmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant, ſeu quod in morte, vel ab infirmis hujuſmodi dandum vel donandum fratribus ipſis exiſteret, in eorundem dantium vel donantium ſanitate, ſibi dari vel donari procurent. In quibus per ipſos vitandis eorum intendimus conſcientias onerare: ut ſi (quòd abſit) per fratres ipſos dolo vel fraude, quicquam in hac parte agi fortaſſe contigerit (præter id, quod eos propterea dictis ſacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri volumus) etiam diſtricta ratio in extremi judicii examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem hujuſmodi, nihil valeant parœciales, rectores, curati, & prælati exigere ſupradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere ſint adſtricti, neque ad id, à quoquam poſſint aliqualiter coërceri. Nos etenim (ut in cunctis æqualiter & pacificè favente Domino procedatur) univerſa privilegia, gratias, indulgentias, verbo ſeu ſcripto ſub quacunque forma vel expreſſione, ſeu conceptione verborum, à nobis vel prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicunque ordinum prædictorum conceſſa, necnon conſuetudines, conventiones, ſtatuta & pacta in quantum ſunt præmiſſis, vel alicui præmiſſorum contraria, ea penitus revocamus, vacuamus, caſſamus, & irritamus: quinimò caſſa, vacua & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis. Cæterùm univerſos eccleſiarum prælatos cujuſcunque præeminentiæ, ſtatus, vel dignitatis exiſtant, ac ſacerdotes parœciales & curatos, ſive rectores prædictos, præſentium tenore rogamus & hortamur attentè, nihilominusque *a* eis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus pro divina & Apoſtolicæ ſedis reverentia, prædictos ordines & profeſſores eorum habentes affectu benevolo commendatos, fratribus ipſis non ſe difficiles, graves, duros, aut aſperos, ſed potius favorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales ſe ſtudeant exhibere: ſic eos in prædicationis officio, & *b* propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis ſupradictis, tanquam cooperatores eorum idoneos, & loborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuosè admittere non omittant, ut proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum ſalutis incrementa felicia procurentur. Nec ipſos lateat, quòd ſi ſecus ab eis agi fortaſſe contigerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ ordines & profeſſores eosdem ubere favore proſequitur, & gerit in viſceribus charitatis, contra eos non immeritò turbaretur, nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc proviſionis opportunæ remedium adhiberet: ipſaque nihilominus cæleſtis indignatio principis, digna pro meritis rependentis, cujus obſequia fratrum ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minimè præteriret.

## DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBUS. *c*

### TITVLVS VIII.

### CAP. I.

*Ponit quatuor caſus, in quibus religioſi gravantes, vel fraudantes eccleſias, circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos quorum intereſt, non deſiſtunt intra menſem, vel de uſurpatis vel retentis intra duos menſes non fecerint emendam, ſuſpenſi ſunt ab officiis, administrationibus, & beneficiis: & talia non habentes ſunt excommunicati. Secundus, tertius, & quartus caſus* [illegible] *Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

REligioſi *a* quicunque, qui novalium [illegible] decimas eccleſiis debitas ad eos ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes, appropriare ſibi præſumpſerint, aut exquiſitis fraudibus, ſive coloribus uſurpare: Seu, qui de animalibus familiarium & paſtorum ſuorum, vel aliorum etiam animalia ipſa eorum gregibus immiſcentium: ſeu, qui de animalibus, quæ in finibus eccleſiarum in pluribus locis emunt, emptaque [illegible] venditoribus vel aliis ab ipſis tenenda: Seu, qui de terris, quas tradunt aliis excolendas decimam ſolvi eccleſiis non permiſerint, aut prohibuerint: niſi poſt requiſitionem per eos, quorum intererit, ſuper hoc eis factam à præmiſſis deſtiterint intra menſem, aut ſi de iis, quæ contra præmiſſa uſurpare vel retinere præſumpſerint, intra duos menſes damnificatis eccleſiis emendam non fecerint competentem: ſint, & tamdiu maneant ab officiis, administrationibus & beneficiis ſuis ſuſpenſi, donec deſtiterint & ſatisfecerint, ut ſuperius eſt expreſſum. Quòd ſi religioſi hujuſmodi adminiſtrationes, vel beneficia non habeant, eo caſu, quo alii ſupradicti ſuſpenduntur, ipſi ſententiam excommunicationis incurrant, ante ſatisfactionem condignam nullatenus abſolvendi: privilegiis non obſtantibus quibuſcunque. Cæterùm præmiſſa extendi noluimus ad animalia, quæ per religioſos [illegible] ipſorum donatos ſeu oblatos tenentur: dum tamen illi religioſis eisdem cum effectu donaverint, aut obtulerint ſe & ſua.

### CAP. II.

*Decima beneficiorum alicui conceſſa, ſibi ſolvitur ſecundum taxationem, & de moneta currente: Nec poſſunt collectores propter hoc diſtrahere, vel occupare ornamenta divinis officiis deputata. Ioan. Andr.*

Idem *in eodem.*

SI beneficiorum decima cuivis ſimpliciter concedatur ad tempus, ſecundùm taxationem decimæ in illis partibus, in quibus fiet conceſſio, conſuetam, & ad monetam currentem *b* communiter ipſa decima levari poterit & debebit. Nec per collectores *c* [illegible] ſive exactores ipſius decimæ, eccleſiarum calices, libros, & alia ornamenta divinis officiis deputata, ex cauſa [illegible] ris vel diſtractionis capi vel recipi volumus, nec diſtrahi, ſeu quomodolibet occupari.

## DE REGVLARIBVS ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

### TITVLVS IX.

### CAP. I.

*Profeſſi ordinum mendicantium, etiam licitè tranſeuntes ad non mendicantes, licet adminiſtrationes habeant,* [illegible] *capitulo, etiam ſi alii de capitulo id concedant: nec* [illegible] *qui poſſint adminiſtrationes, prioratus, vel officia, etiam* [illegible] *vicarii: nec pro ſe vel aliis animarum curam gerere:* [illegible] *contra factum. ultimò ponit caſum exceptum. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

a *Al. ita: nihilominus eis diſtrictè præcipiendo mandantes, &c.* b *Al. & propoſitionis.* c *In antiq. cod. etiam impreſſis deſunt hæc tria verba: primitiis & oblationibus.*

a *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 12.* b *Vide* [illegible] *num conſil. 137. & Albertum Brunum conſil. 98.* c *De* [illegible] *collectorum, & ſubcollectorum, & an debeat conſtare per literas* [illegible] *de Rotam deciſ. 266. in novis.*

VT profeſſores cujuſvis paupertatis ordinis eò libentius, in qua vocati ſunt vocatione perſiſtere, tranſeuntesque ad non mendicantium ordinem in eodem converſari quietius ſtudeant, quò in ipſis diſcordiarum & ſchiſmatum productiva ambitio reprimatur *a* Sacro concilio approbante ſtatuimus, mendicantes quoslibet, qui ad non mendicantium ordines etiam auctoritate Apoſtolica tranſibunt in poſterum, quive hactenus tranſiverunt, quamvis nunc prioratus, adminiſtrationes, vel officia, aut curam animarum, vel regimen quodcunque obtineant inibi, vocem aut locum in capitulo non habere: etiam, ſi hoc ſibi ab aliis liberè concedatur. Ad *b* prioratus quoque, adminiſtrationes, aut quæcunque in antea non aſſumi officia, etiam tanquam vicarios ſeu miniſtros vel locorum aliorum tenentes: quodque animarum curam & regimen, non pro ſe poſſint, nec pro aliis exercere. Quidquid autem in contrarium attentatum fuerit, ſit irritum ipſo jure, quovis privilegio non obſtante. Ad illorum autem mendicantium ordines, quos Apoſtolica ſedes eo modo ſubſiſtere *c* voluit, ut eorum profeſſoribus ita in illis remanere liceret *d*, quòd nullum ex tunc admitterent ad profeſſionem eorum, quibusque conceſſit licentiam generalem ad approbatos alios ordines tranſeundi, præſentem volumus conſtitutionem extendi.

CAP. II.

*Qui per annum deferens habitum novitiorum, non patenter diſtinctum ab habitu profeſſorum, intelligitur profeſſus. Ioan. And.*

Idem.

EOs qui deinceps in diſcretionis conſtituti ætate, novitiorum habitum in aliqua religione per annum portaverint, hoc ipſo religionem illam decernimus eſſe profeſſos: Niſi hujuſmodi habitus in colore, ſciſſura, vel forma ſe diſtinctum patenter exhibeat ab habitu profeſſorum.

DE STATV MONACHORVM VEL CANONICORVM REGVLARIVM.

TITVLVS X.

CAP. I.

*Præmittit exordium breve, in quo conſtitutionis cauſam ponit, & generale interdictum monachorum nigrorum circa exquiſitum ornatum, vel notabilem exceſſum in veſtibus, cibis, potibus, equitaturis, & lectiſterniis.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

NE in agro dominico, ſacra videlicet monachorum nigrorum religione, indecorum aliquid obrepat, aut vitioſum quicquam perniciosè *e* in ſegetem coaleſcat, ſed ut in illa potius flores honoris & honeſtatis fructus in ubertate ſuccreſcant: eis in veſtibus & ornatum omnem ſeu exquiſitum ornatum, aut cultum necnon in cibis & potibus, equitaturis & lectiſterniis quemvis notabilem interdicentes exceſſum.

*Specialiter providet circa veſtes habitus proximas, almutias, caputia, calceamenta, zonas, cultellos, calcaria, ſellas, & frænos ipſorum: & ſimiliter circa habitum ſuperiorem. Ioan. And.*

Statuimus, ut ſuperior veſtis ipſorum habitui proxima nigri, bruni, aut albi coloris exiſtat, juxta morem apud eos ſervari ſolitum in regione, qua degunt, nec in qualitate panni regularis excedatur modeſtia, nec quæratur quod pretioſus & ſubtilius, ſed quod utilius valeat inveniri. Sit etiam veſtis ipſa rotunda per circuitum & non ſciſſa, nec longitudine nimia, aut brevitate notanda: largas etiam manicas habeat uſque ad pugnum protenſas, non conſutitias vel quomodolibet botonatas. Almutiis de panno nigro vel pellibus caputiorum loco, cum caputiis habitus, quem geſtaverint, ſint contenti: juxta tamen diſpoſitionem Abbatis, ſciſſis ſuper humeros, & honeſtis caputiis uti poſſint. In veſtibus ſendatum pro foderaturis non portent. Æſtivalibus largis aut botis altis pro calceamentis utantur. Nullus zonam, cultellum, calcaria cum ornatu deferre, aut cum ſella clavorum ornatu decorata ſuperfluo, vel nimis aliàs ſumptuoſa, ſive cum fræno ferraturam ad ornatum habente equitare præſumat. Rurſus in locis, in quibus fuerit congregatio duodecim monachorum aut ſupra, intra ſepta monaſterii, Abbas prior, aut alius præſidens portet flocũ de panno, pro flocis aut cucullis in ipſo monaſterio conſueto: monachi verò alii in monaſteriis, in quibus flocos ſoliti ſunt portare, debent etiam uti eis. In aliis autem monaſteriis & intra domos & alios prioratus, ubi non eſt tanta congregatio monachorum, cucullas clauſas deferant & honeſtas. Cùm verò Abbates, priores, aut alios præſidentes & monachos alios extra monaſterium proficiſci contingeret, flocum, cucullam, aut capam clauſam habeant, & ſubtus capam ſi eam portaverint cucullam deferant, aut ſi maluerint ſcapulare. Cùm autem ad ſerviendum in divinis officiis albis vel ſacris veſtibus induentur, aut cùm occupabuntur in operibus, uti eis liceat ſcapulari. Verùm ne ex diverſa acceptione, quam in diverſis regionibus hujuſmodi vocabula, flocus videlicet, & cuculla dicuntur habere, hæſitandi circa præmiſſa materia relinquatur: cucullæ nomine habitum longum & amplum, ſed manicas non habentem: nomine verò floci habitum, qui longas & amplas habet manicas, nos intelligere declaramus.

*Providet circa monachorum confeſſionem, communionem, expoſitionem regulæ, & inſtructionem novitiorum. Ioan. Andr.*

Sanè *a* ſingulis menſibus tam in monaſteriis, quàm extra (ſublata occaſione quacunque) ad confeſſionem ſaltem ſemel accedant omnes & ſinguli monachi. Et in prima dominica menſis cujuslibet in monaſteriis ſemper communicent, niſi ex cauſa fortè, quam Abbati, priori, aut pœnitentiariis monaſteriorum non differant intimare, eorumque judicio vel abſtineant vel accedant. Regula quoque cùm in capitulo legitur, ab illo, qui præeſt ipſi capitulo, vel alio, cui hoc ipſe injunxerit, propter juniores vulgariter exponatur. Novitiis etiam fidelis deputetur inſtructor, tam in divinis officiis, quam in obſervantia regulari.

*Providet circa venationes & aucupationes monachorum. Ioan. And.*

Porrò à venationibus & aucupationibus omnes ſemper abſtineant, nec eis intereſſe, aut canes, vel aves venaticos per ſe vel alios tenere præſumant, nec à familiaribus ſecum morantibus teneri permittant, niſi ſaltus, vivaria, vel garenas proprias, vel jus venandi in alienis haberent, in quibus cuniculi vel feræ aliæ forſan eſſent, quo caſu hoc eis permittitur: dum tamen intra monaſteria ſeu domos, quas inhabitant, aut eorum clauſuras, venaticos canes non teneant, nec venationi præſentiam exhibeant perſonalem.

*Punit certos prædictorum transgreſſores: omnes alios puniri jubens juxta diſciplinam regulæ. Ioan. And.*

Si quis autem præmiſſorum temerarius extiterit vio-

a *Al. reprimatur.* b *In manuſc. vetuſto ſatis & emendato: Ad prioratus quoslibet adminiſtrationes, aut quæcunq; etiam in antea officia non aſſumi, & tanquam vicarios, ſeu miniſtros, vel locorum aliorum tenentes, &c.* c *Al. ſuſtinere.* d *Al. liceat.* e *Al. perniciosam in ſegetem.*

a *Iſte §. comprehendit canonicos regulares, ne rubrica ſit ſuperflua, contra l. ſi quando. ff. de lega. 1. & c. ſolitæ. de majorit. & obed.*

lator, regulari ſubjaceat diſciplinæ. Et nihilominus ſi ſotulares non corrigiatos & altos, aut caputia (ut præfertur) non fiſſa portare præſumpſerit, ſiquidem Abbas, vel prior non habens Abbatem proprium fuerit, per annum ſe noverit à beneficiorum collatione ſuſpenſum: Si verò alius fuerit, ab adminiſtratione, ſi quam obtinet, ſit per annum ſuſpenſus. Quòd ſi nullam habeat, eo ipſo per annum reddatur inhabilis ad adminiſtrationem & eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Si qui verò eorum venationi aut aucupationi clamoſæ, vel aliàs, cum canibus aut avibus ex propoſito interfuerint: juxta præmiſſam perſonarum diſtinctionem dictarum ſuſpenſionis & inhabilitatis pœnas, per biennium ipſo facto incurrant. Abbate autem vel priore à collatione (ut præmittitur) beneficiorum ſuſpenſo, ad priorem clauſtralem, cum conſilio & aſſenſu conventus vel majoris partis ipſius, eorundem beneficiorum collatio devolvatur.

*Providet contra profeſſos euntes ad curias principum, vel aliàs vagantes, vel intra ſepta monaſteris arma tenentes. Ioan. And.*

Quia verò nonnulli monachorum ipſorum (ſicut accepimus) ſuavi jugo obſervantiæ regularis abjecto, interdum (propriis relictis monaſteriis ſe in eis ſecurè morari non poſſe fingentes, vel alio colore quæſito) per curias principum evagando diſcurrunt: & niſi à prælatis eorum petita penſio vel ſubventio aſſignetur eiſdem, conſpirantes in illos, eisque proditionem vel alia gravia imponentes, eos capi & incarcerari, ipſorumque monaſteria comburi procurant, & interdum monaſteriorum ipſorum bona in totum vel *a* in partem non modicam occupare præſumunt: Nos eorum in hac parte reprobis auſibus obviare volentes, hoc edicto perpetuo prohibemus, ne monachi aut regulares canonici adminiſtrationem aliquam non habentes, ad curias principum abſque ſpeciali prælatorum ſuorum licentia ſe conferre præſumant. Quòd ſi ut ſuis prælatis aut monaſteriis damnum aliquod inferant *b*, ad dictas curias ſe conferre præſumpſerint, excommunicationis ſententiam eos incurrere volumus ipſo facto. Prælatis eorum diſtrictè nihilominus injungentes, ut ipſos à prædictarum curiarum acceſſu & aliis quibuslibet vagationibus & diſcurſu diligenter compeſcere, ac ſuper hoc non parentes eiſdem, ſeverè corrigere non omittat. Præfatæ quoque ſententiæ, monachos infra ſepta monaſteriorum, ſine licentia Abbatum ſuorum arma tenentes, decernimus ſubjacere.

*Providet circa monachorum ſolitudines. Ioan. And.*

Ad hæc prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, perpetuo prohibemus edicto, ne monachi ſinguli in ſingulis ſibi commiſſis adminiſtrationibus vel prioratibus habitare præſumant: Sed ſi proventus prioratuum ſeu adminiſtrationum hujuſmodi duobus fortè non ſuppetant, iidem prioratus ſeu adminiſtrationes, niſi per Abbates ad ſuſtentationem duorum ſufficientes reddantur, locis aliis vicinioribus, ad eorum monaſteria pertinentibus, vel ipſorum monaſteriorum officiis, aut inter ſe invicem, prout erit commodius, cum conſilio & aſſenſu Abbatum, per locorum ipſorum ordinarios uniantur: Monachis locorum, quæ aliis unientur prioribus, ad clauſtrum primitus revocandis, & clericis ſervitutis ibidem, de locorum ipſorum proventibus proviſione debita facienda.

*Providet de priorum ætate, & ipſorum ſacerdotio, profeſſione, & habitatione. Ioan. And.*

Cæterùm prioratus conventuales alicui, niſi XXV. annum attigerit: alii verò curam animarum habentes, etſi cura ipſa per ſeculares habeat Presbyteros exerceri, cuiquam niſi XX. annum peregerit, conferri [illegible] aut committi. Qui autem prioratus iſtos vel [illegible] buerint, intra annum computandum à tempore [illegible] tionis ſeu commiſſionis ſibi factæ de eis & poſſeſſionis eorum adeptæ, vel intra vigeſimum quintum [illegible] annum, ſi ante annum ipſum non conventuales [illegible] tus eis commiſſi fuerint, aut collati, ſe faciant ad ſacerdotium promoveri. Quòd ſi (ceſſante rationabili cauſa) non fecerint, eo ipſo nulla etiam monitione præmiſſa, prædictis prioratibus ſint privati: qui ipſis [illegible] vice nullatenus conferantur. Sanè prioratus [illegible] ſive adminiſtratio committi alicui vel conferri non poſſit, niſi expreſsè profeſſus fuerit ordinem [illegible] neque prioratus aut adminiſtrationes extra monaſteria obtinentes, permittantur in monaſteriis, ſed [illegible] ipſis prioratibus ſeu adminiſtrationibus (quacumque non obſtante conſuetudine) reſidere: niſi ex [illegible] vel alia cauſa rationabili ad tempus fortè ab hujuſmodi reſidentia excuſentur.

*Providet de monachorum ordinatione & ipſorum [illegible] And.*

Ad ampliationem autem cultus divini, [illegible] quòd monachi quilibet ad monitionem Abbatis ſe faciant ad omnes ordines ſacros (excuſatione ceſſante legitima) promoveri. Rurſus ut ipſis monachis [illegible] di in ſcientia, via opportuna non deſit, in ſingulis [illegible] rum monaſteriis, quibus ad hoc ſuppetunt facultates [illegible] neus teneatur magiſter, qui eos in primitivis [illegible] ſtruat diligenter.

*Confirmat & innovat decretalem ſuprà eodem, Cum ad monaſterium. & cap. In ſingulis, h.d. Ioan. And.*

Præmiſſa igitur omnia, & ea nihilominus, quæ [illegible] recordationis Innocentius Papa quartus prædeceſſor noſter, circa ſtatum monachorum ipſorum [illegible] cultu obſervantiæ regularis, quoad [illegible] abdicationem proprietatis, ſilentium, & [illegible] ac de earum capitulis de triennio in triennium celebrandis, & etiam quoad quælibet alia ſtatuit (quæ omnia innovamus & approbamus expreſsè) volumus & [illegible] firmiter obſervari.

## CAP. II.

*Moniales, quæ nulli ſubſunt niſi Papæ, & cæteri [illegible] ordinarios, & alia exempta per ſuos prælatos debent [illegible] viſitari. Et ponit numerum perſonarum viſitationi [illegible] bentium. h.d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

ATtendentes *a*, quòd ubi gubernaculum diſciplinæ contemnitur, reſtat, ut religio naufragium [illegible] videndum cenſuimus eſſe præcipuè, ne per [illegible] hujuſmodi in iis, quæ ſe Chriſto voto celebri [illegible] runt, quicquam reperiatur incongruum, quod [illegible] laris ponat honeſtatis gloria maculam, & divinam [illegible] ritò poſſit offendere majeſtatem. Hoc igitur [illegible] probante concilio duximus ſtatuendum, ut [illegible] nialium monaſteria per ordinarios, exempta [illegible] quæ ita ſedi Apoſt. quod nulli alii ſubjecta [illegible] Apoſtolica: non exempta verò ordinaria auctoritate, ac exempta alia per alios, quibus ſubſunt, [illegible] lis debeant viſitari. Viſitatores autem [illegible] licitudinis ſtudium diligenter impendant, ut [illegible] ipſæ, quarum nonnullas dolentes audivimus [illegible] ſcriptis excedere pannis ſericis, variorum [illegible] ſcandalicis, comatis & cornutis crinibus, [illegible] gatis caputiolis non utantur; non choreas, non [illegible] ſecularium proſequantur, non die nocturvè per [illegible] plateas incedant, aut voluptuoſam aliis [illegible] cant, easque ſolertius retrahant ab inſolentiis [illegible] buslibet & mundi hujus illecebris, ac inducant [illegible]

---

a *Al. ita: vel in parte non modica.* b *Vide l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maje. & Io. And. in c. in pœnis. de reg. jur. lib. 6.*

a *Vide conc. Trid. ſeſſ. 25. tit. de regularibus c. 5.*

ad impendendum in monaſteriis ſuis devotum & debitum Domino famulatum. Ad quæ omnia obſervanda moniales eaſdem (non obſtantibus exemptionibus & privilegiis quibuſcunque, quibus tamen quoad alia nolumus præjudicium generari) per illos, de quibus ſuprà dictum eſt, compelli jubemus remediis opportunis. Statuimus inſuper, ut quævis ad regimen abbatiarum aſſumpta in monaſteriis, in quibus Abbatiſſæ ſunt ſolitæ benedici, intra annũ à ſuæ confirmationis tempore computandum *a*, munus benedictionis ſuſcipiant: alioquin à jure ſuo (niſi ſubſit cauſa rationabilis) prorſus noverint cecidiſſe: per illos, ad quos id pertinet provisione de Abbatiſſis monaſteriis ipſis canonicè facienda. Illas quoque *b* mulieres, quæ vulgò dicuntur canonicæ ſeculares, & ut ſeculares canonici vitam ducunt, non renunciantes proprio, nec profeſſionem aliquam facientes, per locorum ordinarios, ſi exemptæ non fuerint, ſuæ: ſi verò exemptæ fuerint, Apoſtolica auctoritate præcipimus viſitari. Per hoc tamen non intendentes earum ſtatum, regulam, ſeu ordinem approbare. Ipſos autem viſitatores notariis duobus, & perſonis duabus ſuæ eccleſiæ, quatuorq; viris aliis honeſtis utiq; & maturis præcipimus in ea quam viſitando facient inquiſitione fore contentos. Si qui verò viſitatores ipſos in præmiſſis impedire præſumpſerint, ſeu aliquo præmiſſorum (niſi moniti reſipiſcant) ipſo facto excommunicationis ſententiam ſe noverint incurſuros, privilegiis, ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſlibet in contrarium minimè valituris.

## DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT Epiſcopo ſint ſubjectæ.

### TITVLVS XI.

### CAP. I.

*Mulieres ſtatum beguinarum ſectantes, & de novo aſſumentes, religioſi in hoc dantes conſilium vel favorem, ipſo facto ſunt excommunicati: ſtatus tamen pœnitentialis per hoc non interdicitur: ſecundum Paulum.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

CVm de quibuſdam mulieribus, beguinabus vulgariter nuncupatis (quæ cum nulli promittant obedientiam, nec propriis renuncient, neque profitentur aliquam regulam approbatam, religioſæ nequaquam exiſtunt: quanquam habitum, qui beguinarum dicitur, deferant & adhæreant religioſis aliquibus, ad quos ſpecialiter trahitur affectio earundem) nobis fide digna relatione inſinuatum extiterit, quòd earum aliquæ, quaſi perductæ in mentis inſaniam, de ſumma Trinitate ac divina eſſentia diſputent & prædicent, ac circa fidei articulos & eccleſiaſtica ſacramenta opiniones catholicæ fidei contrarias introducant, & multos ſuper his decipientes ſimplices, eos in errores diverſos inducant, aliaque quamplura periculum animarum parientia *c* ſub quodam velamine ſanctitatis faciant & committant: Nos tam ex his, quàm ex aliis de ipſarum opinione ſiniſtra frequenter auditis, eas meritò ſuſpectas habentes, ſtatum earundem ſacro approbante concilio perpetuò duximus prohibendum, & à Dei eccleſia penitus abolendum: eiſdem & aliis mulieribus quibuſcunq; ſub pœna excommunicationis, quam in contrarium facientes incurrere volumus ipſo facto, injungentes expreſsè, ne ſtatum hujuſmodi, dudum forſan ab ipſis aſſumptum, quoquo modo ſectentur ulterius, vel ipſum aliquatenus de novo aſſumant. Prædictis verò religioſis, per quos eædem mulieres in hujuſmodi beguinagii ſtatu foveri, & ad ipſum ſuſcipiendum induci feruntur, ſub ſimili excommunicationis pœna, quam eo ipſo, quòd ſecus egerint, ſe noverint incurſuros, diſtrictius inhibemus, ne mulieres aliquas prædictum ſtatum (ut præmittitur) dudum aſſumptum ſectantes, aut ipſum de novo forſitan aſſumentes quomodocunque admittant: ipſis ſuper eo ſectando vel aſſumendo præbentes ullo modo conſilium, auxilium, vel favorem, nullo contra præmiſſa privilegio valituro. Sanè per prædicta prohibere nequaquam intendimus, quin ſi fuerint fideles aliquæ mulieres, quæ promiſſa continentia, vel etiam non promiſſa, honeſtè in ſuis converſantes hoſpitiis, pœnitentiam agere voluerint, & virtutum Domino in humilitatis ſpiritu deſervire, hoc eiſdem liceat, prout *a* Dominus ipſis inſpirabit.

### CAP. II.

*Tenens conſtitutionis cauſam, ſtatuit hoſpitalia reformari per collatores ipſorum, & cogi rectores eorum ad conſervationem locorum & ſuorum jurium: & ad hoſpitalitatem tenendam: ſtatuens per locorum ordinarios ſuppleri defectum vel negligentiam collatorum, etiam circa exempta. Ioan. And.*

Idem.

QVia contingit interdum, quòd Xenodochiorum, leproſariarum, eleemoſynariarum, ſeu hoſpitalium rectores, locorum ipſorum cura poſtpoſita, bona, res & jura ipſorum interdum ab occupatorum & uſurpatorum manibus excutere negligunt: quinimò ea collabi & deperdi, domus & ædificia ruinis deformari permittunt, & non attento, quòd loca ipſa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes, infectique lepra reciperentur inibi, & ex proventibus ſuſtentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, proventus eoſdem in uſus ſuos damnabiliter convertentes *b*: quum tamen ea, quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant non ad alium (ſalva quidem ſedis Apoſtolicæ auctoritate) converti: Nos incuriam *c* & abuſum hujuſmodi deteſtantes, hoc ſacro concilio approbante ſancimus: ut ii, ad quos id de jure vel ſtatuto in ipſorum fundatione locorum appoſito, aut ex conſuetudine præſcripta legitimè, vel privilegio ſedis Apoſtolicæ pertinet, loca ipſa ſtudeant in prædictis omnibus ſalubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebitè in ſtatum reduci debitum faciant, & ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem & ſuſtentationem debitam, juxta facultates & proventus locorum ipſorum rectores prædictos compellere non omittant. In quo, ſi fortè commiſerint negligentiam vel defectum, ordinariis locorum injungimus, ut etiamſi pia loca prædicta exemptionis privilegio munita conſiſtant, per ſeipſos vel alios impleant omnia præmiſſa & ſingula, & rectores eoſdem utique non exemptos, propria: exemptos verò & alios privilegiatos, Apoſtolica ad id auctoritate compellant. Contradictores cujuſcunque ſtatus aut conditionis exiſtant, ac præbentes eiſdem circa præmiſſa conſilium, auxilium, vel favorem, per cenſuram eccleſiaſticam & aliis juris remediis compeſcendo: nullum tamen per hoc exemptionibus ſeu privilegiis ipſis, quoad alia, præjudicium generando.

*Præcipit hoſpitalia in beneficium non concedi, niſi in duobus caſibus, & reprobat contrariam conſuetudinem, ſubmittens, quales eſſe debeant, quibus adminiſtratio ipſa committitur, & de ipſorum juramento, inventario & ratione reddenda: & decretum apponit. Ioan. Andr.*

Vt autem præmiſſa promptius obſerventur, nullus ex locis ipſis ſecularibus clericis in beneficium conferatur, etiam ſi de conſuetudine (quam reprobamus pe-

a *al. numerandum.* b *Vid. Archidiaconum in c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4.* c *al. parantia.*

a *al. ita: prout ipſis Dominus miniſtrabat.* b *Ad hunc locum vid. l. legatum. ff. de admi. re. ad civit. pert. revera. de conſ. diſt. 2. ver. no. c. quamvis. de pœn. lib. 6.* c *al. injuriam.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nitus )hoc fuerit obſervatum, niſi in illorum fundatione ſecus conſtitutum fuerit, ſeu per electionem ſit de rectore locis hujuſmodi providendum. Sed eorum gubernatio viris providis, idoneis, & boni teſtimonii committatur, qui ſciant, velint, & valeant, loca ipſa, bona eorum, ac jura utiliter regere, & eorum proventus & reditus in perſonarum uſum miſerabilium fideliter diſpenſare, & quos in uſus alios bona prædicta convertere præſumptio veriſimilis non exiſtat: in quibus ſub obteſtatione divini judicii illorum, ad quos dictorum locorum commiſſio pertinet, conſcientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio ſeu adminiſtratio committetur, ad inſtar tutorum & curatorum juramentum præſtare, ac de locorum ipſorum bonis inventaria *a* conficere, & ordinariis ſeu aliis, quibus ſubſunt loca hujuſmodi, vel deputandis ab eis, annis ſingulis de adminiſtratione ſua teneantur reddere rationem. Quòd ſi ſecus à quoquam fuerit attentatum, collationem, proviſionem, ſeu ordinationem ipſam carere decernimus omni robore firmitatis.

*Declarat conſtitutionem non extendi ad hoſpitalia religioſorum vel militarium ordinum. h.d.*

Præmiſſa verò ad hoſpitalia militarium ordinum, aut religioſorum etiam aliorum extendi minimè volumus: quorum tamen hoſpitalium rectoribus in ſanctæ obedientiæ virtute mandamus, ut in illis ſecundùm ſuorum ordinum inſtituta & antiquas obſervantias providere pauperibus, & hoſpitalitatem debitam in illis tenere procurent: ad quod per ſuperiores eorum arctâ *b* diſtrictione cogantur, ſtatutis aut conſuetudinibus quibuſlibet non obſtantibus in præmiſſis.

*Conſervat antiquas conſuetudines talium locorum, circa divina officia & ſacramenta. Ioan. Andr.*

Cæterùm noſtræ intentionis exiſtit, quòd ſi qua ſint hoſpitalia, altare, vel altaria, & cœmeterium ab antiquo habentia, & Presbyteros celebrantes & ſacramenta eccleſiaſtica pauperibus miniſtrantes, ſeu ſi parœciales rectores conſueverint in illis *c* exercere præmiſſa, antiqua conſuetudo ſervetur, quoad exercenda & miniſtranda ſpiritalia ſupradicta.

## DE IVRE PATRONATVS.

### TITVLVS XII.

### CAP. I.

*Si præſentatis ad eccleſias per patronos eccleſiaſticos, in quibus ipſi non conſueverunt omnia onera ſupportare, non aſſignetur intra terminum competentem congrua portio, diœceſanus eam aſſignare debebit. Quod locum non habet, quando onera ſunt per patronos ſupportanda. h.d. Ioan. Andr.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

VT conſtitutio, quæ ad eccleſiam aliquam quemvis etiam ad exemptorum præſentationem admitti conſuetudine non obſtante contraria prohibet, niſi præſentato de proventibus ejuſdem eccleſiæ, talis coram diœceſano portio fuerit aſſignata, unde jura poſſit Epiſcopalia ſolvere, & ſuſtentationem habere congruam, ſicut expedit obſervetur, ipſam declarare, ac *d* quædam adjicere conſulta hujuſmodi ſacri concilii approbatione providimus. Diœceſanis ſub obteſtatione divini judicii diſtrictius inhibentes, ne præſentatum aliquem per quamcunque perſonam eccleſiaſticam jus præſentandi ad eccleſiam aliquem habentem admittant, niſi intra certum terminum competentem, per diœceſanos *e* ipſos præſentantibus præfigendum, ipſi præſentato fuerit coram eis (ut præſcribitur *a*) congrua de proventibus eccleſiæ portio aſſignata. Quam ſi forſan iidem præſentantes intra terminum ipſum aſſignare neglexerint, ne factum eorum noceat præſentato, ſtatuimus, ut extunc diœceſani debeant præſentatum (niſi aliud canonicum obſiſtat) admittere, & in pœnam præſentantium ad diœceſanos ipſos poteſtas aſſignationis hujuſmodi devolvatur. Præcipimus autem diœceſanis eiſdem, ſub ipſius obteſtatione divini judicii, ipſorumque conſcientias [illegible], quòd moderationem portionis *b* ipſius debitè faciant, nec odio vel favore, vel aliàs in pluri vel minori [illegible] illam ſcienter excedant. Sanè in prioratuum vel aliorum, tam regularium, quàm ſecularium locorum eccleſiis, in quibus religioſi vel alii, ad quos eorum redditus pertinere noſcuntur, prædicta conſueverunt onera ſupportare, præmiſſa nullatenus obſerventur: ſed teneantur omnia, quæ eccleſiarum ipſarum perpetuis Presbyteris, aut vicariis incumberent, ſi dicta eis aſſignata fuiſſet, religioſi & alii ſupradicti plenè ſubire, ac Presbyteros, ſeu vicarios ipſos decenter tractare, necnon ſuſtentationem eis præſtare ſufficientem & congruam teneantur. Ad quæ omnia integraliter adimplenda, & nihilominus ad obſervationem debitam aſſignationis per diœceſanum in caſu alio (ut præmittitur) faciendæ, religioſos prædictos, & alios quoſlibet à diœceſanis eiſdem eccleſiaſtica volumus cenſura compelli. Non obſtantibus exemptionibus aut aliis quibuſlibet, privilegiis, conſuetudinibus, vel ſtatutis, quæ circa præmiſſa vel eorum aliquod religioſis ipſis aut aliis, in nullo volumus ſuffragari.

### CAP. II.

*In plures heredes unius ex pluribus patronis tranſit jus patronatus per ſtirpes. h.d. Ioan. Andr.*

Idem.

PLures *c* ab uno ex patronis eccleſiæ relicti heredes, vocem duntaxat unius habebunt in præſentatione rectoris. Et (ut facilius provideatur eccleſiis) non inconveniens reputamus, patronos ipſos inter ſe poſſe liberè convenire, de rectore ab eis alternis vicibus præſentando: Quibus etiam ex eadem cauſa permittimus, ut plures ad vacantem eccleſiam poſſint eo modo præſentare perſonas, quòd una ex eis eligi per Epiſcopum valeat & admitti.

## DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, & procurationibus.

### TITVLVS XIII.

### CAP. I.

*Religioſi ſubire tenentur onera, quæ incumbebant eccleſiis per eos ante hoc Concilium acquiſitis: niſi privilegio, exemptione vel alia juſta cauſa juventur: quæ privilegia vel exemptiones non proſunt eccleſiis poſt Concilium acquirendis. h.d. Ioan. Andr.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

CVm ſit naturæ conſonum, illos non [illegible] onera, qui rerum commoda complectuntur, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ut religioſi quicunque pro monaſteriis & eccleſiis, quæ ad eos quocunque ſint titulo devoluta, procurationes legatorum ſedis Apoſtolicæ, ac jura Epiſcopalia, & alia [illegible] præſtari pro ipſis, antequam ad eos perveniſſent, ſolita, promptè ſolvere ſtudeant: niſi forſan ſedis Apoſtolicæ privilegio, exemptione, vel alia cauſa legitima, ab his ſe valeant excuſare. Privilegia verò, ſeu exemptiones hujuſmodi ad monaſteria, ſeu eccleſias, quæ ad eos obvenire continget, in poſterum volumus non extendi.

a *al. Inventarium.* b *al. eccleſiaſtica.* c *al. ita: in illis partibus, &c.* d *In antiquiorib. codicibus conſtanter legitur ita: ac ei quædam, &c.* e *al. Epiſcopos.*

a *al. Præmittitur.* b *al. penſionis.* c *De intellectu* [illegible] *Lambertin. de jure patron. art. 11. q. 1. par. 1. num. 5.*

CAP.

CAP. II.

*Tollit quædam gravamina, quæ prælati inferebant exemptis, præſertim Ciſtercienſibus, & illa fieri prohibet: ſtatuens, quòd Epiſcopi, qui in monaſteriis Ciſtercienſis ordinis charitativè procurantur, ſint contenti cibariis, quæ per illos ſibi miniſtrantur. Si verò procurantur ex debito, ipſis volentibus carnes miniſtrari debent extra ſepta monaſterii, vel ſaltem extra portam, quæ dicitur regularis. Ipſorum etiam eleemoſynarii fragmenta menſarum poſſunt pauperibus erogare. hoc dicit. Ioan. Andr.*

Idem.

AD *a* noſtrum (quod dolentes referimus) pervenit auditum, quòd eccleſiarum prælati ad monaſteria Ciſtercienſis ordinis accedentes, licet ab eis charitativè recipiantur, & eis curialiter neceſſaria miniſtrentur, cibis tamen regularibus non contenti, contra privilegia dicti ordinis carnes petunt, & ſi eis non miniſtrentur, auferunt violenter. Et licet in locis eiſdem fiant eleemoſynæ competenter, ipſi tamen prælati ipſis religioſis invitis alias eleemoſynas faciunt, etiam in aliquibus locis, in quibus procurationes non habent, de conſuetudine vel de jure. Pro equitaturis quoque ferramenta, licet ferris non egeant, & coci eorum ſui officii ratione pecuniam exigunt & extorquent: Nec compoſitiones ſuper procurationibus inter prælatos ipſos & religioſos initas eis ſervant. Ipſis etiam in recipiendis procurationibus ita graves exiſtunt, quod ipſis in eorum monaſteriis & eccleſiis procurationes recipientibus, longi temporis victum brevis hora conſumit: & dum procurationes recipiunt, canes venaticos, falcones & accipitres ſecum habent. Et niſi voluntati ſatisfiat eorum, oſtia monaſteriorum ſeu eccleſiarum per violentiam ſæpe franguntur, & ornamenta eccleſiæ exportantur, pluresque procurationes recipiunt una die ſedis Apoſtolicæ privilegio non ſuffulti, interdum in pecunia numerata, viſitationis etiam officio non impenſo, & occaſione dictarum procurationum, iidem prælati ab ipſis frequenter exigunt, quæ illis ſolvere non tenentur, intolerabilia eiſdem gravamina cumulantes. Sunt *b* & nonnulli qui procurationes nunciorum Apoſtolicæ ſedis, aliaque extraordinaria onera exemptis & aliis religioſis pro majori parte imponunt, ut ſe ac Presbyteros liberent, ſeculares religioſos ad ordinandum hujuſmodi onerum diſtributionem minimè aſſumentes: In multis etiam aliis præfati prælati, exempta monaſteria, & ipſorum eccleſias utroque illis jure ſubjectas, gravant in procurationibus recipiendis, & oneribus inſolitis imponendis: Nos igitur ſuper his volentes de opportuno remedio providere, ſacri approbatione concilii duximus ſtatuendum, ut ſi Epiſcopi non cauſa viſitationis, ſed charitativæ hoſpitalitatis, ad monaſteria venerint ſupradicta, victualia gratioſè recipiant, quæ charitatis gratia eis fuerint miniſtrata. Ipſis autem Epiſcopis, ad monaſteria venientibus ſupradicta, & procurationes ibidem recipientibus ſibi debitas de jure communi, conſuetudine, privilegio, vel jure alio ſpeciali, in domibus ipſorum monaſteriorum, extra tamen ſepta ipſorum exiſtentibus, ſi quæ fuerint ad hoc apta, alioquin intra ſepta ipſa, non tamen intra portam, quam regularem appellant, carnium pro congruentia temporis ſi voluerint (privilegio non obſtante quocunque) cibaria miniſtrentur. Nec inconveniens reputamus, ſi fragmenta, quæ de menſis ipſorum Epiſcoporũ & ſuorũ familiariũ colliguntur, per ipſorũ Epiſcoporum eleemoſynarios ibidẽ pauperib. erogẽtur. Ab aliis autẽ gravaminib. expreſſis ſuperius, prælati diligenter *c* abſtineant, ſi Dei & Apoſtolicæ ſedis indignationem voluerint evitare.

a Vid. c. cum Apoſtolus. extra de cenſib. & cap. 1, 2, & 3. eod. in lib. 6. & vid. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 3. ubi plenè de materia viſitationis. b al. ſunt etiam, &c. c alit. ita: diligenter prorſus abſtineant.

CAP. III.

*Diœceſani, quibus hoc conſtat, illos qui exigendo à clericis pedagia, vel guidagia excommunicati ſunt vel interdicti, publicare debent. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

PRæſenti *a* conſtitutione jubemus, ut locorum diœceſani contra eos, qui ab eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis pro earum rebus propriis, quas non negotiandi cauſa deferunt, aut deferri faciunt, vel tranſmittunt, pedagia vel guidagia ſuo vel alieno nomine exigunt, vel torquent in animarum ſuarum periculum, & eorum à quibus ea exigunt, præjudicium & gravamen, excommunicationis & interdicti ſententias à jure prolatas, poſtquam de *b* his ipſis conſtiterit, omninò publicent, vel a ſuis ſubditis tamdiu faciant publicari, donec illi ſic exacta *c* reſtituerint, & de tranſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerint competenter.

## DE CELEBRATIONE *d* MISSARVM, & aliis divinis officiis.

### *TITVLVS XIV.*

CAP. I.

*Prælati, ad quos ſpectat correctio, & illis negligentibus, ſuperiores ipſorum debent eſſe ſoliciti, ut horis debitis in cathedralibus, regularibus, & collegiatis eccleſiis horæ canonicæ devotè pſallantur: & quòd in eccleſiis aliis celebretur convenienter & debitè divinum officium, & nocturnum principaliter. hoc intendit. Ioa. And.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

GRavi *e* nimirum turbatione movemur, quòd ex nonnullorum rectorum negligentia, quæ dum ſpem impunitatis permittit, multam nutrire peſtilentiam conſuevit in ſubditis, plerique eccleſiarum miniſtri modeſtia ordinis clericalis abjecta, dum offerre Deo ſacrificium laudis fructum labiorum ſuorum in puritate conſcientiæ & animi devotione deberent, horas canonicas dicere, ſeu pſallere, tranſcurrendo, ſyncopando, extranea quidem & plerunque vana, prophana, & inhoneſta intermiſcendo colloquia, tardè ad chorum conveniendo, ſeu eccleſiam ipſam abſque rationabili cauſa ante finem officii exeundo frequenter, aves interdum portando, ſeu faciendo portari, caneſque ſecum ducendo venaticos, ac quaſi nihil prætendentes de clericali militia, in corona, veſtibus, & tonſura, divina etiam celebrare, aut eis intereſſe nimis indevotè præſumunt. Nonnulli etiam tam clerici, quàm laici, præſertim in feſtorum certorum vigiliis, dum in eccleſiis deberent orationi inſiſtere, non verentur in ipſis earumque cœmeteriis choreas facere diſſolutas, & *f* interdum canere cantilenas, ac multas inſolentias perpetrare, ex quibus eccleſiarum & cœmeteriorum violationes, inhoneſta, variaque delicta quandoque ſequuntur, & eccleſiaſticum plerunque perturbatur *g* officium, in divinæ majeſtatis offenſam, & aſtantium ſcandalum populorum. In multis inſuper eccleſiis cum vaſis, veſtimentis, & cæteris ornamentis ad divinum cultum neceſſariis, indecentibus utique (penſatis earum facultatibus) deſervitur. Ne igitur tranſgreſſiones invaleſcant hujuſmodi, aliiſque veniant in exemplum, ſacri concilii approbatione hoc

a Nota quòd res clericorum gaudent eodem privilegio quo res eccleſiarum. cap. ultim. de vit. & honeſt. cler. c. eccleſiarum ſervos, 12. q. 2. Anch. b al. de ipſis eos conſtiterit, &c. c al. exterta. d al. ita: de celebratione Miſſarum, & aliorum officior. e De materia hujus Clement. præter Doct. hic, vide canoniſtas in cap. 1. & c. dolentes, ext. de celeb. miſſar. f al. ita: etiam interdum, &c. g al. perturbant.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fieri prohibentes, ſancimus, ut illi, ad quos id pertinet, & in eorum, ſi utique exempti non ſint, negligentiam vel defectum, locorum ordinarii: ſi verò exempti fuerint, aut aliàs circa hoc privilegiati, ſuperiores ipſorum (omni negligentia vel incuria penitus relegata) circa reformanda præmiſſa, & eorum ſingula corrigenda, nec non ut in cathedralibus, regularibus, & collegiatis eccleſiis horis debitis devotè pſallatur: In aliis verò convenienter & debitè celebretur divinum a diurnum & nocturnum officium, ſi Dei & Apoſtolicæ ſedis indignationem evitare voluerint, ſolicitam curent diligentiam adhibere: contradictores per cenſurā eccleſiaſticam (dummodo ad eos illam exercere pertineat) aliiſque opportunis remediis compeſcendo, facientes prout ad eos ſpectat in his & aliis quæ ad divinum cultum, & morum reformationem pertinent, ac eccleſiarum & cœmeteriorum reſpiciunt honeſtatem, ſacrorum ſtatuta canonum, ad quæ ſcienda diligens curent adhibere ſtudium, irrefragabiliter obſervari.

CAP. II.

*Clerici etiam religioſi, domeſtici, commenſales Cardinalium vel Epiſcoporum, ſe poſſunt illis in divinis officiis coaptare. h. d. Io. And.*

Idem *in eodem.*

DIgnum prorſus & congruum arbitrantes, quòd clerici tam religioſi, quàm alii Cardinalium ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac quorumcunque Pontificum, gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habentium, commenſales domeſtici ſe poſſint ipſis in divinis officiis coaptare, ut illud, quod iidem Cardinales, ſeu Pontifices dicent, officium licitè dicere valeant: Nec ad dicendum aliquod aliud teneantur, ſacri approbatione concilii indulgemus.

## DE BAPTISMO, ET EIVS effectu.

*TITVLVS XV.*

CAP. I.

*In fontibus eccleſiarum, non in privatis domibus, debet baptiſma concedi: duos caſus excipit, & tranſgreſſores puniri præcipit. Io. And.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

PRæſenti *b* prohibemus edicto, ne quis de cætero in aulis vel cameris, aut aliis privatis domibus, ſed duntaxat in eccleſiis, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati, aliquos (niſi Regum vel Principum, quibus valeat in hoc caſu deferri, liberi extiterint, aut talis neceſſitas emerſerit, propter quam nequeat ad eccleſiam abſque periculo propter hoc acceſſus haberi) audeat baptizare. Qui autem ſecus præſumpſerit, aut ſuam in hoc præſentiam exhibuerit, taliter per Epiſcopum ſuum caſtigetur, quòd alii attentare ſimilia non præſumant.

## DE RELIQVIIS ET VENERAtione ſanctorum.

*TITVLVS XVI.*

CAP. I.

*Feſtum corporis Chriſti celebrari debet feria quinta, poſt octavam Pentecoſtes, & certa indulgentia conceduntur iis, qui in feſto, vel intra octavam officio vel horis intererunt. h. d. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

SI Dominum in ſanctis ejus laudare jubemur, dignum profectò, juſtum & ſalutare nobis exiſtit, ut ſibi, in ſui quo nos quotidie ſpiritualiter reficit memoriam corporis, laudes feſtivæ venerationis, & gratias referamus. Hac igitur conſideratione inducti, conſtitutionem à bonæ memoriæ Vrbano Papa quarto prædeceſſore noſtro ſuper hoc editam, de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictè præcipimus obſervari: cujus tenor ſequitur in hæc verba: Vrbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis & aliis eccleſiarum prælatis, &c. Tranſiturus de hoc *a* mundo ad patrem ſalvator noſter Dominus Ieſus Chriſtus, cùm tempus ſuæ paſſionis inſtaret, ſumpta cœna, in memoriam mortis ſuæ inſtituit ſummum & magnificum ſui corporis & ſanguinis ſacramentum, corpus in cibum & ſanguinem in poculum tribuendo. Nam quoties hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortem Domini annunciamus. In inſtitutione quidem hujus ſacramenti dixit ipſe Apoſtolis, Hoc facite in meam commemorationem: ut præcipuum & inſigne memoriale ſui amoris eximii, quo nos dilexit, eſſet nobis hoc præcelſum & venerabile ſacramentum: memoriale, inquam, mirabile ac ſtupendum, delectabile, ſuave, tutiſſimum, ac ſuper omnia precioſum, in quo innovata ſunt ſigna & mirabilia immutata, in quo habetur omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuavitas, ipſaque dulcedo Domini degustatur, in quo utique vitæ ſuffragium conſequimur & ſalutis. Hoc eſt memoriale dulciſſimum, memoriale ſacratiſſimum, & memoriale ſalvificum, in quo gratam redemptionis noſtræ recenſemus memoriam, in quo à malo retrahimur, & in bono confortamur, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa, in quo profectò proficimus ipſius corporali præſentia Salvatoris. Alia namque, quorum memoriam agimus, ſpiritu mentéque complectimur: ſed non propter hoc realem eorum præſentiam obtinemus: In hac verò ſacramentali Chriſti commemoratione Ieſus Chriſtus præſens ſub alia quidem forma, in propria verò ſubſtantia eſt nobiſcum. Aſcenſurus enim in cœlum dixit Apoſtolis & eorum ſequacibus, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi: benigna ipſos promiſſione confortans, quòd remaneret & eſſet cum eis, etiam præſentia corporali *b*. O digna & nunquam intermittenda memoria! in qua mortem noſtram recolimus mortuam, noſtrumque interitum interiiſſe, ac lignum vivificum ligno crucis affixum, fructum nobis attuliſſe ſalutis. Hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ fidelium animos replet gaudio ſalutari, & cum infuſione lætitiæ devotionis lachrimas ſubminiſtrat. Exultamus nimirum noſtram memorando liberationem, & recolendo paſſionem dominicam, per quam liberati ſumus, vix lachrimas continemus. In hac itaque ſacratiſſima commemoratione adſunt nobis ſuavitatis gaudium ſimul & lachrimæ: quia & in ea congaudemus lachrimantes, & lachrimamur devotè gaudentes, lætas habentes lachrimas, & lætitiam lachrimantem: nam & cor ingenti perfuſum gaudio, dulces per oculos ſtillat guttas. O divini amoris immenſitas, divinæ pietatis ſuperabundantia, divinæ affluentia largitatis! dedit enim nobis Dominus omnia, quæ ſubjecit ſub pedibus noſtris, & ſuper univerſas terræ creaturas contulit nobis dominii principatum. Ex miniſtris etiam ſpirituum ſupernorum *c* nobilitat & ſublimat hominis dignitatem. Adminiſtratorii namque ſunt omnes in miniſterium, propter eos qui hæreditatem ſalutis capiunt deſtinati. Et cum tam copioſa fuerit erga nos ejus munificentia, volens adhuc ipſe in nobis ſuam exuberantem charitatem præcipua liberalitate monſtrare, ſemet ipſum nobis exhibuit, & tranſcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit ſe in cibum. O ſingularis & admiranda liberalitas, ubi donator

---

a *Al. ita: diurnum officium pariter & nocturnum.* b *Conferunt tradita per B. Thom. par. 3. q. 83. art. 3.*

a *In antiquioribus codicibus deeſt dictio, hoc.* b *Vide glo. [illegible] l. 1. ff. quod met. cau. & gloſſ. in l. 3. C. in quibus cau. [illegible]*
c *Al. ſupernorum.*

venit indonum, & datum eſt idem penitus cum dato-te. Quàm larga & prodiga largitas, cùm tribuit quis ſeipſum. Dedit igitur nobis ſe in pabulum, ut quia per mortem homo corruerat, & per cibum ipſe relevaretur ad vitam: cecidit homo per cibum ligni mortiferum *a*, relevatus eſt homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit eſca mortis, in iſto pependit vitæ alimentum. Illius eſus meruit læſionem, iſtius guſtus intulit ſanitatem: guſtus ſauciavit, & guſtus ſanavit. Vide quia unde vulnus eſt ortum, prodiit & medela: & unde mors ſubiit, exinde vita evenit. De illo ſiquidem guſtu dicitur *b*: Quacunque die comederis, morte morieris. De iſto vero legitur *c*: Si quis comederit ex hoc pane, vivet in æternum. Hic eſt cibus, qui plenè reficit, verè nutrit, ſummeque impinguat: non corpus ſed cor, non carnem ſed animam, non ventrem ſed mentem. Homini ergo, qui ſpirituali alimonia indigebat, Salvator ipſe miſericors, de nobiliori & potentiori hujus mundi alimento pro animæ refectione pia diſpoſitione providit. Decens quoque liberalitas extitit, & *d* conveniens operatio pietatis, ut verbum Dei æternum, quod rationabilis creaturæ cibus eſt & refectio, factum caro, ſe rationabili creaturæ carni & corpori, homini videlicet, in edulium largiretur *e*: panem enim Angelorum manducavit homo, & ideo Salvator ait *f*, caro mea verè eſt cibus. Hic panis ſumitur, ſed verè non conſumitur: manducatur, ſed non tranſmutatur: quia in edentem minimè transformatur, ſed ſi dignè recipitur, ſibi recipiens conformatur. O excellentiſſimum ſacramentum! O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconiis exaltandum, cunctis honorandum ſtudiis, devotis proſequendum obſequiis & ſynceris mentibus retinendum. O memoriale nobiliſſimum intimis commendandum præcordiis, firmiter animo alligandum, diligenter reſervandum in cordis utero & meditatione; ac celebratione ſedula recenſendum. Hujus memorialis continuam debemus celebrare memoriam, ut illius, cujus ipſum fore memoriale cognoſcimus, ſemper memores exiſtamus: quia cujus donum vel munus frequentius aſpicitur, hujus memoria ſtrictius retinetur. Licet igitur hoc memoriale ſacramentum in quotidianis miſſarum ſolenniis frequentetur, conveniens *g* tamen arbitramur & dignum, ut de ipſo ſemel ſaltem in anno, ad confundendam ſpecialiter hæreticorum perfidiam & inſaniam, memoria ſolennior & celebrior habeatur. In die namque cœnæ Domini, quo die ipſe Chriſtus hoc inſtituit ſacramentum, univerſaliſ eccleſia pro pœnitentium reconciliatione, ſacri confectione chriſmatis, adimpletione mandati, circa lotionem pedum & aliis, quamplurimum occupata, plenè vacare non poteſt celebrationi hujus maximi ſacramenti. Hoc enim circa ſanctos, quos per anni circulum veneramur, ipſa obſervat eccleſia, ut (quamvis in litaniis & miſſis, ac aliis etiam ipſorum memoriam ſæpius renovemus) nihilominus tamen ipſorum natalitia certis diebus per annum ſolennius recolat, feſta propter hoc eiſdem diebus ſpecialia celebrando. Et quia in iis feſtis circa ſolennitatis debitum aliquid per negligentiam aut rei familiaris occupationem, aut aliàs, ex humana fragilitate omittitur: ſtatuit ipſa mater eccleſia certam diem, in qua generaliter omnium ſanctorum commemoratio fieret, ut in hac ipſorum celebratione communi, quicquid in propriis ipſorum feſtivitatibus omiſſum exiſteret *h*, ſolveretur. Potiſſimè igitur exequendum eſt erga hoc vivificum ſacramentum corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, qui eſt ſanctorum omnium *a* gloria & corona, ut feſtivitate ac celebritate præfulgeat ſpeciali, quatenus in eo, quod in aliis miſſarum officiis circa ſolennitatem eſt forſitan prætermiſſum, devota diligentia ſuppleatur, & fideles (feſtivitate ipſa inſtante) intra ſe præterita memorantes, id quod in ipſis miſſarum ſolenniis, ſecularibus forſan agendis impliciti, aut aliàs ex negligentia vel fragilitate humana minus plenè geſſerunt, tunc attentè in humilitate ſpiritus & animi puritate reſtaurent. Intelleximus autem olim, dum in minori eſſemus officio conſtituti, quòd fuerat quibuſdam catholicis divinitus revelatum, feſtum hujuſmodi generaliter in eccleſia celebrandum. Nos itaque ad corroborationem & exaltationem catholicæ fidei, dignè ac rationabiliter duximus ſtatuendum, ut de tanto ſacramento, præter quotidianam memoriam, quam de ipſo facit eccleſia, & ſolennior & ſpecialior annuatim memoria celebretur: certum ad hoc deſignantes & deſcribentes diem: videlicet, feriam quintam proximam, poſt octavam Pentecoſtes: ut in ipſa quinta feria devotæ turbæ fidelium propter hoc ad eccleſias affectuosè concurrant, & tam clerici quàm populi gaudentes, in cantica laudum ſurgant: tunc enim omnium corda & vota, ora & labia, hymnos perſolvant lætitiæ ſalutaris: tunc pſallat fides, ſpes tripudiet, exultet charitas, devotio plaudat, jubilet chorus, puritas jocundetur: tunc ſinguli alacri animo pronaque voluntate conveniant, ſua ſtudia laudabiliter exequendo, tanti feſti ſolennia celebrantes: & utinam ad Chriſti ſervitium ſic ejus fideles ardor inflammet, ut per hæc & alia proficientibus ipſis meritorum cumulis apud eum, qui ſeſe dedit pro eis in precium, tribuitque ſe ipſis in pabulum, tandem poſt hujus vitæ decurſum eis ſe in præmium largiatur. Ideoque univerſitatem veſtram monemus & hortamur in Domino, & per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus tam excelſum, & tam glorioſum feſtum prædicta quinta feria ſingulis annis devotè ac ſolenniter celebretis, & faciatis ſtudiosè per univerſas eccleſias civitatum veſtrarum & diœceſum celebrari: ſubditos veſtros in dominica, dictam quintam feriam proximè præcedente, ſalutaribus monitis ſolicitè per vos & per alios exhortantes, ut per veram & puram confeſſionem, eleemoſynarum largitionem, attentas & ſedulas orationes, & alia devotionis & pietatis opera taliter ſe ſtudeant præparare, quòd hujus precioſiſſimi ſacramenti mereantur fieri participes illa die, poſſintque ipſum ſuſcipere reverenter, ac ejus virtute augmentum conſequi gratiarum. Nos enim Chriſti fideles ad colendum tantum feſtum & celebrandum donis volentes ſpiritualibus animare, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui matutinali officio feſti ejuſdem in eccleſia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum: Qui verò miſſæ, totidem: Qui autem in primis ipſius feſti veſperis interfuerint, ſimiliter centum: Qui verò in ſecundis, totidem: Illis verò, qui primæ, tertiæ, & ſextæ, nonæ ac completorii officiis interfuerint, pro qualibet horarum ipſarum, quadraginta: Illis autem, qui per octavas *b* illius feſti matutinalibus, veſpertinis, miſſæ, ac prædictarum horarum officiis interfuerint, centum dies ſingulis octavarum ipſarum diebus, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Apoſtolorum ejus Petri & Pauli auctoritate confiſi, de injunctis ſibi pœnitentiis relaxamus.

a *Aliàs, mortiferi.* b *Geneſ. 2.* c *Ioann. 6.* d *Aliàs, ita: & non inconveniens, &c.* e *Pſalm. 77.* f *Ioann. 6.* g *Vid. Concilium Tridentinum ſeſſion. 13. de ſanctiſſimo Euchariſtia ſacramento, capit. 5. & canon. 6.* h *Aliàs, extiterit.*

a *Philipp. 4.* b *al. octavam.*

## DE IMMVNITATE ECCLE- ſiarum.

### TITVLVS XVII.

### CAP. I.

*Revocat & pro infectis vult haberi decretalem, clericis, eod. tit. lib. 6. cum ſuis declarationibus. Io. And.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

QVoniam ex conſtitutione Bonifacii Papæ octavi prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Clericis laicos. & ex declaratione, ſeu declarationibus ex illa poſtmodum ſubſecutis, nonnulla ſcandala, magna pericula, & incommoda gravia ſunt ſecuta, & ampliora ſequi (niſi celeri remedio ſuccurratur) præſumitur a veriſimiliter in futurum: Nos de conſilio fratrum noſtrorum conſtitutionem, & declarationem, ſeu declarationes prædictas, & a quicquid ex eis ſecutum eſt, vel ob eas, penitus revocamus, & ea haberi volumus pro infectis: Volentes & firmiter ſtatuentes, illud (contra quoſcunque laicos, exigentes ſeu extorquentes ab eccleſiis eccleſiaſticisque perſonis tallias ſeu collectas aut exactiones quaſcunque, & mandantes ad id faciendum conſilium, auxilium vel favorem, necnon & circa præſtandas ſubventiones [illegible] eccleſiarum prælatis, aliisque viris eccleſiaſticis inviolabiliter obſervari, quod ſuper his à prædeceſſoribus noſtris in Lateranen. & generali Conciliis, quæ nos ſub obteſtatione divini judicii præcipimus obſervari [illegible], ſalubriter eſt proviſum.

a *al. Præſumantur.*

a *In vetuſto codice manuſcripto ita: ac omnia & ſingula conſenta in eis penitus, &c.*

**F I N I S.**

# CLEMENTINARVM LIBER QUARTUS.

## DE CONSANGUINITATE, ET AFFINITATE.

### TITULUS UNICUS.

### CAP. VNIC.

*Scienter contrahens matrimonium in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatus eſt ipſo jure: & publicari debet & vitari. Idem in profeſſo & profeſſa, vel conſtituto in ſacris. Ioann. Andr.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

EOs a, qui (divino timore poſtpoſito in ſuarum periculum animarum) ſcienter in gradibus conſanguinitatis & affinitatis conſtitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur: Necnon religioſos & moniales ac clericos in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonia contrahentes, refrænare metu pœnæ ab hujuſmodi eorum temeritatis audacia cupientes: Ipſos [illegible] nicationis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubjacere: Præcipientes eccleſiarum prælatis, ut illos, quos [illegible] ſtiterit taliter contraxiſſe, excommunicatos publice tamdiu nuncient, ſeu à ſuis ſubditis faciant nunciari donec ſuum humiliter recognoſcentes errorem [illegible] tur abinvicem, & abſolutionis obtinere beneficium mereantur. Per prædicta quoq; juribus, quæ ſic contrahentibus alias pœnas imponunt, in nullo volumus derogari.

a *Vid. Concil. Tridentin. ſeſſio. 24. de reform. matrimonial. cap. 5. & de intellectu, beatum Antonium tractat. de excommunicatione, cap. 94. adde Covarruviam lib. 4. decretal. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 8.*

**F I N I S.**

CLE-

# CLEMENTINARVM LIBER QUINTUS.

## DE MAGISTRIS, ET NE ALIQVID EXIGATVR PRO LICENTIA DOCENDI.

### TITVLVS PRIMVS.

### CAPVT I.

*In ſtudiis Romanæ curiæ, Pariſien. Oxonien. Bononien. & Salamantino, debent eſſe magiſtri catholici, ſcholas regentes in linguis, Hebraica, Arabica, & Chaldæa, duo ſcilicet, pro qualibet lingua. Et ſtatuitur per quos eis debeat de ſtipendiis & ſumptibus provideri.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

INter a ſolicitudines noſtris humeris incumbentes, perpeti cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis inducere, ipſosq; lucrifacere Deo (ſua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc eſt, quod profectò deſideranter exquirirere, ad id noſtræ mentis ſedulò deſtinamus affectum, ac circa illud diligenti ſtudio & ſtudioſa diligentia vigilamus. Non ambigimus autem, quin ad hujuſmodi noſtrum deſiderium aſſequendum b divinorū eloquiorum ſit expoſitio congrua, ipſorumq; fidelis prædicatio admodum opportuna. Sed nec ignoramus, quin & hæc promi noſcantur inaniter, vacuaque redire, ſi auribus linguam loquentis ignorantium proferantur. Ideoq; illius, cujus vicem in terris (licet immeriti) gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per univerſum mundum ad evangelizandum Apoſtolos, in omni linguarum genere fore voluit eruditos, viris catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus utuntur infideles præcipuè, abundare ſanctam affectamus eccleſiam, qui infideles ipſos ſciant & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, chriſticolarumq; collegio per doctrinam Chriſtianæ fidei ac ſuſceptionem ſacri baptiſmatis aggregare.

Ut igitur peritia linguarum hujuſmodi poſſit habiliter per inſtructionis efficaciam obtineri: Hoc ſacro approbante concilio ſcholas in ſubſcriptarum linguarum generibus ubicunque Romanam curiam reſidere contigerit c, nec non in Pariſien. & Oxonien. Bononien. & Salamantino ſtudiis, providimus erigendas: Statuentes, ut d in quolibet locorum ipſorum teneantur viri catholici ſufficientem habentes Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldææ linguarum notitiam: duo videlicet uniuſcujuſque linguæ periti, qui ſcholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſolicitè doceant, earumque peritiam ſtudioſa in illos inſtructione transfundant: ut inſtructi & edocti ſufficienter in linguis hujuſmodi, fructum ſperatum poſſint (Deo auctore) producere, fidem propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles. Quibus equidem in Romana curia legentibus e per ſedem Apoſtolicam: in ſtudiis verò Pariſienſi, per Regem Franciæ: in Oxonien. Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, ac Vualliæ: in Bononienſi per Italiæ: in Salamantino, per Hiſpaniæ prælatos, monaſteria, capitula, conventus, collegia exempta & non exempta, & eccleſiarum rectores in ſtipendiis competentibus & ſumptibus volumus provideri: contributionis onere ſingulis juxta facultatum exigentiam imponendo. Privilegiis & exemptionibus quibuſcunq; contrariis nequaquam obſtantibus, quibus tamen nolumus, quoad alia, præjudicium generari.

a *Vid. Ludovicum Gomezium in regula Cancellariæ de idiomate, ubi plenè de materia linguarum.* b *aliter, exequendum.* c *al. contingat.* d *alit. ita: ut in locorum ipſorum ſtudiis, &c.* e *al. regentibus.*

### CAP. II.

*Is, ad quem ſpectat magiſterium vel doctoratum tribuere, prius à doctorando recipiat juramentum, quòd in ſolennitate ſua non expendet ultra ſummam trium millium Turon. argenteorum. Quòd ſi non fecerit, etiamſi ſit Epiſcopus, per ſex menſes à collatione magiſterii eſt ſuſpenſus. h. d. Ioan. And.*

Idem.

CVm ſit nimis abſurdum, ut quis cum vanitate & imperitia ad honorem aſcendat peritiæ literarum, non ſine turbatione miramur illum apud ſcholaſticos invaluiſſe abuſum, quòd plerique eorum, qui in quavis ſcientia ad doctoratus vel magiſterii aſſumuntur honorem, quum ſua ſolenniter principia faciunt, aut ſui recipiunt inſignia doctoratus, circa cibos, veſtes, & alia ſic in expenſis excedunt, quòd & ipſi tranſeunte expenſarum hujuſmodi vanitate vacui plerunque remaneant & gravati. Et cæteri qui vel nolunt vel nequeunt ſimiles expenſas ſubire, hac occaſione frequenter à receptione honoris hujuſmodi retrahuntur. Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio providere, illis ad quoſvis ubilibet pertinet honorem tribuere memoratum, diſtrictè præcipimus, ut quoſcunque ab eis de cætero dictum recipientes honorem, juramento prius adſtringant, ne ultra tria millia Turonen. argenteorum a in ſolennitate, circa hujuſmodi doctoratum aut magiſterium quomodolibet adhibenda, expendant. Ipſosq; nihilominus (niſi forſan nobilis b conditionis extiterint) ut intra ſummam prædictam hujuſmodi moderentur expenſæ, efficaciter exhortantes, ac ſi hoc illorum congruere ſtatui viderint, juramentum exigentes ab eis, quòd certos, intra ſummam præfatam taxandos ab ipſis expenſarum terminos non accedant. Si quis autem Pontificali etiam c dignitate præfulgens, non recepto prius juramento præfato, honorem cuiquam tribuerit ſupradictum, à collatione magiſterii ſeu doctoratus cujuſlibet, per ſex menſes ſequentes eo ipſo noverit ſe ſuſpenſum.

a *al. Argenti.* b *al. notabilis.* c *Dictio, etiam, deeſt in antiquiorib. exemplarib. & impreſſis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DE IVDAEIS ET SARracenis.

### TITVLVS II.

### CAP. I.

*Principes Chriſtiani compeſcere debent Sarracenos ſibi ſubjectos ab invocatione publica nominis Machometi, & à peregrinatione, quam facere ſolent ad ſepulchrum ipſius. hoc dicit. Ioannes Andreas.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

CEdit quidem in offenſam divini nominis & opprobrium fidei Chriſtianæ, quòd in quibuſdam mundi partibus principibus Chriſtianis ſubjectis, in quibus interdum ſeorſum, interdum verò permixtum cum Chriſtianis habitant Sarraceni, ſacerdotes eorum, Zabazala vulgariter nuncupati, in templis ſeu Moſquitis ſuis, ad quæ iidem Sarraceni conveniunt, ut ibidem adorent perfidum Machometum, diebus ſingulis, certis horis in loco aliquo eminenti ejuſdem Machometi nomen (Chriſtianis & Sarracenis audientibus) alta voce invocant & extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publicè profitentur: Ad locum inſuper ubi olim quidam ſepultus extitit Sarracenus, quem ut ſanctum Sarraceni alii venerantur & colunt, magna Sarracenorum earundem partium & etiam aliarum confluit publicè multitudo, ex quibus noſtræ fidei non modicum detrahitur, & grave in cordibus fidelium ſcandalum generatur. Quum autem hæc in *a* divina majeſtatis diſplicentia non ſint ullatenus toleranda, ſacro approbante concilio, ipſa in terris Chriſtianorum diſtrictius fieri deinceps inhibemus: univerſis & ſingulis principibus catholicis, ſub quorum dominio dicti Sarraceni morantur, & fiunt prædicta, ſub obteſtatione divini judicii obnoxiùs *b* injungentes, quatenus ipſi tanquam veri catholici & Chriſtianæ fidei ſeduli zelatores, opprobrium quod tam ipſis, quàm cæteris Chriſticolis per præmiſſa ingeritur, debita conſideratione penſantes, ipſum (ut proinde æternæ beatitudinis præmium aſſequantur) de terris ſuis omninò auferant, & à ſuis ſubditis auferri procurent: inhibendo expreſſè, ne præfata invocatio ſeu profeſſio nominis ipſius ſacrilegi Machometi publicè, aut peregrinatio prælibata ab aliquo in eorum exiſtente dominio audeat attentari de cætero, vel quomodolibet ſuſtineri. Ii verò, qui ſecus præſumpſerint, taliter ob divinam reverentiam caſtigentur ab ipſis, quòd alii eorum exemplo perterriti à præſumptione ſimili arceantur.

## DE HAERETICIS.

### TITVLVS III.

### CAP. I.

*Præmittit conſtitutionis cauſam. Ioan. Andr.*

Clemens V. *In Concilio Vienenſi.*

MVltorum *c* querela ſedis Apoſtolicæ pulſavit auditum, quòd nonnulli inquiſitores per ſedem eandem contra pravitatem hæreticam deputati, metas ſibi traditas excedentes, ſic interdum extendunt *d* ſuæ poteſtatis officium, ut quod in augmentum fidei per circumſpectam ejuſdem ſedis vigilantiam ſalubriter eſt proviſum (dum ſub pietatis ſpecie gravantur innoxii) cedat in fidelium detrimentum.

*Ponit conſtitutionem de officio inquiſitionis exercendo per diœceſanos & inquiſitores, primò ponens quinque quæ poteſt alter ſine altero. Secundò tria, quæ non poteſt: & decretum apponit ſubmittens, quomodo impeditus vel intereſſe nolens committat alii, vel conſentit. Ioan. Andr.*

Propter quod ad Dei gloriam & augmentum ejuſdem fidei, ut negotium inquiſitionis hujuſmodi eò proſperetur felicius, quò deinceps ejuſdem labis indago ſolennius, diligentius, & cautius peragetur: ipſum tam per diœceſanos Epiſcopos, quàm per inquiſitores à ſede Apoſtolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore, ac cujuſlibet commodi temporalis affectione ſemotis) decernimus exerceri. Sic quòd quilibet de prædictis ſine alio citare poſſit, & arreſtare ſive capere, ac tutæ cuſtodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manicis ferreis, ſi ei viſum fuerit faciendum: ſuper quo ipſius conſcientiam oneramus: necnon inquirere contra illos, de quibus pro hujuſmodi negotio, ſecundum Deum & juſtitiam, viderit expedire. Duro tamen tradere carceri, ſive arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad cuſtodiam videatur, vel tormentis exponere illos, vel ad ſententiam procedere contra eos, Epiſcopus ſine inquiſitore, aut inquiſitor ſine Epiſcopo diœceſano, aut ejus officiali, vel Epiſcopali ſede vacante, capituli ſuper hoc delegato, ſi ſui ad invicem copia habere valeant, intra octo dierum ſpacium, poſtquam ſe invicem requiſierint, non valebit. Et ſi ſecus præſumptum fuerit, nullum ſit & irritum ipſo jure. Verùm ſi Epiſcopus vel ejus capituli ſede vacante delegatus cum inquiſitore, aut inquiſitor cum altero eorundem, propter præmiſſa nequeat aut nolit perſonaliter convenire: poſſit Epiſcopus, vel ejus ſeu capituli, ſede vacante, delegatus inquiſitori, & inquiſitor Epiſcopo vel ejus delegato, ſeu ſede vacante illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus, ſuper illis committere vices ſuas, vel ſuum ſignificare per literas conſilium & conſenſum.

*Providet circa muros vel carceres hæreticorum, ipſorum duos cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Ioan. Andr.*

Sanè quia circa cuſtodiam carcerum hæreticalium, qui muri in quibuſdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos *a* volentes ſuper hoc providere, ſtatuimus, ut quilibet talis carcer vel murus, quem de cætero Epiſcopo & inquiſitori prædictis volumus fore communem, duos cuſtodes habeat principales, diſcretos, induſtrios & fideles: unum, quem volet Epiſcopus, & providebit eidem: aliud, de quo voluerit inquiſitor, cui etiam providebit: & quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe alium bonum & fidum poterit habere miniſtrum. In quolibet autem conclavi ejuſdem carceris ſive muri, erunt duæ claves diverſæ, quarum unam unus, aliam alius tenebit, prædictorum cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi quæ incarceratis fuerint miniſtranda, ſuo poterit committere vel ſubdelegare miniſtro.

*Ponit juramentum cuſtodum, miniſtrorum ſuorum, [illegible]riorum, & aliorum officialium. Ioan. And.*

Porrò coram Epiſcopo vel capitulo, ſede vacante, & inquiſitore prædictis vel ſubſtitutis ab eis, cuſtodes ſupradicti, antequam ſuum officium exequantur, jurabunt ad ſancta Dei Evangelia corporaliter à ſe tacta, quòd in cuſtodia immuratorum & aliorum pro crimine ſupra dicto in ſua cuſtodia poſitorum & ponendorum, omnem diligentiam & ſolicitudinem, quam poterunt, fideliter adhibebunt. Et quòd alicui incarcerato nullus unus in ſecreto *b* loquetur, quin hoc audiat alter [illegible]ſtos. Et quòd proviſionem, quam incarcerati [illegible] ex ordinatione communi, & illud quod à parentibus & amicis, vel aliis perſonis fidelibus offeretur eiſdem [illegible]

a *Dictio, in, deeſt in antiquorib. cod. etiam impreſſis.* b *In antiq. etiam impreſſis conſtanter legitur, obnoxius.* c *De materia & intellectu vide Do. in c. ut commiſſi. & c. per hoc. de hær. lib. 6.* d *al. excedunt.*

a *De materia iſtius §. vide Zanch. tract. de hæret. cap. [illegible] Gondiſalvum tract. de hær. q. 11. Sylveſt. in verb. hæreſis, [illegible] Archidiac. in cap. clericus. 81. diſt. & in c. ſi peccaverit, [illegible] Ioan. And. in c. ult. de hæret.*

Epiſcopi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Epiſcopi & inquiſitoris vel ſuorum commiſſariorum ordinario refragetur) ipſis fideliter & abſque deminutione aliqua miniſtrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem juramentum & coram eiſdem perſonis miniſtri cuſtodum, prius quàm ſuum exerceant officium, exhibebunt. Et quia ſæpè contingit Epiſcopos proprios habere carceres, ſibi & dictis inquiſitoribus non communes: volumus & diſtrictè præcipimus, ut cuſtodes ad incarceratorum pro dicto crimine cuſtodiam per Epiſcopos, vel ſede vacante per capitulum deputandi, & eorum miniſtri coram dictis inquiſitoribus vel ſubſtitutis ab eis præſtent ſimile juramentum. Notarii a quoque inquiſitionis coram Epiſcopo & inquiſitore vel ſubſtitutis ab eis, jurabunt ſuum officium fideliter exercere. Et idem fiet de aliis perſonis neceſſariis ad prædictum officium exequendum.

*Tenet Epiſcopos, inquiſitores, & eorum ſubſtitutos qui faciendo vel omittendo delinquunt in officio. h.d.*

Verùm, quia nimis eſt grave, ad exterminationem pravitatis prædictæ non agere, quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit: grave eſt quoque & damnatione digniſſimum malitioſè inſontibus eandem imponere pravitatem: Epiſcopo & inquiſitori prædictis ac aliis ad dicti executionem officii ſubſtituendis ab eis, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, ut ſic diſcretè & promptè contra ſuſpectos vel diffamatos, de hujuſmodi pravitate procedant, quòd malitioſè aut fraudulenter tantam labem, ſeu quòd ipſos in executione officii inquiſitionis impediat, falsò alicui non imponant. Quòd ſi odii, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra juſtitiam & conſcientiam ſuam omiſerint contra quenquam procedere, ubi fuerit procedendum ſuper hujuſmodi pravitate, aut obtentu eodem, pravitatem ipſam vel impedimentum officii ſui alicui imponendo, eum ſuper hoc præſumpſerint quoquo modo vexare (præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eiſdem) Epiſcopus aut ſuperior, ſuſpenſionis ab officio per triennium, alii verò excommunicationis ſententias eo ipſo incurrant. A qua quidem excommunicationis ſententia, qui eandem incurrerint, niſi per Romanum Pontificem nequeant, præterquàm in mortis articulo b, & tunc ſatisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte privilegio ſuffragante.

*Confirmat antiqua jura huic conſtitutioni non obvia. Ioan. Andr.*

Alias ſanè, quæ circa præmiſſum inquiſitionis officium à noſtris ſunt prædeceſſoribus inſtituta (quatenus præſenti decreto non obviant) ſacri approbatione concilii roborata, in ſua volumus firmitate manere.

## CAP. II.

*Primò, ponens conſtitutionis cauſam, determinat ætatem inquiſitorum. Secundò, punit inquiſitores, qui prætextu officii pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum, eccleſiarum bona confiſcant. Tertiò, præcipit notariis, officialibus & ſociis, ut hoc facientes reprehendant, & ſuperioribus denuncient ſi probare poſſunt. Quartò, prohibet inquiſitoribus abuſum armorum, & circa quantitatem vel qualitatem officialium. h.d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

NOlentes ſplendorem ſolitum negotii fidei per actus indiſcretos & improbos quorumvis inquiſitorum hæreticæ pravitatis, quaſi tenebroſi fumi caligine obfuſcari: hoc ſacro concilio approbante ſtatuimus, nullis ex nunc, niſi qui quadrageſimum ætatis annum attigerint, officium inquiſitionis prædictæ committi: inquiſitoribus, & tam ipſorum, quàm Epiſcoporum ſeu capitulorum, ſede vacante, ſuper hoc deputatis commiſſariis quibuſcunque diſtrictius injungentes, ne prætextu officii inquiſitionis quibuſvis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant: nec ſcienter attentent eccleſiarum bona ob clericorum delictum a prædicti occaſione officii fiſco etiam eccleſiæ applicare. Quòd ſi ſecus in his vel eorum altero fecerint, excommunicationis ſententiæ eos ſubjacere decernimus ipſo facto. A qua non poſſint abſolvi, præterquam in mortis articulo, donec illis, à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta: Nullis privilegiis, pactis, aut remiſſionibus ſuper hoc valituris. Notarii verò & officiales dicti officii, necnon fratres & ſocii inquiſitorum & commiſſariorum ipſorum, qui dictos inquiſitores aut commiſſarios ſecretè noverint talia commiſiſſe (ſi indignationem Dei & Apoſtolicæ ſedis vitare voluerint, & offenſam) ipſos graviter arguere & corrigere ſtudeant in ſecreto. Quòd ſi taliter ea ſciverint, ut ea probare valeant, ſi ſit opus, hæc prælatis inquiſitorum & commiſſariorum eorundem, ad quos id pertinebit, nunciare ſolicitè debeant. Qui equidem prælati inquiſitores & commiſſarios prædictos reos inde repertos ab officiis amovere, & amotos aliàs punire debitè ſeu corrigere teneantur. Prælatis autem inquiſitorum id negligentibus agere, præmiſſa omnia nunciari per prædictos locorum ordinarios volumus: quibus, ut ea in Apoſtolicæ ſedis notitiam perferant, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus & mandamus. Porrò inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus, ut nec abutantur quomodolibet conceſſione portationis armorum, nec officiales, niſi ſibi neceſſarios, habeant tales, qui ſe conferant ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officia exequenda.

## CAP. III.

*Damnat ſectam Beguardorum & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipſius errores, excitans diœceſanorum & inquiſitorum officium contra illos. h.d. Ioan. And.*

Idem *in eodem.*

AD noſtrum (qui deſideranter in votis gerimus, ut fides catholica noſtris proſperetur temporibus, & pravitas hæretica de finibus fidelium extirpetur) non ſine diſplicentia grandi pervenit auditum, quòd ſecta quædam abominabilis, quorundam hominum malignorum, qui Beguardi, & quarundam infidelium mulierum; quæ Beguinæ vulgariter appellantur, in regno Alemaniæ (procurante ſatore malorum operum) damnabiliter inſurrexit: tenens & aſſerens doctrina ſua ſacrilega & perverſa inferius deſignatos errores. Primò, videlicet, quòd homo in vita præſenti tantum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd reddetur penitus impeccabilis, & ampliùs in gratia proficere non valebit: nam (ut dicunt) ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inveniri. Secundò, quòd jejunare non oportet hominem, nec orare poſtquam gradum perfectionis hujuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui & rationi ſubjecta, quòd homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet. Tertiò, quòd illi, qui ſunt in prædicto gradu perfectionis & ſpiritu libertatis, non ſunt humanæ ſubjecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta eccleſiæ obligantur: quia (ut aſſerunt) ubi ſpiritus Domini, ibi libertas. Quartò, quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem, ſecundùm omnem gradum perfectionis in præſenti aſ-

a *De juramento notariorum Hoſtienſ. & Doct. in cap. ut officium §. ad conſcribendas. de hær. l. 6. & in c. ſicut. ne clerici vel monach.* b *In mortis articulo nulla eſt caſuum reſervatio, atq; idcirco omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt: ita Concil. Trident. Seſſ. 14. cap. 7. de caſuum reſervatione.*

a *Delictum prælati quando noceat eccleſiis, vide Fel. in c. ad audientiam. de reſcr. & Alex. conſ. 23. l. 1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata. Quintò, quòd quælibet intellectualis natura in ſeipſa naturaliter eſt beata: quodque anima non indiget lumine gloriæ, ipſam elevante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum. Sextò, quòd ſe in actibus exercere virtutum, eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à ſe virtutes. Septimò, mulieris oſculum (cùm ad hoc natura non inclinet) eſt mortale peccatum: Actus autem carnalis (cùm ad hoc natura inclinet) peccatum non eſt, maximè cùm tentatur exercens. Octavò, quòd in elevatione corporis IESV Chriſti, non debent aſſurgere, nec eidem reverentiam exhibere: aſſerentes, quod eſſet imperfectionis eiſdem, ſi à puritate & altitudine ſuæ contemplationis tantum deſcenderent, quòd circa miniſterium ſeu ſacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent: Nonnulla etiam alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie dicunt, faciunt & committunt, quæ oculos divinæ majeſtatis offendunt, & grave in ſe continent periculum animarum. Cùm autem ex debito commiſſi nobis officii hujuſmodi ſectam deteſtabilem, & præmiſſos ipſius execrandos errores (ne propagentur ulterius, & per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur) extirpare ab eccleſia catholica neceſſariò habeamus.

Nos ſacro approbante concilio, ſectam ipſam cum præmiſſis erroribus damnamus & reprobamus omnino; inhibentes diſtrictius, ne quis ipſos de cæterò teneat, approbet vel defendat. Eos autem qui ſecus egerint, animadverſione canonica decernimus puniendos. Porrò diœceſani & illarum partium inquiſitores hæreticæ pravitatis, in quibus Beguardi & Beguinæ hujuſmodi commorantur, ſuum officium circa eos diligenter exerceant, inquirentes de vita & converſatione ipſorum, qualiterve ſentiant de articulis fidei & eccleſiæ ſacramentis. In illos verò, quos culpabiles reperirent (niſi abjuratis ſponte prædictis erroribus pœnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem) debitam exerceant ultionem.

## DE HOMICIDIO VOLVNTARIO, VEL CASVALI.

### *TITVLVS IV.*

### CAP. VNIC.

*Furioſus, infans, vel dormiens, hominem mutilans, vel occidens, non efficitur irregularis: nec etiam ille, qui aliter mortem vitare nequiens, ſuum invaſorem occidit, vel mutilat. h. d.*

Clemens V. *in Concilio Vienenſi.*

SI [a] furioſus, aut infans, ſeu dormiens, hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo cenſemus, qui mortem aliter vitare non valens, ſuum occidit vel mutilat invaſorem.

## DE VSVRIS.

### *TITVLVS V.*

### CAP. VNICVM.

*Officiales communitatum, facientes, dictantes, vel ſcribentes ſtatuta ſuper uſuris ſolvendis, non repetendis, vel non reſtituendis, vel judicantes ſecundùm illa, vel non delentes illa (ſi poſſunt) intra tres menſes de libris communitatum, vel illa ſervantes, excommunicati ſunt. Ioan. Andr.*

Clemens V. *in Concilio Vienenſi.*

EX [b] gravi ad nos inſinuatione pervenit, quòd quorundam communitates locorum in offenſam Dei & proximi, ac contra jura divina pariter & humana, uſurariam approbantes quodammodo pravitatem, per ſtatuta ſua juramento quandoque firmata, uſuras exigi & ſolvi nedum concedunt, ſed [a] ad ſolvendas eas debitores ſcienter compellunt, ac [illegible] ipſorum continentiam ſtatutorum gravia imponendo plerunque uſuras repetentibus onera, aliiſque utendo ſuper his diverſis coloribus, & fraudibus exquiſitis, repetitionem impediunt earundem. Nos igitur perniciosis his auſibus obviare volentes, ſacro approbante concilio ſtatuimus, ut quicunque communitatum ipſarum poteſtates, capitanei, rectores, conſules, judices, conſiliarii, aut alii quivis officiales, ſtatuta hujuſmodi de cætero facere, ſcribere, vel dictare, aut quod ſolvantur uſuræ, vel quòd ſolutæ, cùm repetuntur, non reſtituantur plenè ac liberè, ſcienter judicare præſumpſerint, ſententiam excommunicationis incurrant. Eandem etiam ſententiam incurſuri, niſi ſtatuta hujuſmodi haſtenus edita de libris communitatum ipſarum (ſi ſuper hoc poteſtatem habuerint) intra tres menſes deleverint, aut ſi ipſa ſtatuta ſive conſuetudines effectum eorum habentes quoquo modo præſumpſerint obſervare.

*Fœneratores in cauſis uſurarum edere coguntur libros rationum ſuarum. Ioan. And.*

Cæterùm, quia fœneratores ſic ut plurimùm contractus uſurarios occultè ineunt & doloſè, quòd vix convinci poſſunt de uſuraria pravitate, ad exhibendum cum de uſuris agetur ſuarum codices rationum, cenſura [illegible] decernimus eccleſiaſtica compellendos.

*Pertinaciter aſſerens exercere uſuras non eſſe peccatum, hæreticus eſt. Ioan. And.*

Sanè ſi quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare præſumat exercere uſuras non eſſe peccatum, decernimus velut hæreticum puniendum: locorum nihilominus ordinariis & hæreticæ pravitatis inquiſitoribus diſtrictius injungentes, ut contra eos, quos de errore hujuſmodi diffamatos invenerint, aut ſuſpectos, tanquam contra diffamatos, vel ſuſpectos de hæreſi procedere non omittant.

## DE EXCESSIBVS PRÆLATORVM.

### *TITVLVS VI.*

### CAP. VNICVM.

*Providerat Greg. contra XXVII. gravamina, quæ prælati [illegible] geſſis inferebant. eod. tit. Nimis. 1. & 2. hoc verò concilium [illegible] contra XXX. à quibus prælatos ceſſare præcipit, & per [illegible] tos ceſſare facere: jubens ipſorum privilegia & jura ſervari. h. d. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Vienenſi.*

FRequens & aſſidua nos quorundam religioſorum quereia circumſtrepit, quod plerique [illegible] pi, & eorum ſuperiores, ac cæteri eccleſiarum prælati, ipſorū religioſorum quietem in juſtè in ſubditis [illegible] tibus multipliciter inquietant. Quidam enim exemptos capiunt, & incarcerant in caſibus non conceſſis à jure. Quidam per gravium interminationem [illegible] impediunt, ne debentes exemptis decimas ſeu [illegible] los ſolvant eiſdem: Neve aliqui miſſas eorum [illegible] Molentes in molendinis, & coquentes in furnis eorum. Servientes quoque & vaſallos, & domeſticos [illegible] vel alios qualitercunque contrahentes, & participantes cum ipſis, ſuſpendunt, interdicunt, & excommunicant: bona [illegible] abſque cauſa rationabili pro libito voluntatis, bona [illegible] rum interdum nihilominus illicitè occupantes. [illegible] pellationibus, quas prædicti exempti ob prædicta, vel alia gravamina rationabiliter interponunt quandoque, minimè deferentes, appellantes occaſione appellationum hujuſmodi interdum capiunt, aut capi faciunt [illegible]

a *Hanc Clementinam latiſſimè repetivit Didacus Covarruvias; eum videto.* b *Pro materia intellectu vide B. Thom. 2. 2. q. 78. per totam quæſtionem.*

a *Al. ſed & ad ſolvendum eaſdem, &c.* b *Al.* [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

carceri mancipari. Quidam præterea capellanos in eccleſiis pleno jure ſpectantibus ad eoſdem (licet nulla cauſa ſubſit legitima) celebrare non ſinunt, nec adminiſtrare parœcianis eccleſiaſtica ſacramenta. Nonnulli *a* etiam indebitè Abbates, monachos & converſos exemptos, necnon & clericos ipſis pleno jure ſubjectos, ſi eis non pareant in iis etiam, in quibus non tenentur eiſdem, inconſulta facilitate ſuſpendunt, excommunicant, capiunt, & incarcerant, ac loca & eccleſias interdicunt ipſorum. In exigendo inſuper ab ipſis exemptis, ipſorumque ſubditis ſubſidia charitatis, excedunt nimium contra eos. Et inſolitas ac indebitas ipſis contra jura exactiones imponunt: Novos cenſus & indebita onera parochialibus imponunt eccleſiis, in quibus exempti jus obtinent patronatus: Proceſſus juſtè factos, ſeu ſententias juſtè latas à delegatis ſedis Apoſtolicæ, vel à conſervatoribus pro exemptis, publicari ſeu executione mandari à ſuis ſubditis, non permittunt. Tabellionibus publicis inhibent, ne inſtrumenta conficiant: Et judicibus ne juſtitiam faciant, ac juriſperitis ne conſilium vel auxilium præbeant in cauſis, ſeu negotio eorundem: Præſentatos per exemptos ad ordines vel beneficia, quorum præſentatio ad eos pertinet, nolunt admittere, niſi præſentantes ponant obedientiam in ſalutatione literarum, quas pro hujuſmodi præſentatione tranſmittunt: Eccleſiis quoque vacantibus, in quibus monaſteria jus obtinent patronatus (repulſis perſonis idoneis præſentatis ad eas) perſonas inſtituunt inhabiles & indignas. Quidam etiam eccleſias curam animarum habentes ad menſam Abbatum ſpectantes, quarum fructus quandoque clericis ſecularibus tradunt, vel concedunt ad firmam, clericis ipſis decedentibus, ſeu conferunt clericis, quanquam ipſe propter hoc eccleſiæ in veritate non vacent. Nonnulli quoque in eccleſiis monachorum jura ipſorum injuſtè ſibi appropriant, & de ipſorum reditibus, ut volunt, ordinant, ita quod rectoribus earum *b* non remanet unde valeant ſuſtentari. Quidam cum armis & erecto vexillo, molendina, & alia bona contra juſtitiam deſtruunt exemptorum, quæ etiam tanto tempore poſſederunt, quod de contrario memoria non exiſtit: Mittuntque frequenter ad monaſteria ſuarum civitatum & diœceſum ſuos conſanguineos & nepotes, & interdum animalia ſua cum cuſtodibus, ut eis de bonis monaſteriorum debeat provideri: Abbates inſuper, & priores monaſteriorum frequenter compellunt, ut ſuis conſanguineis & nepotibus monaſteriorum ſuorum, ſeu prioratuum poſſeſſiones *c* concedant in perpetuum, vel ad tempus: quas quidem conceſſiones, vel *d* penſiones nos nullas eſſe volumus ipſo jure: Eoſdem quoque Abbates & priores quandoque compellunt ad præſentandum ſibi ad eccleſias vacantes, in quibus jus obtinent patronatus, & ad monachandum interdum ſuos familiares, conſanguineos, vel nepotes. Frequenter etiam permittunt, & tacitè conſentiunt, quod in ſuo dominio temporali per milites, vaſallos, & ipſorum temporales officiales monaſteriorum bona mobilia & immobilia per violentiam occupantur, in caſibus non permiſſis à jure: & aliæ variæ injuriæ perſonis eccleſiaſticis & monaſteriorum hominibus irrogentur. Præterea interdum injuſtè Abbates, priores, ac alios beneficiatos beneficiis ſuis privant, ut ſic fructus beneficiorum illorum percipere valeant primo anno, prætextu privilegii, quod aſſerunt ſe habere, quod uſque ad certum tempus fructus beneficiorum vacantium poſſint percipere primi anni: Quibus non contenti equos, boves, theſaurum, & alia bona monaſteriorum & beneficiorum vacantium illicitè occupant, quæ eſſent futuris ſucceſſoribus reſervanda. Quidam militibus, & aliis potentibus dignitatum ſuarum reditus & proventus vendunt ad tempus, ut per ſeipſos exempti vicini fortiùs opprimantur: nonnulli etiam indebitè monaſteria dirimunt. Alii domos & hoſpitalia & alia bona monaſteriorũ mobilia & immobilia frequenter occupant, & detinent occupata: Pluries quoque ſine cauſa juſta impediunt ne exempti loca ſua valeant reparare. Quidam ſtatuta faciunt, per quæ derogatur privilegiis exemptorum. Et generaliter, quamplures prælati religioſis, præſertim exemptis & privilegiatis, in perſonis & rebus ſuis ac juribus, ac ſpiritualibus & temporalibus, graves inferunt, contra juſtitiam, & eorum privilegia, injurias & jacturas. Verùm quia una eſt regularium & ſecularium prælatorum, & ſubditorum exemptorum & non exemptorum univerſalis eccleſia, extra quam nullus omninò ſalvatur, quorum omnium unus eſt Dominus, una fides, & unum baptiſma: decet ut omnes, qui ejuſdem ſunt corporis, unius etiam ſint voluntatis, & ſicut fratres ad invicem vinculo charitatis ſint adſtricti. Decet igitur, ut & prælati, & alii tam exempti, quàm non exempti ſuis juribus ſint contenti, & alter in alterius injuriam non proſiliat ſeu jacturam. Vniverſis itaque prælatis eccleſiarum præſentis ſanctionis edicto diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ipſi à prædictis gravaminibus omninò ceſſantes, & ceſſare ſuos ſubditos facientes, viros religioſos, exemptos, privilegiatos, & non exemptos, mendicantes & non mendicantes, charitativè tractent & foveant, & ſua jura & privilegia inviolabiliter eis ſervent. Et quoniam plus ſolet timeri, quod ſpecialiter, quàm quod generaliter inhibetur; eiſdem prælatis diſtrictiſſimè inhibemus, ut Abbates, priores, & alios religioſos, ne ad ſua generalia, vel provincialia vadant capitula, impedire quomodolibet non præſumant.

---

a In vetuſto quodam manuſcr. ita: Nonnulli etiam Abbates indebitè monachos & converſos etiam exemptos. b alias, eorum. c alias, penſiones. d Hæc duo verba, vel penſiones, non habentur in antiq. cod. etiam impreſſis.

## DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBVS PRIVILEGIATORUM.

### TITVLVS VII.

### CAP. I.

*Ponit ſex caſus, in quibus religioſos excommunicat, & abſolutionem Papæ reſervat: & privilegiis, & exemptionibus non obſtantibus eos per ordinarios locorum denunciari præcipit. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Vienenſi.*

Religioſis, qui clericis aut laicis ſacramentum unctionis extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare, matrimoniave ſolennizare, non habita ſuper his parœcialis Presbyteri licentia ſpeciali, aut qui excommunicatos à canone, præterquam in caſibus à jure expreſſis, vel privilegiis ſed. Apoſt. conceſſis eiſdem, vel à ſententiis per ſtatuta provincialia aut ſynodalia promulgatis, ſeu (ut verbis eorum utamur) à pœna & culpa abſolvere quenquam præſumpſerint: excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto, per ſedem Apoſtolicam duntaxat abſolvendi, quos etiam locorum ordinarii (poſtquam de hoc eis conſtiterit) excommunicatos faciant publicè nunciari, donec de abſolutione ipſorum eis fuerit facta fides, nullo religioſis eiſdem ſuper hoc exemptionis, vel alio privilegio ſuffragante.

*Ponit ſeptem culpas religioſorum, à quibus eos præcipit abſtinere ſub certis pœnis, quas eis imponi jubet: & quas prælatis ipſorum imponit, ſi non ſatisfecerint. Ioan. And.*

Quibus etiam in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub

interminatione maledictionis æternæ diſtrictius inhibemus, ne in ſermonibus ſuis eccleſiarum prælatis detrahant *a*. Aut etiam retrahant laicos ab eccleſiarum ſuarum frequentia vel acceſſu, ſeu indulgentias pronuncient indiſcretas. Nevè (cùm confectionibus *b* teſtamentorum intererunt) à reſtitutionibus debitis, aut legatis matricibus eccleſiis faciendis retrahant teſtatores. Nec legata, vel debita, aut malè ablata incerta ſibi aut aliis ſingularibus ſui ordinis fratribus vel conventibus in aliorum præjudicium fieri ſeu erogari procurent. Nec etiam in caſibus ſedi Apoſtolicæ, aut locorum ordinariis reſervatis quenquam abſolvere; Aut perſonas eccleſiaſticas, præſertim coram judicibus delegatis à nobis, ſuam contra eos juſtitiam proſequentes, vexare indebitè, aut ad loca plura, & præſertim multùm remota convenire præſumant. Si qui verò præmiſſa, vel aliquod de præmiſſis attentare præſumpſerint, per duos menſes ſubjaceant pœnis illis, quæ ſecundùm eorum regulam, vel ſtatuta, pro gravibus criminibus ſeu culpis eis conſueverunt imponi. Super quibus abſque manifeſta neceſſitate cum eis non valeat diſpenſari. Cæterùm prælati eorum, niſi de iis, quæ occaſione præmiſſorum *c* exceſſuum ad eos quoquo modo pervenerint, eccleſiis aut perſonis eccleſiaſticis damnificatis, vel læſis ſatisfactionem plenariam exhibuerint intra menſem, poſtquam ſuper hoc fuerint requiſiti, ſuſpenſionis ſententiam uſque ad ſatisfactionem debitam eo ipſo incurrant, non obſtantibus *d* præmiſſis ſtatutis, aut quibuslibet privilegiis, cujuſcunque tenoris exiſtant.

*Ponit moderationem circa duos primos caſus. hoc dicit. Ioan. Andr.*

Sanè religioſis illis quibus eſt ab Apoſtolica ſede conceſſum, ut familiaribus ſuis domeſticis aut pauperibus in hoſpitalibus ſuis degentibus, ſacramenta poſſint eccleſiaſtica miniſtrare, nullum ex præmiſſis volumus quoad hoc præjudicium generari.

## CAP. II.

*Archiepiſcopi per loca exempta Provinciæ ſuæ faciunt crucem ante ſe deferri: ipſi etiam & diœceſani ibi benedicunt, audiunt divina, & illa celebrant, & faciunt celebrari: per hoc tamen exemptis vel privilegiatis in aliis nullum ſit præjudicium. Ioan. Andr.*

Idem *in eodem.*

ARchiepiſcopo *e* per quævis loca exempta ſuæ provinciæ facienti tranſitum, aut ad ea forſan declinanti, ut crucem ante ſe liberè portari faciat, benedicat populo, divina officia privatim vel publicè ibidem audiat, & ea etiam in pontificalibus celebret, & faciat in ſua præſentia ſine pontificalibus celebrari (quovis privilegio contrario non obſtante) ſacro approbante concilio præſentis conſtitutionis ſerie duximus concedendum. Simili modo concedimus Epiſcopo, ut in locis eiſdem ſuæ diœceſis poſſit populo benedicere, audire divina officia, & ea etiam celebrare, & in ſua præſentia facere celebrari. Si tamen, quod prætextu conceſſionis hujuſmodi, in locis ipſis exemptis, vel circa hoc privilegiatis, nullam aliam jurisdictionem idem Archiepiſcopus vel Epiſcopus exerceat *f*, nec perſonis exemptis vel privilegiatis moleſtiam inferat *g*, vel gravamen, nullumque *h* exemptioni vel privilegiis eorundem aliud præjudicium generetur, nec ipſis Archiepiſcopo vel Epiſcopo jus aliud quomodolibet acquiratur.

a *Vide omninò Conc. Lat. ſub Leon. X. Seſſ. 11. in decreto incip. Superna majeſtatis præſidio.* b *al. factionibus.* c *al. prædictorum.* d *In antiq. etiam impreſſis conſtanter legitur ita: non obſtantibus in præmiſſis ſtatutis, &c.* e *vide notata per Doct. in c. 1. ut lite pend. & in cap. antiqua de privil.* f *aliàs exerceant.* g *al. inferant.* h *al. ita: nullumq; exemptioni eorum vel privilegiis aliàs præjudicium generetur.*

DE POENIS.

## TITVLVS VIII.

## CAP. I.

*Percutiens Epiſcopum, capiens, & banniens, vel hæc mandans, vel ratificans, ſocius, conſiliarius, fautor, & defenſor, cum ſuis poſteris, civitas in hoc delinquens, & ejus officiales, pœnis [illegible] concilium puniuntur. Ioan. Andr.*

Clemens V. *in concilio Vienenſ.*

SI quis *a* ſuadente diabolo in hoc ſacrilegii [illegible] proruperit, quòd quemvis Pontificem [illegible] temerè percuſſerit, aut ceperit, ſeu banniverit, [illegible] hæc mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, [illegible] ſocius in his fuerit facientis, aut conſilium in his [illegible] aut favorem, ſeu ſcienter defenſaverit eundem: [illegible] caſibus de prædictis, in quibus excommunicationem per jam editos canones non ſubiret, ſit hujus noſtræ conſtitutionis auctoritate (non obſtante quacunque conſuetudine, quam reputamus approbante ſacro concilio [illegible] corruptelam) anathematis mucrone percuſſus, à quo [illegible] queat, niſi per ſummum Pontificem (præterquam in articulo mortis) abſolvi. A feudis inſuper, [illegible] officiis, & beneficiis ſpiritalibus ſive temporalibus, quæ ab eccleſia, cui ſic offenſus præeſt Epiſcopus, [illegible] dat hoc ipſo, ac ad eandem eccleſiam liberè [illegible]. Ipſius filii per maſculinam deſcendentes lineam uſque ad generationem ſecundam (omni ſpe diſpenſationis [illegible] empta) reddantur ipſo facto inhabiles ad eccleſiaſtica beneficia, in civitate & diœceſi, in quibus idem Epiſcopus præſidet, obtinenda. Terra quoque ipſius (dum [illegible] ultra unam diœceſim non contineat) uſque ad dignam ſatisfactionem ejusdem: Necnon *b* loca [illegible] ca, in quibus captus Epiſcopus detinebitur, quamdiu detentio ipſa in eiſdem duraverit, eccleſiaſtico [illegible] interdicto. Quòd ſi terra ejusdem duas diœceſes [illegible] ultra contineat, diœceſis domicilii principalis [illegible] & illa etiam, in qua fuerit delictum commiſſum, [illegible] ſit, & duæ aliæ quæ ſub ipſo ſunt eidem loco magis vicinæ, interdicto ſubjaceant ſupradicto. Et quia eo major erit ipſius confuſio, quo ſua fuerit culpa patentior, quouſque dignam *d* ſatisfactionem præſtiterit, per omnes illius loci, in quo commiſſum eſt facinus, [illegible] civitatum, & diœceſi vicinarum eccleſias [illegible] bus dominicis, & feſtivis, pulſatis campanis, & [illegible] accenſis excommunicatus publicè nuncietur. [illegible] abſolvendus fuerit, ſufficienter & idoneè caveat, quod inferendæ pœnæ parebit, & auxiliante Domino [illegible] tiam peraget injungendam. Civitas autem, quæ [illegible] miſſa, vel eorum aliquod in Epiſcopum ſuum commiſerit, interdicto (donec ſatisfecerit) ſubjaceat [illegible]. Poteſtas verò, conſiliarii, ballivus, ſcabini, advocati, conſules, rectores & officiales ipſius, quocunque [illegible] cenſeantur, in præmiſſis culpabiles exiſtentes, [illegible] excommunicationis ſententiæ, à qua (niſi in [illegible] tur) non valeant abſolutionis obtinere beneficium, [illegible] ſubjecti. Quæ *e* omnia tantò magis in Epiſcoporum interfectoribus ſunt ſervanda, quantò in eos [illegible] quàm in præfatos pœna debet exurgere, & gravius [illegible] dignationis aculeus deſævire.

*Excuſat rigorem, dicens, quòd graviores pœnas [illegible] Ioan. Andr.*

Nec ſuper hæc quiſquam miretur, quòd [illegible] petrantibus pœnas non inferimus graviores: [illegible] (quod dicere pudet) hæc, proh dolor! frequenter [illegible]

a *De intellectu hujus Clement. vide Ioannem Lupum [illegible] de libert. eccleſ. part. 2. quæſt. 1.* b *al. [illegible]* [illegible] *in quibus, &c.* c *al. ita: [illegible]* d *al. condignam.* e *al. ita: quæ etiam tantò magis [illegible]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

multiſque graſſantibus opus eſſet exemplo, & ex dignitate offenſi pœnam metiri deceat offendentis. Epiſcopi enim dicuntur ſanctiſſimi, Chriſti legati exiſtunt, ſpirituales ſunt patres, noſtrique fratres Coepiſcopi, columnæ comprobantur eccleſiæ: quare gravem oporteret eſſe pœnam culpæ violantis dignitatem tantæ præeminentiæ adæquandam. Volumus tamen ad præſens in pœnarum exaggeratione temperare rigorem: ad pœnas alias proceſſuri, ſi protervitatem delinquentium hoc expoſcere videamus.

*Repetit jus antiquum de abſolutis in mortis articulo, qui ſanati [illegible], ſi non ſatisfaciant. Ioan. And.*

Sanè ſi quis in aliquo caſuum prædictorum fuerit ab excommunicationis ſententia in mortis articulo abſolutus, niſi poſtquam priſtinæ reſtitutus fuerit ſanitati, quam citò commodè poterit conſpectui Romani Pontificis ſe præſentare curaverit, ejus mandatum a humiliter recepturus, prout juſtitia ſuadebit: in eandem excommunicationis ſententiam reincidat ipſo facto. Quamvis enim ſuper hoc ſatis plenè in jure alibi ſit proviſum, ne tamen aliquis in hoc ex ignorantia juris ſe ſatagat excuſare, hoc expreſsè præmiſſis duximus annectendum.

## CAP. II.

*Procurantes capi viros eccleſiaſticos, ut renuncient beneficiis, vel ne citati non vadant ad curiam, præter pœnam excommunicationis, quam per canones antiquos incurrunt, ſi ſint prælati, à perceptione fructuum per triennium ſunt ſuſpenſi, inferiores verò beneficiis ſuis privati. Eandem pœnam incurrunt ipſi citati, qui ſe capi procurabunt. Reſignatio etiam ſic facta non tenet, etiamſi per prælatum recepta fuerit, vel ratificata. h. d. Ioan. And.*

### Idem.

Multorum ad nos gravis querela deduxit, quòd nonnulli obtinentes temporale dominium viros ſæpè eccleſiaſticos capere, captoſque donec ſua reſignent beneficia, aut ne citati ad Apoſtolicam ſedem ab homine, vel à jure, venire ad ipſam valeant, auſu detinere ſacrilego non verentur, citatos eoſdem in exitu eorum diſtrictuum b, ut plurimum capientes. Conſiderantes igitur, quantum ex his tam noſtro, & Apoſtolicæ ſedis honori, quàm perſonarum eccleſiaſticarum quieto & proſpero ſtatui non ſine damnata exempli pernicie derogetur: ſacro approbante concilio ſtatuimus, ut præter ſententiam canonis, quam facientes, & fieri procurantes præmiſſa incurrere dignoſcuntur, procurantes ipſi, perſonæ eccleſiaſticæ exiſtentes, à perceptione fructuum eccleſiarum ſuarum, ſi fuerint prælati, triennio ſint ſuſpenſi. Quòd ſi inferiores extiterint, eoipſo obtentis beneficiis ſint privati: Illis pœnam incurſuris eandem, qui ne citati (ut præmittitur) ad ſedem Apoſtolicam veniant, ſed ut ſe obtentu hujuſmodi à veniendo excuſent, à poteſtate ſeculari ſe capi (ut interdum contigiſſe audivimus) procurarint. Sanè reſignationes beneficiorum modo prædicto extortas (licet à reſignantium ipſorum prælatis receptæ, aut ratæ habitæ fuerint) nullius omninò decernimus c eſſe firmitatis: Locorum ordinariis injungentes, ut poſtquam eis conſtiterit aliquos ſibi ſubjectos pœnam & ſententiam incurriſſe, præmiſſas ipſas publicare non differant, executionique debitæ (prout ad eos pertinuerit) demandare.

## CAP. III.

*Excommunicat religioſos mendicantes, tranſgreſſores conſtitutionis Bonifac. de exceſſ. prælat. ca. unic. lib. 6. Item omnes religioſos, qui in ſermonibus, vel alibi proferunt aliqua, ut retrahant à ſolutione decimarum, quarum ſolutionem certis diebus & in confeſſionibus ſuadere tenentur ſub certis pœnis, quas incurrunt: Niſi ſint tales, quorum monaſteriis, vel eccleſiis, competat percipere decimas. Ioan. And.*

### Idem.

Cupientes eos, quos ad obſervantiam jurium, virtutum præmia non inducunt, tam adjectarum exaggeratione pœnarum, quàm adjiciendarum de novo, formidine à temerariis auſibus refrænare, tranſgreſſores conſtitutionis, quæ religioſis mendicantibus domos ad habitandum, vel loca quæcunque de novo recipere, recepta hucuſque mutare, vel ea transferre in alios cujuſvis alienationis titulo interdicit. Illos a etiam religioſos, qui aliqua, ut audientes à decimarum eccleſiis debitarum ſolutione retrahant, in ſermonibus ſuis, vel alibi proferre præſumunt, excommunicationis ſubjacere ſententiæ decernimus ipſo facto.

Et quia niſi fiat quod bonum eſt, à malo abſtinere non ſufficit, religioſis omnibus injungimus ſub obteſtatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, ut quoties populo prædicabunt in prima dominica, quarta & ultima quadrageſimæ, & in feſtis Aſcenſionis Dominicæ, Pentecoſtes, Nativitatis beati Ioannis Baptiſtæ, aſſumptionis & Nativitatis beatiſſimæ virginis Mariæ matris Dei, audientes expreſsè ſtudeant informare, ſi ab eccleſiarum rectoribus, vel vicariis, aut loca tenentibus eorundem requiſiti fuerint: Necnon & iis quorum confeſſiones audient conſcientiam facere, quòd decimas ſolvere non omittant. Quòd ſi fortè in prædicationibus hoc ipſum ſupradictis diebus ſuadere ſcienter omiſerint, per ſuperiores eorum graviter arguantur. Quibus etiam ſuperioribus in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus, ut contra taliter omittentes ſtatuta pœnalia faciant, ſecundùm quæ ſic acriter puniant tranſgreſſores, quòd pœna eorum ſit cæteris in exemplum: Conſtitutione bonæ memoriæ Gregorii Papæ decimi b prædeceſſoris noſtri circa hæc edita in ſuo nihilominus robore duratura. Qui verò ſcienter poſtpoſuerint confitentibus conſcientiam facere de ſolvendis hujuſmodi decimis, ab officio prædicationis tamdiu maneant ipſo facto ſuſpenſi, donec confitentibus ipſis (ſi hoc ipſum ſibi dicendi commodè facultatem habuerint) conſcientiam fecerint: Exinde excommunicationis incurſuri ſententiam ipſo facto, ſi prædicare præſumpſerint, prædicta negligentia (ut præmittitur) non purgata. Ad c religioſos tamen monaſteriorum, vel rectores eccleſiarum decimas percipientium nolumus hoc extendi.

*Excommunicat violatores Decreti de ſepult. lib. 6. & abſolutiones Papæ reſervat. h. d. Ioan. And.*

Sanè temerarios violatores conſtitutionis illius, quæ religioſis & clericis ſecularibus prohibet, ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interpoſita, ſeu alias promittendum inducant, ut ſepulturam apud eorum eccleſias eligant, vel jam electam ulterius immutent, ſimilem ſententiam (pœna in dicta conſtitutione contenta in ſuo perdurante robore) incurrere volumus ipſo facto, ab alio, quàm à ſede Apoſtolica (præterquam in mortis articulo) nullatenus abſolvendos: nullis privilegiis, aut ſtatutis, cujuſcunque tenoris exiſtant, ſuper his valituris.

a *Al. mandata.* b *Al. ita: ſuorum diſtrictuum, &c.* c *Vide l. Abbas. quod met. cauſ. & l. qui in carcerem. ff. quod metus cauſ. geſt.*

a *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 12.* b *In manuſcr. codice, legitur noni.* c *In antiquioribus codic. etiam impreſſis conſtanter legitur ita: ad religioſos tamen monaſteriorum vel eccleſiarum decimas percipientium, &c.*

## DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

### TITVLVS IX.

### CAP. I.

*Damnatis ad mortem hoc petentibus, pœnitentia concedi debet: nec valet contraria conſuetudo. Secundò, locorum ordinarios ad hoc exequendum excitat: ibi, Locorum. h. d. Ioan. And.*

Clemens V. *in Concilio Vienenſi.*

CVm *a* ſecundùm ſtatuta canonica ultimo deputandis ſupplicio, negari (ſi petant) non debeat pœnitentiæ ſacramentum, abuſum damnabilem in quibusdam partibus contra hoc introductum aboleri omninò volentes, juſtitiarios omnes & dominos temporales, ut ab hujuſmodi deſiſtat abuſu hortamur in Domino, & obſecramus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti: Locorum ordinariis nihilominus injungentes, ut eos ad hoc cùm primùm commodè poterunt diligenter monere, & (ſi neceſſe fuerit) eccleſiaſtica cenſura compellere non omittant.

### CAP. II.

*Repetit concilium generale, de quæſtoribus non admittendis, ſine literis Apoſtolicis vel diœceſanorum. Et addit per diœceſanos literas Apoſtolicas prius examinari. h. d. Io. And.*

Idem.

ABuſionibus *b*, quas nonnulli eleemoſynarum quæſtores in ſuis proponunt prædicationibus, ut ſimplices decipiant, & aurum ſubtili vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem, cùm in animarum cedat *c* periculum, & ſcandalum plurimorum, viam (prout eſt nobis poſſibile) præcludere cupientes, juxta ſtatuta *d* concilii generalis duximus prohibendum diſtrictè, ne quæſtores aliqui (niſi Apoſtolicas vel diœceſani Epiſcopi literas exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur (cùm ſolùm ipſis competat indulgentias ſibi conceſſas inſinuare populo, & charitativa poſtulare ſubſidia ſuppliciter ab eodem) ullatenus ipſi populo prædicare, nec aliud exponere, quàm quod in literis continebitur ſupradictis. Literas quoque Apoſtolicas diœceſani Epiſcopi (ne quid fraudis committi valeat per eaſdem) antequam admittant, quæſtores ipſos examinent diligenter.

*Ponit octo reprehenſibiles actus quæſtorum, quos fieri prohibet: & contraria privilegia revocat. Ioan. And.*

Ad hæc cùm aliqui ex hujuſmodi quæſtoribus, ſicut ad noſtram audientiam eſt perlatum, non ſine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum, indulgentias populo motu ſuo proprio de facto concedant, ſuper votis diſpenſent, à perjuriis, homicidiis, & peccatis aliis ſibi confitentes abſolvant, malè ablata incerta (data ſibi aliqua pecuniæ quantitate) remittant, tertiam *e*, aut quartam partem de pœnitentiis injunctis relaxent, animas tres, vel plures parentum vel amicorum illorum, qui eleemoſynas eis conferunt, de purgatorio (ut aſſerunt mendaciter) extrahant, & ad gaudia paradiſi perducant, benefactoribus locorum, quorum quæſtores exiſtunt, remiſſionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipſis eos à pœna, & à culpa (ut eorum verbis utamur) abſolvant.

Nos abuſus hujuſmodi, per quos cenſura vileſcit eccleſiaſtica, & clavium eccleſiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimode aboleri volentes, ea per quoſcunque quæſtores fieri vel attentari de cætero diſtrictius inhibemus: Omnia & ſingula privilegia, ſi qua ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo, ſive aliquibus locis, ordinibus vel perſonis quæſtorum hujuſmodi quomodocunque *a* conceſſa (ne ipſorum prætextu ſit eis materia talia ulterius præſumendi) auctoritate Apoſtolica, quantum ad præmiſſa, penitus revocantes.

*Delinquentes quæſtores per Epiſcopos puniri præcipit, non obſtantibus privilegiis. h. d. Ioan. Andr.*

Quæſtores autem, qui deinceps in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum deliquerint, vel alias etiam quibuſcunque ſuis privilegiis abuſi fuerint, ſic per locorum Epiſcopos puniri volumus (nullo prorſus eisdem quæſtoribus in hac parte privilegio ſuffragante) quòd à ſuis temeritatibus, qui ubique (ut communis habet aſſertio) nimium excreverunt, pœnæ formidine propenſius compeſcantur.

## DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SUSPENSIONIS ET INTERDICTI.

### TITVLVS X.

### CAP. I.

*Religioſi etiam exempti violantes interdictum poſitum per ſedem Apoſtolicam vel ordinarium loci, vel generalem ceſſationem divinorum, factam per provinciale concilium, vel [illegible], poſſit, ſervatam per cathedralem, vel matricem eccleſiam loci, excommunicati ſunt ipſo facto: Non obſtantibus privilegiis, conventionibus, conſuetudinibus & ſtatutis: & [illegible] h. d. Ioan. And.*

Clemens V. *in concilio Vienenſi.*

EX *b* frequentibus prælatorum querelis accepimus, & nosipſi experientia certa probamus, in minoribus conſtituti, quòd plerunque religioſi nunc patenter excuſationibus fucatis & frivolis intendentes, tunc latenter eccleſiarum ſuarum januis perforatis, aut in eis factis feneſtris, ſeu modis aliis exquiſitis non abſque damno cathedralium, & parochialium eccleſiarum & ſcandalo plurimorum, dirumpendo nervum eccleſiaſticæ diſciplinæ, civitatum, terrarum, & aliorum generalia locorum interdicta præſumptione damnabili violare præſumunt. Nos igitur in ſancta Dei eccleſia, cui (diſponente Domino) præſidemus: quæ quidem unica eſt, & unum Deum prædicat atque colit, unam fidem firmiter & ſimpliciter confitetur, uniformitatem (quantum commodè poſſumus) conſervare volentes: circa interdictorum obſervantiam prædictorum auctoritate ſedis Apoſtolicæ, vel locorum ordinariis poſitorum, de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus religioſi quicunque, tam exempti quàm non exempti, cujuſcunque ordinis & conditionis exiſtant, cùm cathedralem vel matricem, ſeu parœcialem *c* [illegible] eccleſiam illa viderint, aut ſciverint obſervare (non obſtantibus quibuſcunque appellationibus, antea emiſſis [illegible] eandem ſedem, vel alium, ſeu alios interjectis, & aliis objectibus, quibuſcunque) abſque dolo & fraude, cum moderatione tamen decretalis Alma. inviolabiliter *d* conſervent. Alioquin non ſervantes, excommunicationis ſententiæ hoc ipſo volumus ſubjacere. Quod etiam in interdictis, & in ceſſationibus à divinis [illegible] dictis per provincialium conciliorum ſtatuta, vel [illegible] rum auctoritate, cùm majus ſit provinciale conciliorum [illegible] quàm ſingularis prælati Provinciæ, ac judicium [illegible] grum, quod plurimorum ſententiis comprobatur, [illegible] lumus obſervari. In ceſſationibus verò generalibus [illegible] divinis, civitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine, vel aliàs capitula, collegia

a Vide notata per Doct. in c. 2. ext. de furtis. b Quæſtorum nomen & uſum omninò abolevit Conc. Trident. ſeſſ. 21. de refor. c. 9. c al. cedunt. d al. ſtatutum. e al. ita: tertiam aut quartam partem aliis de pœnitentiis, &c.

a Al. quoquomodo. b Not. ex verbo frequentibus quid [illegible] ra adoptantur ad ea quæ frequenter emergunt de hoc, de [illegible] impub. literas. Zabarel. c Hæc duo verba: ſeu parochialem, [illegible] ſunt in antiquioribus exempl. etiam impreſſis. d Al. ita: [illegible] inviolabiliter ea ſervent.

vel

vel conventus ſecularium, aut regularium eccleſiarum ſibi vindicant (quia ipſos hoc unico lumine ad repellendas injurias eis factas privare nolumus, nec debemus) idem intelligimus obſervandum. Ipſi verò ſint diligenter attenti, ut ſtatuta Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſuper his edita, diligenter obſervent. Porrò hanc *a* ſanctionem ad pendentia trahimus: non obſtantibus privilegiis, conventionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus quibuslibet, quæ contra præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorum religioſis ipſis in nullo volumus ſuffragari.

### CAP. II.

*Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare divina, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum evocari, vel prohibent, ne publicè excommunicati vel interdicti, ſuper hoc, per illos, qui miſſas celebrant, moniti, eccleſias exeant, & ipſi nominatim moniti, qui non exeunt, excommunicati ſunt, & per Papam abſolvendi. h.d. Ioan. Andr.*

Idem.

GRavis ad nos prælatorum querela perduxit, quòd nobiles *b* quidam, & Domini temporales (terris eorum eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto) nedum in locorum ſuorum capellis, ſed & in collegiatis & aliis inſignium locorum eccleſiis, miſſas & alia divina officia publicè & ſolenniter faciunt celebrari: ad officia eadem celebranda, nunc hos, nunc illos vocantes, & interdum (quod eſt deterius) compellentes: hisque non contenti exceſſibus, per campanarum non ſolùm pulſationem, ſed & voce præconia populos etiam interdictos, ut (interdicti non obſtante ſententia) ad audiendas miſſas hujuſmodi veniant, faciunt evocari. Nonnulli quoque ipſorum ſuis plerunque ſubjectis, ne (licet excommunicationis vel interdicti ſententia publicè ſint nodati) de eccleſiis, dum in ipſis miſſarum celebrantur ſolennia, inſtantibus etiam celebrantibus exeant, præcipere non verentur: Ex quo frequenter contingit quòd (non ſine Dei offenſa, denique ac populi ſcandalo) ipſa miſſarum ſolennia remaneant inexpleta. Ne igitur exceſſus ſic graves excedentium impunitate trahantur ab aliis in exemplum, præſumptores præfatos, qui in locis interdicto ſuppoſitis, quenquam de cætero divina celebrare officia, quomodolibet cogere: aut qui modo prædicto, ad officia eadem audienda aliquos, excommunicationis præſertim vel interdicti ligatos ſententia, evocare: Seu, qui ne excommunicati publicè, aut interdicti, de eccleſiis, dum in ipſis miſſarum aguntur ſolennia, à celebrantibus moniti ut exeant, prohibere *c*: Necnon excommunicatos publicè & interdictos, qui in ipſis eccleſiis nominatim à celebrantibus, ut exeant moniti, remanere præſumpſerint, excommunicationis ſententia (à qua per ſedem duntaxat Apoſtolicam poſſint abſolvi) ſacro approbante concilio innodamus.

### CAP. III.

*Fratres minores ſi tempore interdicti recipiunt in ſuis eccleſiis ad divina fratres & ſorores tertii ordinis, excommunicati ſunt, nec privilegia juvant. h.d. Ioan. Andr.*

Idem.

CUm ex eo, quòd religioſi viri fratres minores in ſuis recipiunt eccleſiis ad audienda divina officia tempore interdicti, fratres & ſorores de ordine tertio (quem B. Franciſcus inſtituit) exiſtentes, qui continentes, ſeu de pœnitentia nuncupantur, ſcandalum aliorum, qui ab his excluduntur, mentibus generetur, cenſura viliſcat eccleſiaſtica & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur: Eiſdem fratribus minoribus diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquem, vel aliquos prædictorum (etiamſi ſuper hoc, hi vel illi privilegiis quibuſcunque muniti extiterint, quæ ipſis in nullo prorſus, quoad hoc volumus ſuffragari) ad divina in ſuis eccleſiis tempore interdicti quoquomodo admittant. Quòd ſi fecerint, eoipſo excommunicationis ſententiæ ſe noverint ſubjacere, à qua per alium, quàm per Romanum Pontificem, vel ſatisfactione præmiſſa, per locorum Epiſcopos (quos auctoritate Apoſtolica fungi volumus in hac parte) abſolutionis beneficium nequeant obtinere.

### CAP. IV.

*Si Papa etiam ſcienter excommunicato participat, illum per hoc non abſolvit, niſi exprimat hoc ſe velle. Et ſi ſcienter ſub titulo dignitatis aliquem nominet vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat. Ioan. Andr.*

Idem.

SI ſummus Pontifex ſcienter etiam excommunicato participet literis, verbo, vel oſculo, ſeu alio quovis modo, ipſum per hoc abſolvere nulla ratione cenſetur, niſi ſe velle forſitan exprimat illum ex hoc pro abſoluto haberi. Similiter quoque, ſi quem ſub titulo cujuslibet dignitatis, ex certa etiam ſcientia, verbo, conſtitutione, vel literis nominet *a*, honoret, ſeu quovis alio modo tractet: per hoc in dignitate illa ipſum approbare non intelligitur, aut quicquam ei tribuere novi juris.

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

### *TITULUS XI.*

### CAP. I.

*Declaratur in aliquibus ca. Exiit. eod. tit. lib. 6. præſertim an fratres minores teneantur ad obſervationem eorum omnium, quæ in regula ſub verbis imperativi modi ponantur: deinde multa inſeruntur, ad quæ fratres ipſi obligantur. Et conſequenter eorum novem exceſſibus prolixè diſcuſſis, de electione miniſtri ipſorum luculentiſſimè tractatur.*

Clemens V. *in Concilio Vienenſi.*

EXivi de paradiſo, dixi rigabo hortum plantationum: ait ille cœleſtis agricola qui verè fons ſapientiæ, verbum Dei à Patre, in Patre manens, genitum in æterno, noviſſimè diebus iſtis (fabricante Sancto Spiritu) in utero virginis caro factum, exivit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum: exemplar *b* ſe dando cœleſtis vitæ, præbens hominibus ſemetipſum. Verùm quia plerunque mortalis vitæ ſolicitudinibus preſſus homo, mentis aſpectum ab exemplaris hujuſmodi intuitu *c* divertebat, verus noſter Salomon in ſolio militantis eccleſiæ hortum voluptatis inter cæteros quendam fecit, à procelloſis mundi fluctibus elongatum, in quo quietius ac ſecurius vacaretur contemplandis, ſervandiſque hujuſmodi operibus exemplaris, in hunc mundum introivit ipſe, ut rigaret ipſum fœcundis aquis ſpiritualis gratiæ & doctrinæ. Hic hortus ſiquidem eſt fratrum minorum ſancta religio, quæ muris regularis obſervantiæ firmiter undique circunclуſa, intra ſe ſolo contenta Deo, adornatur abundè novellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificantis pœnitentiæ myrrham metit cum aromatibus, quæ ſuavitate mira univerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circunfundunt. Hæc eſt illa cœleſtis vitæ forma & regula, quam deſcripſit ille confeſſor Chriſti eximius ſanctus Franciſcus, ac ſervandam à ſuis filiis verbo docuit, pariter & exemplo. Qui verò dictæ ſanctæ regulæ profeſſores ac æmulatores devoti,

a *Al. ita: porrò hanc etiam ſanctionem, &c.* b *Nobiles qui dicantur & cur ita vocentur, latè docet Tiraquell. tract. de Nobilitate c. 1.* c *In manuſcript. ita: prohibere, vel etiam impedire, præſumunt, &c.*

a *Vide Felin. in rubr. proœmii Gregoriani, & in c. cùm vigeſimum, de offi. delegat.* b *al. ita: exemplar ſequendo cœleſtis, &c.* c *al. contuitu.*

ut & alumni & veri filii tanti partis affectabant, sicut & ferventer affectant, ad purum, & ad plenum præmissam regulam firmiter observare: attendentes quædam, quæ dubium poterant afferre sensum in ipsius regulæ serie contineri, pro ipsorum declaratione habenda recurrerunt prudenter olim ad apicem Apostolicæ dignitatis *a*, ut certificati per ipsam, cujus pedibus etiam per ipsam regulam sunt subjecti, possent Domino (pulsis cunctis dubiis) cum plena charitate conscientiæ deservire. Horum autem piis ac justis supplicationibus, plures prædecessores nostri Roman. Pontif. successivè (sicut dignum erat) applicantes aures & animum, declaraverunt ea, quæ dubia videbantur: ediderunt nonnulla, & aliqua concesserunt, sicut expedire videbant fratrum conscientiis, ac puræ observantiæ status. Verùm, quia plerunque ubi culpa non est, eam timere solent conscientiæ timoratæ, quæ in via Dei quodcunque devium expavescunt, non sunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium fratrum conscientiæ quietatæ, quin circa aliqua ad regulam, ipsorumque statum pertinentia, dubitationum in ipsis fluctus aliqui generentur & oriantur, sicut & aures nostras pluries, & de quàm pluribus in publicis & privatis consistoriis est perlatum. Quapropter per ipsos fratres nobis extitit humiliter supplicatum, quatenus prædictis dubiis, quæ occurrerunt, & quæ possunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia, de benignitate sedis Apostolicæ curaremus.

Nos igitur, cujus animus ab ætate tenera pia devotione efferbuit ad hujusmodi professores regulæ, & ad ordinem ipsum totum: nunc autem ex communi cura pastoralis regiminis, quam immeriti sustinemus, ad ipsos fovendos, dulcius & attentius gratiosis favoribus prosequendos, tanto provocamur ardentius, quanto frequentius intenta mente revolvimus fructus uberes, quos ex eorum exemplari vita, & salutari doctrina, toti universali ecclesiæ continuè cernimus provenire, tam pia supplicantium intentione commoti ad peragendum diligenter quod petitur, studia nostra duximus convertenda: ipsaque dubia, per plures Archiepiscopos & Episcopos, & in Theologia magistros, & alios literatos, providos, & discretos examinari fecimns diligenter. Cùm igitur *b* in primis ex eo, quòd in dictæ regulæ principio habetur: Regula & vita fratrum minorum hæc est, scilicet, Domini nostri Iesu Christi sanctum Evangelium observare, in obedientia vivendo sine proprio & in castitate. Item infrà: Finito verò anno probationis *c* recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper & regulam observare. Item circa finem regulæ, paupertatem, & humilitatem, & sanctum Evangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus: Fuit hæsitatum, an fratres ejusdem ordinis ad omnia, tam præcepta quàm consilia Evangelii, ex professione suæ regulæ teneantur. Quibusdam dicentibus, quòd ad omnia, aliis autem asserentibus, quòd ad sola illa tria consilia, videlicet vivere in obedientia, in castitate, & sine proprio, ad ea quæ sub verbis obligatoriis ponuntur, in regula obligantur: Nos circa hunc articulum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, ipsumque articulum, quoad aliquid clarius prosequentes, dictæ hæsitationi duximus respondendum, quòd cùm votum determinatum *d* cujuslibet habeat cadere sub certo, vovens regulam non potest dici teneri ex vi voti hujusmodi ad ea consilia evangelica quæ in regula non ponuntur. Et quidem B. Francisci conditoris regulæ, hæc

a *Cap. exiit. §. penult. eod. tit. lib. 6. Font.* b *Vide Conc. Trid. sess. 25. tit. de regularibus & monialibus c. 1.* c *Vide Conc. Trid. sess. 25. tit. de regularibus & monialibus c. 15.* d *Vide B. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. 2. & 3.*

probatur fuisse intentio ex hoc, quod quædam evangelica consilia in regula posuit aliis præmissis. Si enim per istud verbum, Regula & vita fratrum minorum hæc est, &c. Intendisset eos ad omnia consilia evangelica obligare, superfluè & nugatoriè quædam eorum (suppressis cæteris) in regula expressisset. Cùm autem natura termini restrictivi hoc habeat, quòd sic excludit ab ipso extranea, quòd cuncta ad ipsum pertinentia concludit: Declaramus & dicimus, quòd dicti fratres non solùm ad illa tria vota nudè & absolutè accepta, ex professione suæ regulæ obligantur, sed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quæ sunt pertinentia ad hæc tria prædicta, quæ regula ipsa ponit. Nam si hæc tria prædicta tantùm præcisè & nudè promittentes se servare regulam vivendo in obedientia, castitate, & sine proprio & non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hæc tria modificant, arctarentur: pro nihilo & vanè proferrentur hæc verba: Promitto semper hanc regulam observare: ex quo ex his verbis nulla obligatio [illegible] retur. Nec tamen putandum est, quòd B. Franciscus Professores hujus regulæ, quantum ad omnia contenta in regula, modificantia tria vota, seu ad alia in ea expressa, intenderit æqualiter esse obligatos: quin potius apertè discrevit, quòd quoad quædam ipsorum ex vi verbi transgressio est mortalis, & quoad quædam alia non. Cùm ad quædam ipsorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem, & quoad aliqua verbis aliis sit contentus. Item quia præterea, quæ expressè verbo præcepti, ac exhortationis, seu monitionis ponuntur in regula, nonnulla verbo imperativi modi negativè vel affirmativè apposito inferuntur: hactenus extitit dubitatum, an teneretur ad ista, ut ad habentia vim præcepti. Et quia (ut intelleximus) non minuitur hoc dubium, sed augetur ex eo, quòd [illegible] cordationis Nicola. Papa tertius a prædecessor noster noscitur declarasse, quòd fratres ipsi ex professione suæ regulæ sunt adstricti ad ea consilia evangelica, quæ in ipsa regula præceptoriè vel inhibitoriè, seu sub verbis æquipollentibus exprimuntur: & nihilominus ad eorum omnium observantiam, quæ ipsis in eadem regula verbis obligatoriis indicuntur: supplicaverunt prædicti fratres, ut ad ipsorum conscientias servandas [illegible] declarare, quæ horum censeri debeant præcepta æquipollentia ac obligatoria, dignaremur: Nos itaque, qui in synceris horum conscientiis delectamur, attendentes, quòd in iis, quæ animæ salutem respiciunt ad vitandos graves remorsus conscientiæ pars [illegible] est tenenda *c*: dicimus, quòd licet fratres non ad omnium, quæ sub verbis imperativi modi ponuntur in regula, sicut ad præceptorum, seu præceptis æquipollentium observantiam teneantur: Expedit tamen ipsis fratribus ad observandam puritatem regulæ & rigorem, quòd ad ea sicut ad æquipollentia præceptis se noverint obligatos, quæ hic inferius annotantur. [illegible] autem hæc, quæ videri possunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel saltem ratione materiæ, de qua agitur, seu ex utroque sub compendio habeantur, declaramus, quòd illud, quod ponitur in regula, de non habendo plures tunicas, quàm unam cum caputio, & aliam sine caputio. Item, de non portandis calceamentis, & de non equitando extra casum necessitatis. Item, quòd [illegible] fratres vilibus induantur. Item, quòd jejunare [illegible]

a *In antiquis Codicib. etiam impressis constanter legitur* [illegible] *Nicolaus Papa IV. & decretalis, exiit. de qua loquitur* [illegible] *habetur eod. tit. lib. 6. etiam tribuitur Nicolao IV. in antiquioribus* [illegible] *emendatiorib. exemplaribus sicut in hac editione observatur* [illegible] b *al. serenandas, id est, clarificandas, sive ad serenitatem* [illegible] *tranquillitatem deducendas.* c *ad hæc vide c. consilium* [illegible] *de observ. jejun. & juvenis, de sponsal. c. in lectum. 14. q. 2.*

omnium

omnium ſanctorum uſque ad Natale Domini, & in ſextis feriis teneantur. Item, quòd clerici faciant divinum officium, ſecundùm ordinem ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Item, quòd miniſtri & cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & fratribus induendis ſolicitam curam gerant. Item, quòd ſi quis fratrum in infirmitatem inciderit, alii fratres debent ei ſervire. Item, quòd fratres non prædicent in epiſcopatu alicujus Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum. Item, quòd nullus audeat penitus populo prædicare, niſi à generali miniſtro vel aliis, quibus ſecundùm declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, & ad hoc inſtitutus. Item, quòd fratres qui cognoſcerent ſe non poſſe præmiſſam regulam ſpecialiter obſervare, debeant & poſſint ad ſuos miniſtros recurrere. Item, quòd omnia quæ ponuntur in regula ad formam habitus, tam noviciorum, quàm etiam profeſſorum, necnon ad receptionis modum ac profeſſionem ſpectantia, niſi recipientibus, quoad habitum noviciorum (ſicut dicit regula) ſecundùm Deum aliter videatur. Hæc, inquam, omnia ſunt à fratribus, tanquam obligatoria obſervanda. Item ordo communiter ſenſit, tenet & tenuit ab antiquo, quòd ubicunque ponitur in regula hoc vocabulum, teneantur: obtinet vim præcepti, & obſervari debet à fratribus ſicut tale. Cæterùm quia Chriſti confeſſor prædictus agendorum ac ſervandorum circa recipiendos ad ordinem miniſtris & fratribus modum præbens, dixit in regula, quòd caveant fratres & eorum miniſtri, ne ſint ſoliciti de rebus ſuis temporalibus, ut liberè faciant de eis, quicquid ipſis à Domino fuerit inſpiratum: licentiam tamen habeant ipſi miniſtri mittendi eos, ad aliquos Deum timentes, ſi conſilium requiratur, quorum conſilio ſua bona pauperibus erogentur. Dubitaverunt & dubitant multi fratrum, an liceat ipſis de bonis ingredientium quicquam recipere ſi donetur, & ſi ad dandum perſonis & conventibus poſſint eos inducere ſine culpa: ſi etiam in diſponendum de diſtributione rerum talium debeant ipſi miniſtri ſeu fratres dare conſilium, ubi ad conſulendum alii, quàm ex ipſis, ad quos ingreſſuri [illegible], poſſint idonei inveniri. Nos autem conſiderantes attentè intendiſſe ſanctum Franciſcum, ſuæ regulæ profeſſores, quos fundaverat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ipſorum ingredientium per dicta verba ſpecialiter & totaliter elongare: ut quantum eſt ex parte fratrum, ipſorum receptio ad ordinem ſancta & puriſſima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, ſed ad ipſos tantùm divino ſervitio mancipandos: dicimus a de cætero debere tam miniſtros, quàm fratres cæteros à dictis inductionibus ad ſibi dandum, & ſuaſionibus, necnon & dandis circa diſtributionem conſiliis abſtinere: cùm per hoc ad timentes Deum ſtatu alterius mitti debeant, non ad fratres, ut verè cunctis pateant eſſe tam ſalubris inſtituti patrum ſtudioſi, zelatores ſeduli & perfecti. Cùm verò facere de rebus ſuis, quod Dominus inſpirabit, ipſamet regula ingredientibus liberum velit eſſe: non videtur, quin liceat eis recipere, conſideratis ſcilicet eorum neceſſitatibus, & moderaminibus declarationis jam dictæ, ſi quid de bonis ſuis intrans, ſicut & cæteris pauperibus per modum eleemoſynæ liberè velit dare. Cavere tamen in acceptione oblatorum talium decet fratres, ne ex acceptorum quantitate notabili præſumi poſſit ſiniſter oculus contra ipſos. Præterea cùm dicatur in regula, quòd illi, qui jam promiſerunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui habere voluerint. Item, quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: Noſque prædicta verba declaravimus æquipollere præceptis: volentes hæc determinari plenius, dicimus quantum ad numerum tunicarum, quòd pluribus uti non licet: niſi in neceſſitatibus, quæ haberi poſſunt ex regula, ſecundùm quod hunc paſſum memoratus prædeceſſor noſter plenius declaravit: Vilitatem autem veſtium, tam habitus, quàm interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ ſecundùm conſuetudinem, vel conditionem patriæ debeat, quantum ad colorem panni, & precium vilitatis, meritò reputari: non enim quoad regiones omnes poteſt determinatus unus modus in talibus aſſignari. Hujuſmodi etiam vilitatis judicium miniſtris & cuſtodibus, ſeu guardianis duximus committendum, eorum ſuper hoc conſcientias onerantes: ita tamen, quòd ſervent in veſtibus vilitatem. Quorum etiam miniſtrorum, cuſtodum, & guardianorum judicio eodem modo relinquimus, pro qua neceſſitate poſſint ipſi fratres calceamenta portare. Deinde, cùm duobus temporibus annotatis in regula, ſcilicet à feſto omnium ſanctorum, uſque ad nativitatem Domini, & maximè quadrageſimæ, in quibus jejunare tenentur, inſeratur in eadem regula: Aliis autem temporibus non teneantur, niſi ſexta feria jejunare: & ex hoc voluerunt aliqui dicere, quod dicti ordinis fratres non tenentur, niſi ex condecentia, ad alia jejunia, quàm ad iſta: declaramus debere intelligi, eos non teneri ad jejunium aliis temporibus, præterquam in jejuniis ab eccleſia conſtitutis: non eſt enim veriſimile, quòd vel inſtitutor regulæ, vel etiam confirmator, abſolvere ipſos intenderit à ſervandis illis jejuniis, ad quæ de communi ſtatuto eccleſiæ obligantur cæteri Chriſtiani. Porrò cùm dictus ſanctus, volens fratres ſuos ſuper omnia à denariis, ſeu pecunia eſſe totaliter alienos, præcepit firmiter fratribus univerſis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per ſe vel per interpoſitam perſonam: iſtumque articulum declarans idem prædeceſſor noſter, caſus & modos poſuerit, quibus ſervatis à fratribus non poſſint dici, nec debent, per ſe vel per alium pecuniæ receptatores contra regulam, vel ſui ordinis puritatem: dicimus fratres teneri cavere ſummoperè, quòd pro aliis cauſis, & ſub modis aliis, quàm ponat dicti prædeceſſoris noſtri declaratio, ad dantes pecunias ſive deputatos nuncios non recurrant: ne (ſi ſecus ab ipſis attentatum fuerit) tranſgreſſores præcepti & regulæ meritò poſſint dici. Nam ubi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expreſsè non conceditur, intelligitur denegatum. Quocirca quæſtus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in eccleſia, vel alibi cippi vel trunci ordinati ad offerentium ſeu donantium pecunias reponendas, necnon & quicunque recurſus alius ad pecunias, ſeu habentes ipſas, qui per declarationem prædictam non conceditur, hæc inquam omnia ſunt eis ſimpliciter interdicta. Cùm etiam recurſus ad amicos ſpeciales expreſsè tantùm in duobus caſibus, ſecundùm regulam concedatur, videlicet, pro neceſſitatibus infirmorum, & fratribus induendis: idque piè & rationabiliter conſiderata neceſſitate vitæ, ad alias neceſſitates fratrum pro tempore occurrentes, ceſſantibus eleemoſynis, ſeu etiam ingruentes, ſæpedictus prædeceſſor noſter duxerit extendendum: Attendant fratres præfati, quod pro nullis cauſis aliis, quàm prædictis vel ſimilibus in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos hujuſmodi: ſive ſint dantes pecunias, ſeu deputati per ipſos, ſive nuncii, vel depoſitarii, ſeu alio quovis nomine appellentur, etiamſi conceſſi per eandem declarationem modi, circa pecuniam integrè ſervarentur. Denique cùm idem confeſſor ſummè affectaverit ſuæ regulæ profeſſores totaliter eſſe abſtractos ab affectu & deſiderio terrenorum, & ſpecialiter à pecunia & ejus uſus totaliter expertes, ſicut probat prohibitio de recipienda pecunia, in regula ſæpius repetita: curare fratres vigilanter neceſſe eſt, quòd cùm

a *Aliàs, ita: dicimus omninò debere tam miniſtros, &c.*

ex cauſis prædictis & modis ad habentes pecunias deputatas pro ipſorum neceſſitatibus recurrere oportebit, ad tenentes ipſas quicunque hi fuerint principales vel nuncii, in omnibus ſic ſe gerant; quòd ſe cunctis oſtendant in dictis pecuniis (ſicut nec habent) penitus nil habere. Quapropter præcipere, quòd & qualiter pecunia expendatur, computumque exigere de expenſa, eam quomodocunque repetere ſive deponere, aut de bonis facere capſulam pecuniæ, vel ejus clavem deferre: hos actus & conſimiles ſibi fratres illicitos eſſe ſciant. Prædicta enim facere ad ſolos dominos pertinet, qui dederunt, & eos, quos ipſi deputaverunt ad hoc ipſum. Proinde cùm vir ſanctus, paupertatis præmiſſæ in regula modum exprimens, dixerit in eadem: Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſed tanquam peregrini & advenæ in hoc ſeculo in paupertate & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter. Sicque declaratum extitit per nonnullos prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in ſpeciali, quàm etiam in communi, propter quod & rerum omnium conceſſarum oblatarum, & donatarum fratribus (quas & quarum uſum facti ſcilicet ordini vel a ipſis fratribus licet habere) proprietatem & dominium in ſe & Romanam eccleſiam receperunt, dimiſſo ipſis fratribus in eis tantummodo uſu facti ſimplicis: Ad noſtrum fuerunt deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, & videbantur prædicto voto & puritati ordinis repugnare: videlicet, ut ea proſequamur ex ipſis, quæ remedio credimus indigere, quòd ſe inſtitui hæredes non ſolùm ſuſtinent, ſed procurant. Item, quòd reditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quòd conventus habentes totaliter inde vivunt. Item, quòd cùm ipſorum negotia, etiam pro rebus temporalibus in curiis agitantur, aſſiſtunt advocatis & procuratoribus & ad inſtigandum eoſdem ſe ibidem perſonaliter repræſentant. Item, quòd executiones ultimarum ſuſcipiunt voluntatum, & gerunt, ſeque intromittunt quandoq; de uſurarum vel malè ablatorum diſpoſitionibus ſeu reſtitutionibus faciendis. Item, quòd alicubi non ſolùm exceſſivos hortos, ſed etiam vineas magnas habent: de quibus tam de oleribus, quàm de vino multum colligitur ad vendendum. Item, quòd temporibus meſſium vel vindemiarum ſic copiosè granum & vinum, mendicando, vel aliunde emendo, colliguntur à fratribus, & in cellariis & granariis reconduntur, quòd per anni reſiduum, abſque eorum mendicatione poſſunt tranſigere vitam ſuam. Item, quòd eccleſias vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate & curioſitate figuræ & formæ, ac ſumptuoſitate notabiliter exceſſiva, ſic quòd non videntur habitacula pauperum, ſed magnatum. Paramenta etiam eccleſiaſtica in pleriſque locis tam multa habent, & tam notabiliter precioſa, quòd excedunt in his magnas eccleſias cathedrales. Equos inſuper, & arma eis oblata in funeralibus recipiunt indiſtinctè. Tamen communitas fratrum, & ſpecialiter rectores ipſius ordinis aſſerebant, quòd prædicta, ſeu plura ex ipſis in ordine non fiebant, quòd & ſi qui reperiuntur rei in talibus rigidè puniuntur, nec non contra talia, ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in ordine multùm ſtricta. Cupientes igitur nos ipſorum fratrum providere conſcientiis, & cuncta dubia (quantum poſſibile nobis eſt) de ipſorum pectoribus removere, ad prædicta modo qui ſequitur reſpondemus. Cùm enim ad veritatem vitæ pertineat, ut id, quod exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem & habitum repræſentet: neceſſe habent fratres, qui ſe expropriatione tanta à temporalibus abſtraxerunt, ab omni eo, quod dictæ expropriationi eſſet, vel poſſet videri contrarium, abſtinere. Quia igitur in ſucceſſionibus tranſit non ſolùm uſus rei, ſed & dominium ſuo tempore in hæredes. Fratres autem præfati nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum ordini poſſunt etiam in communi. Declarando dicimus, quod ſucceſſionum hujuſmodi, quæ etiam ex ſui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia & immobilia ſe extendunt (conſiderata ſui puritate voti) nullatenus ſunt capaces. Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem, quòd præſumi poſſet hoc in fraudem fieri, quaſi ſub modo & forma legati ſibi dimitti facere, vel ſic dimiſſa recipere, quin potius illa ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus. Cumque annui reditus inter immobilia cenſeantur à jure, ac hujuſmodi reditus obtinere paupertati & mendicitati repugnet: nulla dubitatio eſt, quòd prædictis fratribus reditus quoſcunque, ſicut & poſſeſſiones, vel eorum a etiam uſum (cùm eis non reperiatur conceſſus) recipere vel habere (conditione conſiderata ipſorum) non licet. Amplius cùm non ſolùm quod malum eſſe dinoſcitur, ſed & omne, quod ſpeciem habet mali, ſit à viris perfectis ſpecialiter evitandum: Ex talibus autem aſſiſtentiis in curiis & inſtigationibus, cùm de rebus agitur in ipſorum commoda convertendis, creduntur veriſimiliter ex iis, quæ foris patent (de quibus habent homines ſinistrè judicare) in ipſis rebus fratres b aſſiſtentes aliquid quærere tanquam ſuum: nullo modo debent hujuſmodi vitæ & regulæ profeſſores ſe talibus curiis & litigioſis actibus immiſcere, & ut teſtimonium habeant ab iis, qui foris ſunt, & puritati ſatisfaciant voti ſui, ac evitent per hoc ſcandalum proximorum. Verùmetiam cùm illi ordinis fratres, non ſolùm à receptione, proprietate, dominio, ſive uſu ipſius pecuniæ, verùmetiam à contrectatione qualibet ipſius, & ab ea ſint penitus alieni, quemadmodum ſæpedictus prædeceſſor noſter in declaratione hujuſmodi regulæ planè dixit: Cumque dicti ordinis profeſſores pro nulla re temporali poſſint in judicio experiri, prædictis fratribus non licet, nec competit, quin potius (conſiderata ſui puritate ſtatus) debent ſibi ſcire interdictum, quòd hujuſmodi executionibus & diſpoſitionibus ſe exponant: cùm hæc ſæpius abſque litigio & contrectatione vel adminiſtratione pecuniæ nequeant expediri. Veruntamen in his exequendis dari conſilium, ipſorum ſtatui non obſiſtit, cùm ex hoc ipſis circa bona temporalia nulla juriſdictio, ſive actio in judicio, ſive diſpenſatio tribuatur. Licet verò non ſolùm ſit licitum, ſed & multùm conveniens rationi, quod fratres, qui in laboribus ſpiritualibus orationis & ſtudii ſedulè occupantur, hortos & areas habeant competentes ad ſe collectionem vel recreationem ſui, & interdum ad ipſos poſt labores hujuſmodi corporaliter deducendos, necnon ad habenda neceſſaria hortalicia pro ſeipſis habere, tamen hortos aliquos, ut colantur, ac olera & alia hortalicia precio diſtrahantur, necnon & vineas, repugnat ſuæ regulæ & ordinis puritati, ſecundum quod dictus prædeceſſor declaravit, ac etiam ordinavit: quod ſi talia ad uſus proximè dictos, ut puta agrum vel vineam ad colendum, & conſimilia, fratribus legarentur, per omnem modum fratres à receptione talium abſtinerent: cùm etiam præmiſſa habere, ut precium fructuum ſuis temporibus habeatur c, ad naturam & formam proventuum appropinquet. Rurſus cùm prædictus ſanctus tam in exemplis vitæ, quàm verbis regulæ oſtenderit ſe velle, quòd fratres ſui & filii, divinæ providentiæ innitentes, ſuos in Deum jacerent cogitatus, qui volucres cœli paſcit, quæ non congregant in horrea, nec ſeminant, nec metunt: non eſt veriſimile voluiſſe ipſum eos habere granaria

a Al. ita: vel ipſis.

a Al. earum. b al. ita: fratres & aſſiſtentes, &c. c al. aliàs, habeant.

naria

naria vel cellaria, ubi quotidianis mendicationibus debent ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam. Et ideirco non ex timore levi relaxare *a* ſe debent ad congregationes & conſervationes *b* hujuſmodi faciendas: ſed tunc tantùm cùm eſſet multùm credibile ex jam expertis, quòd non poſſent vitæ neceſſaria aliter invenire. Hoc autem miniſtrorum & cuſtodum ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & cuſtodiis (cùm guardiani, & duorum de conventu loci diſcretorum ſacerdotum, & antiquorum in ordine fratrum conſilio & aſſenſu) duximus judicio relinquendum, eorum ſuper hoc ſpecialiter conſcientias onerantes. Hinc eſt etiam, quòd cùm vir ſanctus fratres ſuos in paupertate ſumma ac humilitate fundare voluerit, quòd ad affectum pariter & effectum, ſicut ferè regula tota clamat, convenit ipſis, quòd nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri ſuſtineant eccleſias, vel alia quæcunque ædificia, quæ (conſiderato fratrum ibi habitantium numero) exceſſiva in multitudine & magnitudine debeat reputari: Ideoque volumus, quòd ubique in ſuo ordine deinceps temperatis & humilibus ædificiis ſint contenti, ne huic tantæ paupertati promiſſæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. Quamvis etiam paramenta & vaſa eccleſiaſtica ad honorem divini nominis ordinentur, propter quem omnia fecit ipſe Deus: tamen qui abſconditorum eſt cognitor, ad animum ſibi miniſtrantium reſpicit principaliter, non ad manum: nec per illa ſibi vult ſerviri, quæ ſuorum ſervitorum conditioni & ſtatui diſſonarent: propter quod ſufficere debent eis vaſa & paramenta eccleſiaſtica decentia in numero, & in magnitudine ſufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia precioſitas, vel quæcunque curioſitas in his, ſeu aliis quibuſcunque non poteſt ipſorum profeſſioni, vel ſtatui convenire: cùm enim hæc ſapiant theſaurizationem, ſeu copiam, paupertati tantæ, quoad humanum judicium, derogant manifeſtè. Quapropter præmiſſa ſervari à fratribus volumus, & mandamus. Circa equorum verò & armorum oblationes, illud decernimus in omnibus & per omnia obſervandum *c*, quod per declarationem prædictam in pecuniaris noſcitur eleemoſynis definitum. Ex præmiſſis autem ſuccrevit non parum ſcrupuloſa quæſtio inter fratres: videlicet, utrum ex ſuæ profeſſione regulæ obligentur ad arctum & tenuem, ſive pauperem uſum rerum. Quibuſdam ex ipſis credentibus & dicentibus, quòd ſicut quoad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctiſſimam, ita ipſis quoad uſum arctitudo maxima & exilitas eſt indicta. Aliis in contrarium aſſerentibus, quòd ex profeſſione ſua ad nullum uſum pauperem, qui non exprimatur in regula, obligantur: licet teneantur ad uſum moderatum temperantiæ, ſicut & magis ex condecenti, quàm cæteri Chriſtiani. Volentes itaque conſcientiarum prædictorum fratrum providere quieti, & his altercationibus finem dare: declarando dicimus, quòd fratres minores ex profeſſione ſuæ regulæ ſpecialiter obligantur ad arctos uſus, ſeu pauperes, qui in ipſorum regula continentur, & eo obligationis modo, ſub quo continet ſeu ponit regula dictos uſus. Dicere autem, ſicut aliqui aſſerere perhibentur, quòd hæreticum ſit tenere uſum pauperem includi vel non includi ſub voto evangelicæ paupertatis, præſumptuoſum & temerarium judicamus. Demum, quia ex eo, quòd dicta regula per quos & ubi fieri debeat miniſtri generalis electio tradens, nullam fecit de miniſtrorum provincialium electione vel inſtitutione penitus mentionem, oriri ſuper hoc poterat dubitatio inter fratres: Nos volentes poſſe ipſos clarè ac ſecurè procedere in omnibus factis ſuis, declaramus, ſtatuimus etiam & ordinamus in hac conſtitutione in perpetuum valitura, ut cùm alicui Provinciæ de miniſtro fuerit providendum, ipſius miniſtri electio *a* penes capitulum provinciale reſideat, quam idem capitulum die ſequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur. Ipſius autem electionis confirmatio ad miniſtrum pertineat generalem. Et ſi quidem ad electionem hujuſmodi per formam ſcrutinii procedatur, & (votis in diverſa diviſis) electiones plures in diſcordia celebrari contingat: illa, quæ à majori parte capituli numero (nulla zeli vel meriti collatione aut conſideratione habita) fuerit celebrata, exceptione ſeu contradictione quacunque alterius partis non obſtante, per dictum generalem miniſtrum de conſilio diſcretorum de ordine (prius tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione præmiſſa) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis ſecundùm Deum viſum fuerit expedire. Et ſi fuerit infirmata, ad capitulum provinciale electio hujuſmodi revertatur. Cæterùm ſi capitulum memoratum die prædicta miniſtrum eligere prætermittat, extunc miniſtri provincialis proviſio ad generalem miniſtrum liberè devolvatur. Verùm ſi miniſtro prædicto & capitulo generalibus ex certa, manifeſta, ac rationabili cauſa videretur aliquando in Provinciis ultramarinis Hyberniæ, ſeu Græciæ, ſeu Romæ, in quibus hactenus alius providendi modus dicitur ex cauſa certa & rationabili fuiſſe ſervatus, expedire, miniſtrum provincialem per miniſtrum generalem, cum proborum ordinis conſilio potius, quàm per capituli prædicti electionem præfici in Provinciis Hyberniæ, etiam ultramarinis irrefragabiliter: In Romana verò vel Græcia, quando miniſter dictæ Provinciæ moreretur, vel abſolveretur citra mare: illa vice ſervetur abſque dolo, partialitate & fraude (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) quod ſuper hoc dictus miniſter cum dictorum proborum conſilio duxerit ordinandum. In deſtitutione verò dictorum miniſtrorum provincialium, ſervari volumus, quod ſuper hoc hactenus de ipſo ordine extiterit obſervatum. Cæterùm ſi contingeret eoſdem miniſtro generali carere, per vicarium ordinis fiat ſuper hoc, quod faciendum fuerit per eundem miniſtrum, uſquequo proviſum fuerit de generali miniſtro. Porrò, ſi quid de hujuſmodi miniſtro provinciali ſecus attentari fortè contigerit, illud in ipſo facto ſit irritum & inane. Nulli igitur omninò hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum, dictorum, commiſſionis, reſponſionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, conſtitutionum, judicationum, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c.

### CAP. II.

*Determinat & declarat, quid ſignificent hæc verba inſerta in judicialibus commiſſionibus, quæ fiunt à principe vel à jure: ſcilicet, quòd procedatur ſimpliciter & de plano, & ſine ſtrepitu & figura judicii. Ioan. And.*

Idem *Clemens* b *V.*

SÆpe contingit, quòd cauſas committimus, & in earum aliquibus ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura judicii procedi mandamus: de quorum ſignificatione verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem dubitationem hujuſmodi (quantùm nobis eſt poſſibile) decidere cupientes, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ut judex, cui taliter cauſam committimus, neceſſariò libellum non exigat, litis conteſtationem non poſtulet, in tempore etiam feriarum ob neceſſitates hominum indultarum à jure procedere valeat, amputet dilationum materiam, litem quanto poterit faciat breviorem, exceptiones, appellationes dilatorias, &

a *Al. laxare.* b *Al. obſervationes.* c *Al. ſervandum.*

a *De modo electionis facienda vide noviſſimè ſancita in Conc. Trid. ſeſſ. 25. tit. de regularib. & monialibus, c. 6.* b *Hæc duo verba, Clemens V. abſunt à vetuſt. codic.*

fruſtratorias repellendo, partium, advocatorum, & procuratorum contentiones & jurgia, teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrænando. Non ſic tamen judex litem abbreviet, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur. Citationem verò, ac præſtationem juramenti de calumnia vel malitia, ſive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commiſſionem hujuſmodi intelligimus non excludi. Verùm quia juxta petitionis formam pronunciatio ſequi debet, pro parte agentis, & etiam rei, ſi quid petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda, ſive ſcriptis, ſive verbo: actis tamen continuò (ut ſuper quibus poſitiones & articuli formari debeant, poſſit haberi plenior certitudo, & ut fiat definitio clarior) inſerenda. Et quia poſitiones ad faciliorem expeditionem litium, propter partium confeſſiones, & articulos ad clariorem probationem uſus longævus in cauſis admiſit: Nos uſum hujuſmodi obſervari volentes, ſtatuimus, ut judex ſic deputatus à nobis (niſi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum ſimul utriſque terminum dare poſſit, & ad exhibendum omnia acta & munimenta, quibus partes uti volunt in cauſa poſt dationem articulorum diem certam, quandocunque ſibi videbitur, valeat aſſignare: eo ſalvo, quod [illegible] nem fieri contingeret, pro teſtibus producendis [illegible] etiam inſtrumenta produci, aſſignatione hujuſmodi [illegible] obſtante. Interrogabit etiam partes, ſive ad earum [illegible] ſtantiam, ſive ex officio ubicunque hoc æquitas ſuadebit. Sententiam verò definitivam (citatis ad id, [illegible] non peremptoriè partibus) in ſcriptis, & (prout magis ſibi placuerit) ſtans vel ſedens proferat: etiam (ſi [illegible] debitur) concluſione non facta, prout ^a^ ex petitione & probatione, & aliis actitatis in cauſa fuerit faciendum. Quæ omnia etiam in illis caſibus, in quibus per aliam conſtitutionem noſtram, vel alias procedi [illegible] ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura judicii, volumus obſervari. Si tamen in præmiſſis [illegible] ſolennis ordo judiciarius in toto vel in parte non contradicentibus partibus obſervetur, non erit [illegible] propter hoc irritus, nec etiam irritandus. Datum Avinion.

XIII. Cal. Decembr. Pontificatus noſtri

Anno 2.

---

a In antiquioribus etiam impreſſis conſtanter legitur, ex petitione & probatis & aliis, &c.

*Clementinæ conſtitutiones accuratè caſtigatæ, cum ſummariis admodum familiaribus finiuntur.*

# EXTRAVAGANTES
## SEU CONSTITUTIONES VIGINTI, A' JOANNE PAPA XXII. EDITÆ.

### DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

### *TITULUS I.*

### CAPIT. I.

*Electi, qui pro ſuorum electionum negocio ad curiam venire tenentur, etiam ſede vacante, non tenentur de neceßitate in ipſa curia moram trahere: & licet alibi morentur, nullum eis præjudicium generatur. facit Clem. Ne Rom. §. fin. eod. tit.*

AD Onus Apoſtolicæ ſervitutis ſuperna diſpoſitione vocati, ambiguitates, ex quibus poſſent eccleſiis damnoſa provenire diſpendia, tollere cupientes, de poteſtatis plenitudine, ac fratrum noſtrorum conſilio ordinamus, quòd quibuſcunque electis qui ad ſedem Apoſtolicam venire vel mittere tenebantur, ac ipſorum electionum inſtructoribus, qui in veniendo ad ſedem ipſam, & ſe præſentando ipſa ſede vacante vel non vacante ſervaverunt tempora à canonibus inſtituta (dummodo præſentialiter adſint in civitate Lugdun. vel fuerint Avinione in Calendis Octobris) ubicunque ſede vacante moram traxerint, nullum ipſis, ſeu eorum juri præjudicium ex mora interim facta ubilibet generetur: ſed eorum jura circa electiones hujuſmodi hoc non obſtante perinde ſerventur illæſa, ac ſi apud ſedem Apoſtolicam moram traxiſſent. Non obſt. prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus quibuſcunque: quibus tamen quoad alia nullum volumus præjudicium generari. Nulli [illegible] go, &c. noſtræ ordinationis infringere, &c. Datum Lugduni VIII. Idus Septemb. Anno 1.

### CAP. II.

*Beneficio vacante, cujus fructus ad certum tempus debentur alicui annalia habenti, vel alii, qualiter debeant fructus dividi inter ipſum annalia habentem, & beneficiatum: & [illegible] facta, cujus ſit electio, hæc declarat conſtitutio. Et [illegible] ſub tit. de reſcript. vel Ne ſed. va. vel ut eccl. benefic. vel de [illegible] ſignific.*

SUſcepti regiminis nos cura ſolicitat, ut quæ in eccleſiis non abſque diſpendio miniſtrorum, & [illegible] detrimento,

detrimento divini ſervari viderimus, per appoſitionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cùm itaque in nonnullis eccleſiis obſervetur, & à longis retrò temporibus fuerit obſervatum, quòd fructus primi vel ſecundi, ac alterius cujuſcunque ſequentis anni beneficiorum vacantium in eiſdem defuncto, vel fabricæ, aut eccleſiis, vel perſonis habentib⁹ annalia, de conſuetudine, privilegio vel ſtatuto applicantur in totum: ita quòd illi, qui hujuſmodi beneficia canonicè obtinent, & ad quos alias de jure fructus ipſi ſpectare deberent, nihil inde percipiunt: unde illud inconveniens ſequitur, quòd commodè nequeunt ad impendendum ſervitium debitum reſidere in eccleſiis, in quibus beneficiati exiſtunt. Nos *a* de illo ſuper his remedio providere volentes, per quod hi & illi in fructuum prædictorum perceptione participent, & eccleſiæ debitis ſervitiis non fraudentur: præſenti decreto ſtatuimus de fratrum noſtrorum conſilio, quòd illi, qui fructus prædictos ſibi *b* hactenus integrè vendicabant, ex privilegio, conſuetudine vel ſtatuto, nihil exinde ultra ſummam, pro qua unumquodque beneficiorum ipſorum conſuevit in ſolutione decimæ taxari, prætextu cujuſvis privilegii, conſuetudinis, vel ſtatuti quovis modo percipiant, ſed ipſius ſummæ perceptione duntaxat ſint omninò contenti, totali reſiduo prædicta obtinentibus beneficia remanſuro: niſi forſan illi, qui fructus eoſdem ſoliti fuerant (ut præfertur) cum integritate percipere, pro ſe mallent ipſum habere reſiduum, & obtinentibus ipſa beneficia ſummam dimittere memoratam: quo caſu percipiendi quod maluerint illis relinquimus optionem: ſic, quòd intra decem dies, poſtquã ſciverint beneficia ipſa vacare, iis quib⁹ annalia *c* ipſa debentur ex privilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, vel ipſorum annalium *d* collectores, quam partem habere voluerint, an ſcilicet decimæ taxationem, vel illa dimiſſa reſiduum, nulla ſubhaſtatione præmiſſa eligere teneantur. Quam electionem, ſi intra dictos decem dies non fecerint (ut dictum eſt) extunc ad eum, cujus eſt beneficium, hujus optio vel electio tranſeat ipſo jure. Et hoc in eccleſiis & partibus illis, in quibus beneficia majora, & alia quæ ad ſolutionem decimæ ſunt taxata, volumus obſervari: in illis verò eccleſiis & partibus, in quibus decimarum taxatio non eſt facta, ſervetur quòd fruct⁹ & obventiones beneficii tunc vacantis, quod *e*, decimam ſolvere conſuevit, per medium dividantur: quorum medietatem habeat is cui annalium *f* per alterum de prædictis modis perceptio eſt conceſſa. Reliquam verò medietatem percipiat ille, cui beneficium eſt conceſſum, pro ſuſtentatione ſua, & aliis eccleſiæ oneribus ſupportandis. Quod ſi alter de prædictis præfata medietate noluerit eſſe contentus, altero contentari volente, pars nolentis tranſeat ad volentem *g*: & volens fructus & obventiones illius beneficii percipiet univerſos, eidem beneficio congruè faciens deſerviri, ac ejus ſupportans onera conſueta. Et ſi quicquam aliquis prædictorum ultra præmiſſa perceperit, illudque his, ad quos pertinebit intra menſem non reſtituerit cum effectu: eoipſo ſi Epiſcopus vel ſuperior prælatus fuerit, à pontificalibus & ingreſſu eccleſiæ ſit ſuſpenſus. Si autem capitulum, univerſitas, vel collegium, interdicto ſe noverint (donec prædicta cum integritate reſtituerint) ſubjacere. Si verò aliqua ſingularis perſona eccleſiaſtica vel mundana id fecerit, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto, à qua ſine reſtitutione præmiſſa, præterquam in mortis articulo minimè abſolvatur: Non obſtantibus quibuſcunque privilegiis vel indulgentiis, aut contrariis conſuetudinibus & ſtatutis, juramento *a*, confirmatione ſedis Apoſtolicæ, aut alia quacunque firmitate vallatis, quæ omnia, quoad hoc, auctoritate Apoſtolica revocamus, & nullius deinceps eſſe volumus firmitatis. Nulli ergo, &c. noſtræ conſtitutionis, revocationis, caſſationis, irritationis & voluntatis, &c.

## DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

### TITVLVS II.

### CAP. VNIC.

*Quia multi aſſumebant dominium, & ſe creari faciebant poteſtates & capitaneos in comitatu Sabina, & aliis locis hic nominatis, qui ſunt de patrimonio eccleſiæ Romanæ: inhibetur ne tales de cætero aſſumantur, neq; illis tanquam talibus obediatur: & quòd nullus hujuſmodi præeminentiam ſibi audeat adſcribere ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ. Et ſi ſint aliquæ civitates, quæ habeant jus eligendi tales capitaneos per ſedem Apoſtolicam confirmandos, vetat Papa, quòd ante confirmationem debitam nulla eis tanquam talibus præſtetur obedientia.*

ECcleſiæ Romanæ ſuorumque fidelium diſpendia diſſimulare non poſſumus, quin poſtquam nobis cognita fuerint, adverſus ea opportunis remediis occurramus. Attendentes igitur gravia nocumenta, quæ nonnullis civitatibus, terris, caſtris, intra patrimonium beati Petri in Tuſcia, comitatum Sabinæ, & terram Arnolphorum conſtitutis, eidem eccleſiæ Romanæ ſubjectis, & perſonis ſingularibus eorundem, ex diverſorum tam nobilium, quàm etiam aliorum uſurpato regimine provenerunt, & volentes ſuper hoc in poſterum eorum diſpendiis præcavere: Omnibus & ſingulis comitatibus, ſeu univerſitatibus, & ſingulis perſonis civitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum intra patrimonium, comitatum & terram prædictos conſtitutis, in quibus videlicet nobis, ſeu quibuſvis officialibus noſtris, jus *b* competit deputandi vel inſtituendi poteſtates, capitaneos, dominos vel rectores aut officiales quoslibet alios, ne ipſi poteſtatem, capitaneum, dominum, rectorem vel defenſorem, ſeu quemcunque alium officialem, quocunque nomine cenſeatur, in civitatibus, caſtris, terris & locis prædictis, aut eorum aliquo eligere, aſſumere, vocare vel recipere, retinere aut jam electo vel aſſumpto, vocato ſeu recepto, tanquam poteſtati ſeu capitaneo, rectori ſeu defenſori vel officiali obedire quoquo modo præſumant: nevè taliter electus, aſſumptus, receptus ſeu vocatus, hujuſmodi poteſtariæ, capitaneatus, dominii vel rectoriæ, ſeu defenſariæ, aut quodcunque aliud cujuſvis nominis officium recipere, acceptare, aſſumere vel gerere (niſi de noſtra & Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali) quomodolibet audeat, ſed aſſumptum omninò dimittat. Vbi verò ad communitates ſeu univerſitates, & ſingulares perſonas civitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum prædictorum, vel eorum aliquem jus competit eligendi poteſtatem, capitaneum, dominum, vel rectorem ſeu officialem quemlibet alium, qui per nos ſeu quoſvis officiales noſtros debeat aut conſueverit confirmari, ne ante debitam confirmationem obtentam ipſæ, vel earum aliquæ ſic electo, tanquam poteſtati ſeu capitaneo, rectori vel defenſori ſeu officiali, in quibuſvis obediant, nevè taliter electus quouſque confirmationem habuerit (ut præfertur) hujuſmodi poteſtariæ, capitaneatus, dominii vel rectoriæ, ſeu defenſariæ, aut

a *Vide l. fundo. C. de omni agro deſcr. lib. 11.* b *al. ibi.* c *al. annualia.* d *al. annualium.* e *al. quos.* f *al. annualium.* g *Vide l. ſi totam. ff. de acqu. hær. l. hæc ſcriptura. §. ff. de cond. & demon. Font.*

a *Vide c. cùm non deceat. de electio. lib. 6. & in verbo, pacta. Clem. dudum, de ſepul.* b *Vide Conſtant. 26. diſt. & 23. q. 8. convenior. de cleris. conjug. c. ex parte. in authen. quomodo opor. Epiſcop. col. 1. in prim.*

cujuſvis alterius nominis officio ſe immiſcere, vel illud gerere aut exercere quovis modo præſumat, auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus. Decernentes extunc irritum & innane, quicquid contra hujuſmodi inhibitionis tenorem contigerit attentari. Nulli ergo, &c. noſtræ inhibitionis & conſtitutionis infringere. Datum Avin. 4. nonas Auguſti, Anno 2.

## DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.

## TITVLVS III.

### CAP. I.

*Tempore hujus cap. obtinentes plures dignitates, perſonatus, vel beneficia curam animarum habentia ex diſpenſatione, virtute illius non poterunt retinere, niſi unum: & reliqua tenebuntur reſignare verbaliter & realiter coram ordinario ſub teſtimonio publico intra menſem à tempore notitiæ hujus ca. niſi fuiſſent Cardinales, aut Regum filii. Illi autem, qui plura talia ſine diſpenſatione obtinebant, poterunt ultimum retinere, reliquis forma præſcripta & ſub eodem tempore reſignatis. Qui verò deinceps tale habuerit beneficium, ſi cum illo ſecundum ſimile receperit, quamprimum illius poſſeſſionem habuerit, vel per eum ſteterit quo minus habeat, primum quo eſt ipſo jure privatus, modo prædicto reſignare tenetur: aliàs utrumq; perdit, & inhabilis fit ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & ad quodcunq; beneficium habendum. Tandem, qui dicantur ordinarii, quantum ad præmiſſa, & quæ ſint beneficia curam animarum habentia, hic manifeſtatur. h.d. hæc extravagans, quæ eſt notabilis, & multùm practicabilis, & gravius obligat, quàm ca. de multa. eod. tit. in antiq. ut patet ad oculum.*

EXecrabilis quorundam tam religioſorum, quàm ſecularium ambitio, quæ ſemper plus ambiens eo magis fit inſatiabilis, quo ſibi amplius indulgetur, & improbitas importuna petentium à nobis & prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, non tam obtinuiſſe, quàm extorſiſſe plerunque noſcuntur, quod unus interdum etiam ad unum beneficium eccleſiaſticum minus idoneus, in diverſis eccleſiis, nedum vicinis, ſed etiam ab invicem longè diſtantibus, imò nonnunquam in diverſorum regnorum partibus ſituatis, duas aut tres, aut plures dignitates, perſonatus, officia ſeu prioratus, aut diverſa eccleſiaſtica beneficia curam animarum habentia poſſit diſpenſativè (cùm aliàs non liceret de jure communi) recipere, & ſimul licitè retinere. Unde inter cætera inconvenientia, ſubſcripta ſequuntur, quòd videlicet interdum unus, qui unicum, quamvis modicum vix officium impleret ſufficienter, plurimorum ſibi vindicet ſtipendia, quæ multis literatis viris vitæ puritate ac teſtimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, poſſent abundè ſufficere, æqua diſtributione collata, habentibus ipſa paratur vagandi materia, divinus cultus minuitur, hoſpitalitas in ipſis beneficiis debita non ſervatur. Et dum non ſunt ſui in unaquaque regione rectores, eccleſiarum detrahitur commodis & honori, quæ carentes defenſorum auxilio in juribus ſuis, & libertatibus multipliciter collabuntur, & ruinis patent ædificia nobilia, quæ magnificentia extruxerat deceſſorum: & (quod amariùs eſt dolendum) animarum cura negligitur, & vitiorum fentibus fomentum periculosè præbetur. Nos itaque tot malis tantisq; diſcriminibus occurrere cupientes, omnes & ſingulas diſpenſationes ſuper receptione aut retentione plurium dignitatum, perſonatuum, officiorum, prioratuum aut beneficiorum, quibus cura animarum ſit annexa, ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum à nobis, vel prædictis prædeceſſoribus cuicunque perſonæ conceſſas (Cardinalibus tamen ſanctæ Romanæ eccleſiæ, qui circa nos univerſali eccleſiæ ſerviendo ſingularum eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, ac Regum filiis, qui propter ſublimitatem eorum ac generis claritatem ſunt potioris prærogativa gratiæ attollendi, dumtaxat exceptis) deliberatione ſuper hoc cum fratribus noſtris habita diligenti, de ipſorum conſilio, & ex certa ſcientia noſtra, in forma ſubſcripta duximus taliter moderandum, quòd per moderamen noſtrum effrenatam circa eaſdem perſonas talium beneficiorum multitudinem reſtringimus: ipſique impetrantes fructu diſpenſationum hujuſmodi totaliter non fruſtrentur a. Statuimus itaque & de fratrum ipſorum conſilio ordinamus, quòd obtinentes nunc ex diſpenſatione legitima pluralitatem hujuſmodi dignitatum, perſonatuum, officiorum aut prioratuum ſeu beneficiorum, quæ aliàs abſque diſpenſatione obtinere nequibant, unum tantum ex dignitatibus, perſonatibus, officiis, prioratibus, eccleſiis vel beneficiis hujuſmodi, quibus cura imminet animarum, cum dignitate, perſonatu vel officio, prioratu, eccleſia, vel beneficio ſine cura, quod habere maluerit, prætextu diſpenſationis ſufficientis circa id eiſdem indultæ, poſſint licitè retinere. Quæ tamen teneantur eligere intra menſem numerandum a tempore notitiæ conſtitutionis iſtius: cæteris beneficiis cum cura vel ſine cura, quæ ipſius diſpenſationis prætextu tenebant, & quæ aliter non poterant de jure abſque diſpenſatione licitè retinere, quæ ex tunc vacare decernimus, coram ordinario ſub teſtimonio publico intra idem tempus verbaliter & realiter cum effectu dimiſſis: abſque eo quòd ad illa nunquam [illegible] collatione ab eo qui facere poterit facienda [illegible] eorum adminiſtrationi ſe immiſcere præſumant. Alioquin tam his, quàm aliis omnibus beneficiis quæ [illegible] hujuſmodi noſtri moderaminis retinere poterant (ut præfertur) ſint ipſo jure privati, & prorſus inhabiles ad ſimilia beneficia obtinenda. Per hoc autem iis, qui dignitates, perſonatus, officia, vel alia beneficia, curam animarum habentia ex diſpenſatione, quæ jus b tribuit, juxta noſtram moderationem præſcriptam obtinent, & alia ſimilia beneficia noſtrarum, vel aliàs eorundem prædeceſſorum auctoritate literarum expectant, cum quibus eſt ut illa cùm vacaverint recipere, & unà cum obtentis retinere licitè valeant, diſpenſatum, nolumus derogari, quin ea cùm vacabunt, intra dicti temporis ſpatium poſſint eligere, & dimiſſis aliis recipere in forma præſcripta, ac licitè retinere: pœnas ſimiles incurſuri, ſi huic noſtræ contraire præſumpſerint ſanctioni. Porrò, quia quorundam oculos ſic avaræ cupiditatis vitium excæcavit, quòd plurima talia beneficia ſimul abſque diſpenſatione canonica retinere præſumunt: Nos de illis præſenti decreto ſtatuimus, ut omnia & ſingula beneficia ſic detenta, [illegible] retento, quod ultimò receperunt, dummodo in eo ex collatione canonica competat jus eiſdem, intra tempus [illegible] præſcribitur, limitatum, verbo & facto ac ſine fraude coram ordinario ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Quod ſi non fecerint, etiam illo ipſo jure privati, in quo jus eis aliàs competebat, & inhabiles penitus ad quæcunque obtinenda eccleſiaſtica beneficia cenſeatur. Qui verò deinceps receperint dignitatem vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium animarum curam habens annexam, ſi antea ſimile beneficium obtinebant, illud (quo ipſo jure, poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos ſteterit dolo & fraude ceſſantibus, quo minus habeant, [illegible] privati noſcuntur) abſque moræ diſpendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo: Alioquin extunc ſint ipſo jure ſecundo privati, & nedum ad ſacros ſuſcipiendos ordines, quin etiam ad habendum

a *Al. fraudentur.* b *Not. tex. pro ſtatuto faciente mentionem de beneficiis, quæ jure obtinentur: non in talibus [illegible] beneficia diſpenſativè retenta, per tex. hic Fini.*

quodcun-

quodcunque beneficium eccleſiaſticum inhabiles reputentur. Quæ omnia & ſingula beneficia vacatura (ut præmittitur) vel dimiſſa noſtræ & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni de ipſorum fratrum conſilio reſervamus: Inhibentes, ne quis præter Romanum Pontificem, quacunque ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de hujuſmodi beneficiis diſponere, vel circa illa per viam permutationis, vel aliàs innovare quoquo modo præſumat. Nos enim, ſi ſecus actum ſeu attentatum fuerit, irritum decernimus & inane. Cæterùm ordinarios intelligimus in caſibus ſupraſcriptis Epiſcopos, in quorum civitatibus vel diœceſ. conſiſtunt beneficia, ſeu aliquod eorum, quæ debent ſecundùm præmiſſa dimitti, aut ipſi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel eccleſiis cathedralibus vacantibus, capitula earundem: & hi de beneficiis tam dimiſſis, quàm (ut præmittitur) perditis, nos, vel Apoſtolicam ſedem certificare ſtudeant, quamprimùm commodè poterunt indilatè, ut de illis ſalubriter diſponere valeamus. Quantum autem ad modificationem attinet antè factam, illa duntaxat, necnon alia beneficia eccleſiaſtica, quocunque nomine nuncupentur, curam animarum habere cenſeantur, quæ parœcias habent, in quibus eſt animarum cura, non per vicarios perpetuos, ſed per rectores aut miniſtros beneficiorum ipſorum vel illorum temporales vicarios exercenda: necnon & illa quorum miniſtris ratione beneficiorum hujuſmodi competit viſitare, inquirere, procurationes recipere, ſuſpendere, excommunicare, ſeu ab excommunicationis & ſuſpenſionis ſententiis abſolvere de conſuetudine vel de jure: juribus aliis de animarum cura loquentibus in ſuo robore, quoad cætera, permanſuris. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrarum moderationis, ſtatutorum, conſtitutionum, reſervationis, inhibitionis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinioni 13. Cal. Decembr. Anno 2.

## DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ, ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

### TITVLVS IV.

### CAP. I.

*Executores gratiarum, & judices cauſarum à ſede Apoſtolica deputati in diœceſibus jam diviſis procedere poſſunt, ſicut ante diviſionem poterant. Et congruè ponitur ſub hoc titulo, cùm loquatur de executoribus, de quibus frequens mentio habetur in tit. de conceſſ. preben. lib. 6. patet in ca. Executor. ca. Si capitulo. & cap. Si ſib. Et potuiſſet ſituari ſub tit. de reſcript. vel de off. deleg. vel de baeb.*

SEdes a Apoſtolica in ſuis actibus veritatem proſequens, lucem amans, libenter evitat nodoſæ ambiguitatis involucrum, illamque ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſervare cautelam intendit, ut de illis ita proveniat commodum, quòd aliis non immineat detrimentum.

Sanè pridem ad divini cultus augmentum, & ad ſalutem populi, quem in nonnullis civitatibus ac diœceſibus ſic multiplicavit altiſſimus, quòd in eorum ſingulis ſingulorum vultus nequibat (ut eum decet) unicus paſtor inſpicere, aut alias partes boni paſtoris implere, ſalubriter intendentes, in ipſis diœceſibus, quarum nonnullas in duas, & aliquas in plures diœceſes duximus dividendas, certas civitates & eccleſias ereximus cathedrales, quarum ſingulis proprias, diſtinctas & limitatas diœceſes juſſimus aſſignari. Verùm quia plures ante ordinationem ſeu diviſionem noſtram hujuſmodi tam à nobis, quàm à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, Apoſtolicas obtinuerunt literas ſuper beneficiis eccleſiaſticis in ipſis tunc integris diœceſ. vacaturis: quarum nonnullæ reſtant adhuc executioni mandandæ. Nos amovere volentes cujuſvis dubitationis ſcrupulum, qui circa executionem gratiarum ſuper hujuſmodi beneficiis conceſſarum poſſet forſan incidere, & providè conſiderantes attentius, quòd per ordinationem ſeu diviſionem noſtam prædictam jus ad rem expectantibus dicta beneficia antea competens ex ratione mutari non debet, quin adeò efficax in diviſis diœceſibus maneat, ſicut prius erat: auctoritate præſentium declaramus, quòd omnes & ſingulæ gratiæ ſuper beneficiis vacaturis ante diviſionem hujuſmodi in ipſis quondam integris diœceſibus à nobis, vel prædictis prædeceſſoribus perſonis quibuſcunque conceſſæ, tam in ipſis nunc diviſis, quàm in aliis diœceſibus deciſis ab illis, eiſdem modo & forma poſſint ſuo ordine *a* per executores inde datos, & alios, ad quos id pertinebit, ad debitam executionem adduci, quibus ante diviſiones ſæpefatas poterant & debebant. Idem etiam declaramus, quoad literas Apoſtolicas juſtitiam continentes: ut videlicet judices dati per illas in cauſis quarumlibet perſonarum, quæ nunc de hujuſmodi diœceſibus diviſis exiſtunt, poſſint juxta earum tenorem providè procedere, ac ſi dictæ diœceſes, de quibus mentio in literis eiſdem habetur, integræ remanſiſſent. Nulli, &c.

### CAP. II.

*Nullus impediat capitula, Archidiaconos, & alias perſonas in juribus, quæ ſibi competebant in eccleſiis integris, quin illa jura percipiant poſt diviſionem ipſarum, ſicut antè ſoliti erant percipere: quoniam in beneficiis diviſis habet quis eadem jura quæ habebat in integris: Et hoc cap. ſub hoc tit. fuit poſitum, quoniam declarat præcedens, ut clarè patet. Concor. cap. quia monaſterium. de relig. dom. in antiquis.*

AD apoſtolatus noſtri pervenit auditum, quòd aliquarum eccleſiarum per nos ab aliis eccleſiis ex certis cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, auctoritate Apoſtolica diviſarum, prælati & ſubditi, capitulis, Archidiaconis, & aliis perſonis eccleſiarum, à quibus ſupradictæ eccleſiæ ſunt diviſæ, multipliciter injuriari præſumunt, non permittentes eos uti juriſdictionibus & juribus ſuis, ſicut ante diviſionem hujuſmodi utebantur. Quia igitur intentionis noſtræ non extitit, nec exiſtit, per diviſionem epiſcopatuum eccleſiarum, à quibus diviſiones factæ ſunt, capitulis, Archidiaconis, vel aliis perſonis velle aliquatenus derogare, niſi quatenus in diviſionum hujuſmodi literis Apoſtolicis continetur expreſsè: Nos præſentis auctoritate ſtatuti univerſis prælatis, capitulis, & aliis quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis eccleſiarum deciſarum, & in cathedrales eccleſias per nos auctoritate Apoſtolica erectarum præcipimus, & mandamus, ne capitula, Archidiaconos, & alios perſonatus, vel dignitates, officia ſeu beneficia in prædictis primariis eccleſiis obtinentes, quo minus viſitationes exerceant, procurationes recipiant, juriſdictiones, & jura archidiaconalia, & alia bona obtineant in prædictis deciſis diœceſibus, ſicut ante diviſionem hujuſmodi obtinebant, niſi quantum in diviſionum hujuſmodi literis Apoſtolicis caveatur expreſsè, impediant quoquo modo, quouſque per ſedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum. Si enim aliqui contra præſens præceptum agere vel facere præſumpſerint, nos præſumptores tales digna curabimus animadverſione punire. Nulli, &c. noſtrum

a *Hæc extravagans habetur inter communes ſub tit. de officio deleg. cum gloſſ. Gulielmi de Montelauduno.*

a *Ad hæc vide gloſſ. in tit. de defen. civit. §. quæ igitur. c. 3. Vide Clav. Cautiunculam in loco ab ordine. Imol. Nicol. Ever.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præcepti, & mandati infringere, &c. Datum Avinioni 5. Cal. Octobris, Anno 5.

## NE SEDE VACANTE ALIQVID INNOVETUR.

### TITVLVS V.

### CAP. VNIC.

*Vacante ſede imperiali, cùm juriſdictio ad Papam devolvitur, ſub pœna excommunicationis hîc prohibetur, quòd nullus tunc nomen vicarii, Imperatoris, vel alterius cujuſcunq; officii retineat, aſſumat, vel reſumat, nullusq; ei obediat, vel auxilium præbeat: aliàs excommunicatio in perſonas, & interdictum in terras (niſi intra duos menſes reſipuerint) profertur. Tandem modus hujus proceſſus publicandi exprimitur. h. d.*

SI fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum, & aliorum quorumlibet jura illibata ſervari, & ab omni fore diſpendio diminutionis extranea cupimus, & ad illud libenter noſtræ ſolicitudinis ſtudium adhibemus: multò fortius equidem pro noſtris & Romanæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ juribus & honoribus conſervandis ex injuncto nobis officii debito Apoſtolicæ proviſionis partes tenemur impendere, ne temporibus noſtris uſurpationis injuriam ſubeant, aut detrimentum cujuſvis derogationis incurrant. Sanè in noſtram & fratrum noſtrorum deductum eſt (fama divulgante) notitiam, quòd licet de jure ſit liquidum, & ab olim fuerit inconcuſsè ſervatum, quòd vacante Imperio, ſicut & nunc per obitum quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacaſſe dinoſcitur, quum in illo ad ſecularem judicem nequeat haberi recurſus, ad ſummum Pontificem, cui in perſona beati Petri terreni ſimul & cœleſtis Imperii jura Deus ipſe commiſit, Imperii prædicti juriſdictio, regimen & diſpoſitio devolvuntur, & ea ipſe (durante ipſius vacatione Imperii) per ſe, vel alium, ſeu alios exercuiſſe noſcitur in Imperio memorato: nonnulli tamen in Italiæ partibus poteſtatis & dignitatis faſtigium illicitè ambientes, in noſtrum & Romanæ ſanctæ matris eccleſiæ (quantum in eis eſt) præjudicium evidens, ac diminutionem honoris & juris, vicariatus ſeu alterius cujuſcunque nomen officii, quod ipſo Imperatore vivente ex ipſius commiſſione gerebant in certis terris, territoriis ſive locis, poſt deceſſum ipſius, abſque noſtra, vel Apoſtolicæ ſed. petita vel obtenta licentia, retinere ſibi, & nonnulli etiam de novo aſſumere, quod non geſſerant, aut geſtum antea poſteaq; dimiſſum reſumere temerariis auſibus præſumpſerunt, quo vel quibus adhuc non verentur abuti, & ſub ejus vel eorũ colore multa facere & feciſſe noſcuntur, quæ in noſtram, & eccleſiæ prædictæ injuriam apertè redundant, non abhorrentes per id variis involvi criminibus, nec divinæ majeſtatis formidantes offenſam. Quia igitur error, cui non reſiſtitur, approbari videtur, & latum pandit delinquentibus ſinum, qui eorum perverſis conatibus non reſiſtit: Nos volentes noſtris & eccleſiæ ſponſæ noſtræ juribus & honoribus in hac parte proſpicere, & malis ac ſcandalis, quæ ex retentione, aſſumptione, ſeu reſumptione hujuſmodi orta ſunt hactenus, & quæ periculosè poſſent in antea ſuboriri, celeriter obviare, necnon periculis animarum, hujuſmodi retinentium, aſſumentium ſeu reſumentium nomina, & eis abutentium (ut præfertur) ſalubriter occurrere cupientes, præſentium auctoritate monemus ſub excommunicationis pœna omnes & ſingulos cujuſcunque ſtatus, præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis exiſtant, etiam ſi patriarchali, vel quavis alia ſuperiori ſive epiſcopali, vel regia, ſeu alia quacunque præfulgeant dignitate, qui poſt vacationem Imperii abſque noſtra, vel ſedis prædictæ licentia hujuſmodi vicarii ſeu cujuſvis alterius officii nomen ubilibet retinuerunt, aſſumpſerunt, ſeu reſumpſerunt & retinent: & qui aſſument, vel reſument fortaſſis in poſterum, & ſub talis donationis pallio abuſi ſunt, & abutuntur, vel etiam abutentur poteſtate, vel juriſdictione quacunque, ſeu ejus exercitio publicè vel occultè, quatenus de cetero etiam à denominatione hujuſmodi, ſeu cujuſcunque aſſumptione, reſumptione ac retentione prædictis, atque non uſu, poteſtate, & exercitio ſupradictis prorſus abſtineant, & omninò deſiſtant. Inhibentes inſuper ſub pœna prædicta omnibus & ſingulis Patriarchis, prælatis, necnon etiam aliis ſuperioribus ac regibus, civitatibus, communitatibus, univerſitatibus, capitaneis, poteſtatibus, rectoribus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & aliis quibuſcunque cujuſcunque ſint dignitatis, conditionis aut ſtatus, ne prædictum hujuſmodi nomen, ſeu aliud quodlibet in eodem Imperio retinentes (ut præfertur) aut aſſumentes, vel eorum aliqui ſub denominatione, vel titulo hujuſmodi nominum, ſeu procuratores, commiſſarios, judices, aut vices eorum gerentes, quocunque colore quæſito, recipiant, vel admittant, nec ut vicariis ſeu rectoribus aut officialibus Imperii pareant vel intendant, aut pareri vel intendi faciant, vel permittant, nec in his eis vel ei quomodolibet præſtent auxilium, conſilium, vel favorem. Alioquin in omnes & ſingulos Patriarchas, prælatos, & ſuperiores & inferiores, Reges & cæteros denominationem prædictam (ut præmittitur) retinentes, aſſumentes, ſeu reſumentes, ac illius prætextu exercentes quæcunque officia, poteſtates ſeu juriſdictiones, & recipientes eos, ut vicarios, vel officiales Imperii, vel commiſſarios eorum, ut talium, & in prædictis eis obedientes eis, ut talibus, aut præſtantes in hoc eis conſilium, auxilium, vel favorem, niſi intra duorum menſium ſpacium à die datæ præſentium numerandum penitus reſipuerint, vel ſe licentia ſedis Apoſtolicæ ſuper hoc oſtenderint communitos, excommunicationis in ſingulares perſonas, & in terras & loca ipſorum, & quælibet communitates, univerſitates, civitates, aut villas interdicti ſententias de fratrum noſtrorum conſilio publicè promulgamus. Contra eos nihilominus ſpiritualiter & temporaliter gravius proceſſuri, prout inobedientia eorum exegerit, qualitas facti ſuaſerit, & viderimus expedire. Et ut quibuslibet parendi talibus tollatur occaſio, omnes & ſingulos, qui hujuſmodi vicariatus nomen retinentibus, aſſumentibus ſeu reſumentibus juramento fidelitatis tenentur adſtricti, à juramento hujuſmodi, quantum ad hoc, de poteſtatis plenitudine abſolventes, auctoritate Apoſtolica firmiter inhibemus eiſdem, ne talibus, ut vicariis vel officialibus Imperii, aliquatenus pareant vel intendant. Et inſuper omnes pactiones, obligationes, confœderationes, & colligationes quibuſcunque ſuper hoc quomodolibet initas juramento vel quacunque firmitate vallatas, omninò caſſamus, viribus vacuamus, irritamus, & quatenus de facto proceſſerint, revocamus. Ac hujuſmodi, & quælibet alia juramenta quibuslibet ſuper his præſtita, per quæ poſſet in prædictis noſtris, & eccleſiæ noſtræ prædictæ juribus derogari, præſertim cùm juramentum vinculum iniquitatis eſſe non debeat, relaxamus. Cæterum ut hujuſmodi proceſſus verius ad communem omnium notitiam deducatur, chartas ſeu membranas proceſſum continentes eundem, in eccleſiæ Avinionenſis appendi vel affigi oſtiis ſeu ſuperliminaribus faciemus, quæ proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt: Ita quòd omnes & ſinguli, quos proceſſus ipſe contingit, & contingere poteſt, nullam poſſint poſtmodum excuſationem prætendere, quòd ad eos talis proceſſus non pervenerit, vel quòd ignoraverint eundem, cùm non ſit veriſimile remanere quoad ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avin. in domo epiſcopali, pridie Cal. April. Anno 1.

## DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE.

### TITVLVS VI.

*Votum per ſuſceptionem ſacri ordinis ſolennizatum, licet impediat matrimonium ſequens, non tamen præcedens: etiamſi nondum ſit per carnis copulam conſummatum. Et durante matrimonio, etiam nondum conſummato, nullus præſumat accipere aliquem de ſacris ordinibus: quòd ſi fecerit, diſſoluto etiam matrimonio, nec in illo miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere poterit: niſi aliquam de religionibus approbatis ingrediatur, & ejus regulam expreſsè, vel tacitè profiteatur. Eſt autem talis conjugatus ſic ordinatus per diœceſanum monendus, ut religionem ingrediatur, ſi matrimonium nondum eſt conſummatum: quòd ſi renuerit, & uxor inſtiterit, compellitur per excommunicationem ad matrimonii conſummationem, hoc dicit. Et eſt caſus notabilis, & qui ſatis afferri non poſſit.*

### CAP. VNIC.

ANtiquæ concertationi finem cupientes imponere, ac animarum periculis inde provenientibus ſalubriter providere, de fratrum noſtrorum conſilio præſenti declaramus edicto, quòd licet votum ſolennizatum per ſacri ſuſceptionem ordinis, quantum ad impediendum matrimonium contrahendum, ac dirimendum, ſi pòſt contractum fuerit, ſecundùm ſtatuta canonum ſit efficax reputandum: ad diſſolvendum tamen prius contractum, etiam ſi per carnis copulam non fuerit conſummatum (quum nec jure divino, nec per ſacros reperiamus canones hoc ſtatutum) invalidum eſt cenſendum: auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibentes, ne quiſpiam durante matrimonio, nondum etiam conſummato, aliquē de ſacris ordinibus præſumat ſuſcipere, niſi prout ſacris canonibus noverit convenire. Quòd ſi ſecus à quoquam forſitan attentatum fuerit, ordinamus, quòd nec matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, nec ad ſuperiores ordines provehi, nec ad aliquod beneficium vel officium eccleſiaſticum valeat promoveri. Niſi aliquam de religionibus approbatam (quarum profeſſio ad caſtitatis cuſtodiam, & abdicationem temporalium, & ſui ſuperioris obedientiam ſuos profeſſores aſtringat) ipſum canonicè contigerit ingredi, ac ejus regulam expreſsè vel tacitè profiteri: quo caſu diœceſanus ſuper præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum cum eo diſpenſare valeat, niſi ſit aliud canonicum, quod obſiſtat. Ad ingreſſum hujuſmodi ſic ordinatum (ſi matrimonium conſummatum non fuerit) per diœceſanum inſtanter moneri præcipimus, & induci: quòd ſi forſan renuerit adimplere, ipſum (ſi ſponſa ejus inſtiterit) per cenſuram eccleſiaſticam compellendum decernimus contractum matrimonium conſummare. Nulli, &c. noſtrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, præcepti, & conſtitutionis infringere. Datum Avinioni Calend. Decemb. Anno ſeptimo.

## DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

### TITVLVS VII.

*Secta & religio fratricellorum, ſive beguinorum, qui ſe dicebant de tertio ordine beati Franciſci, caſſatur: quoniam inter cæteros errores eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciebant. Et ſub pœna excommunicationis omnibus injungitur, ut nulli de cætero talem ritum aſſumant: & ne Epiſcopi ipſum concedere præſumant. Vide ca. fin. eod. tit. in antiq. & c. 1. eod. tit. l. 6.*

### CAP. VNICVM.

SAncta a Romana atque univerſalis eccleſia, cui auctore Domino, licet immeriti, præſidemus, ſicut religioſa & pia vota benigno favore proſequitur, ſic ſuperſtitioſos conatus inſolentium hominum a deteſtatur, videlicet ne ſub ovina pelle gregem dominicum truculentia lupi rapacis invadat, ſub pietatis imagine virus hæreticæ pravitatis obrepat, & ſub prætextu converſationis angelicæ incautis mentibus ſpiritus malignus illudat: cujus rei gratia ſacris canonibus eſt interdictum, ne aliquis novum ordinem aut religionem inveniat, vel habitum novæ religionis aſſumat: ſed quicunque ad religionem venire voluerit, ingrediatur unam de religionibus approbatis. Nonnulli tamen profanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fratricelli, ſeu fratres de paupere vita, Bizochi ſive Beguini, vel aliis nominibus nuncupantur in partibus Italiæ, necnon in inſula Sicilien. comitatu Provinciæ Narbon. & Tholoſanen. civitatibus, & diœceſibus, & Provinciis, aliiſque diverſis ciſmarinis & ultramarinis partibus, contradictos canones habitum novæ religionis aſſumere, congregationes & conventiculas facere, & ſuperiores ſibiipſis eligere, quos miniſtros ſeu cuſtodes vel gardianos aut nominibus aliis appellant: plurimos ad eorum ſectam recipere & loca de novo conſtruere ſeu conſtructa recipere, in quibus habitant in communi, publicè mendicare (quaſi eorum ſecta foret una de religionibus per ſedem Apoſtolicam approbatis) temeritate damnabili præſumpſerunt, & præſumunt etiam inceſſanter. Et ut ipſorum error veritas, & impietas religio reputetur, plurimi eorum regulam ſeu ordinem fratrum minorum, quem ſanctus Franciſcus inſtituit, ſe profiteri & ad literam conſervare confingunt: quanquam in obedientia generalis, vel provincialium miniſtrorum ipſius ordinis non morentur: prætendentes ſe à ſanctæ memoriæ Celeſtino Papa quinto prædeceſſore noſtro hujus ſtatus ſeu vitæ privilegium habuiſſe: quod tamen etſi oſtenderent, non valeret, cùm bonæ memoriæ Bonifacius Papa octavus prædeceſſor noſter, ex certis cauſis rationabilibus omnia ab ipſo Celeſtino prædeceſſore noſtro conceſſa, quæ per ipſum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuaverit, dictumque vitæ privilegium non inveniatur per eundem Bonifacium approbatum. Quidam autem eorum dictum habitum, & vivendi ritum à quibuſdam Epiſcopis ſeu eorum ſuperioribus, vel aliis eccleſiarum prælatis habuiſſe profitentur, quos nec eis concedere licuit contra formam concilii generalis. Nonnulli etiam ex ipſis aſſerentes ſe eſſe de tertio ordine beati Franciſci, pœnitentium vocato, prædictum ſtatum & ritum eorum ſub velamine talis nomine ſatagunt palliare: cùm tamen in regula ipſius tertii ordinis talis vivendi ritus nullatenus ſit conceſſus. Et quia in errorum baratrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt, ipſorum quàm plurimi (ſicut fide digna relatione percepimus) à veritate catholicæ fidei deviantes eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciunt, ac errores alios ſtudent multipliciter ſeminare. Cùm itaque talium damnanda temeritas in ejuſdem fidei detrimentum, fidelium ſcandalum, præfati minorum & aliorum ordinum opprobrium, & etiam ſuarum & aliarum animarum perniciem redundare noſcatur: ſectam, ritum, & ſtatum hujuſmodi, non obſtantibus præmiſſis eorum excuſationibus, quas frivolas reputamus, & quicquid per eos communiter vel diviſim ſub religionis, conventus, collegii ſeu congregationis nomine vel colore attentatum extitit, vel exiſtit, de fratrum ipſorum conſilio auctoritate Apoſtolica nullius fuiſſe & eſſe decernimus firmitatis: & quatenus de facto proceſſerunt de conſilio, & auctoritate præmiſſis revocamus omninò, ac perpetuæ prohibitioni ſubjicimus, & ab eccleſia Dei penitus abolemus. Eiſdem perſonis & aliis quibuſcunq;

a *De Beguinorum ſecta & erroribus, vide Guidonem Carmelitam in ſumma de hæreſibus, tit. de hæreſibus Beguinorum. & Nicolaum Eymericum in directorio inquiſitorum. par. 2. q. 15.*

a *Vide l. qui ſub conditione. ff. de condi. inſtit. l. non erat. §. de vius. ff. de jurejur.*

ſub pœna excommunicationis, quam eas (ſi ſecus fecerint) incurrere volumus ipſo facto, injungentes expreſsè, ne ſtatum ſive ſectam & ritum hujuſmodi ab ipſis aſſumptum ſectentur ulterius, vel ipſum de novo aſſumere quoquo modo præſumant. Epiſcopos quoque & eorum ſuperiores & etiam alios prælatos quoſcunque, qui prædictis perſonis vel aliis ritum vivendi & habitum ſupradictos, præter ſpecialem Apoſtolicæ ſedis auctoritatem deinceps conceſſerint, prædictæ excommunicationis pœnæ ipſo jure decernimus ſubjacere: dignum eſt enim ut adulterinas plantationes, quas non Pater cœleſtis, ſed humanæ temeritatis audacia plantat Apoſtolici culminis cenſura divellat: nec patiatur in agro dominico perverſæ congregationis vepres excreſcere, cui proprium eſt (divina opitulante gratia) virtutes ſerere, ac vitia radicitùs exſtirpare. Nulli ergo, &c. Datum Avinion. 3. Cal. Ianuar. Anno 2.

## DE IVDÆIS ET SARRACENIS.

### TITVLVS VIII.

### CAP. VNICVM.

*Vt Petrus filius Regis Caſtellæ pio ductus propoſito facilius Agarenos infideles à regno Granatæ expelleret, lata fuit excommunicationis ſententia in omnes prohibita portantes ipſis infidelibus & Sarracenis præfati regni Granatæ. Concor. c. Ita quorundam. & c. Ad liberandam. eod. tit. in an.*

COpioſius in miſericordia Dominus, qui de ſua abundantia pietatis corda fidelium ad ſuæ majeſtatis obſequia devotionis ardore ſuccendit, præcordiis dilecti filii nobilis viri Petri infantis nati claræ memoriæ Sanctii Regis Caſtellæ, adeò copioſè gratiam cœleſtis inſpirationis infudit, quòd ſibi delectabile reputat propriam exponere in ipſorum proſecutione perſonam. Pio quidem nobilis ipſe ductus propoſito, tanquam ſtrenuus athleta Domini, negotium impugnationis perfidorum Agarenorum, à quibus regnum Granatæ in Dei contumeliam detinetur, tutorio nemine, chariſſimi in Chriſto filii noſtri Alphonſi Caſtellæ Regis illuſtris, qui ſub teneritudine puerilis ætatis adhuc dinoſcitur conſtitutus, aſſumpſit ſub ſpe cœleſtis auxilii ferventer & viriliter proſequendum. Cùm igitur omnia cupiamus obſtacula removere, per quæ dicti negotii proſecutio poſſet quomodolibet impediri, univerſis & ſingulis cujuſcunque conditionis, præeminentiæ vel ſtatus exiſtant, diſtrictius inhibemus, ne arma, equos, ferrum, ligamina, victualia & alia quæcunque prohibita per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ad terras Ægypti deferri, ad Sarracenos dicti regni Granatæ intra triennium incipiendum à Cal. Aprilis proximè ſecuturi, quomodolibet deferre præſumant. Nos enim omnes & ſingulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina & victualia ſupradicta & quæcunque prohibita, contra tenorem hujus noſtræ prohibitionis deferre præſumpſerint, illis pœnis & ſententiis, quas deferentes hujuſmodi prohibita in Alexandriam vel ad Ægypti partes incurrunt, decernimus ſubjacere. Et nihilominus omnes & ſingulos, qui Sarracenis Granatæ præſtabunt (dicti negotii proſecutione durante) auxilium, conſilium vel favorem, aut proſecutionem dicti negotii directè vel indirectè, ſecretè vel publicè impedire vel turbare fortè præſumpſerint, excommunicationis ſententiam incurrere volumus ipſo facto. Nulli ergo noſtræ inhibitionis, conſtitutionis & voluntatis, &c. Dat. Avin. 5. Kal. Mart. Anno 1.

## DE TORNEAMENTIS.

### TITVLVS IX.

### CAP. VNICVM.

*Conſtitutio Clementis in quibuſdam regnis torneamenta inhibens ſub pœnis excommunicationis & interdicti, hic revocatur: & illi, qui hujus occaſione ſententias incurrerant, abſolvuntur.*

QVia in futurorum eventibus ſic humani [illegible] incertitudo judicii, ut quod conjectura probabili ex nunc interdum attenta conſideratio [illegible] pollicetur, reperiri damnoſum quandocunque [illegible] nonnunquam quod conſultè ſtatuitur, [illegible] ctione judicii conſultius revocatur. Sanè felicis recordationis Clemens Papa quintus prædeceſſor noſter attentè conſiderans generale paſſagium in Concilio [illegible] pro terræ ſanctæ ſubſidio ſalubriter ordinatum, per torneamenta, & haſtiludia, ſive juxtas non leviter impediri, tum quia frequenter ſic ipſum paſſagii negotium proſecuturos exinaniunt, quòd ad ejus executionem [illegible] tur impotentes, tum quia interdum quamplurimos [illegible] aſſumptione retrahunt, dum ab illis abſtinere [illegible] exercentibus) erubeſcunt: torneamenta ipſa & haſtiludia, ſive juxtas in regnis Franciæ, Angliæ, & Alemanniæ [illegible] aliis nonnullis Provinciis, in quibus ea conſuetius frequentius a exerceri, ſpecialiter interdixit: in facientes ea, vel ad id eis præſtantium opem, conſilium, vel conſenſum, & illorum etiam in quorum locis, vel [illegible] bus fierent, non prohibentium hoc, cùm poſſent, & [illegible] rum procedentes ad illa in domibus ſuis recipientium, vel commercium quomodolibet exercentium cum eiſdem, in perſonas excommunicationis, & in terras interdicti ſententias promulgando, abſolutione ab excommunicatione hujuſmodi præterquam in mortis articulo ſedi Apoſtolicæ reſervata. Verùm quoniam (ut intelleximus) per ſententiam hujuſmodi periculum animabus [illegible] tur, & pro eo maximè negotio dicti paſſagii [illegible] quia nonnulli militari cingulo abſtinent, & qui [illegible] militiæ metu præſertim ipſius ſententiæ non [illegible] propter quod idoneos & voluntarios ad terræ prædictæ ſubſidium in regnis eiſdem contingit pauciores [illegible] periri. Nos ad dilecti filium nobis viri Philippi claræ memoriæ regentis Franciæ, & Navarræ Regis, & aliorum de domo regia, necnon quamplurium magnatum & nobilium, tam in regno Franciæ, quàm aliunde, conſiderantium præmiſſa diſcrimina, repetitæ ſupplicationis inſtantiam, ſententias excommunicationis & interdicti præfatas, præmiſſorum ſupplicationibus inclinati, & dictis conſiderationibus antedictis, & ex cauſis etiam rationalibus aliis, in favorem ſæpefati negotii, de fratrum noſtrorum conſilio revocamus: eos, qui propter exercitium torneamentorum ſeu haſtiludiorum ipſorum hujuſmodi ſententias incurrerunt, abſolventes ab illis, & cum eis qui ſic ligati, vel in locis propterea interdictis divina celebrarunt officia, ſuper irregularitate inde contracta auctoritate Apoſtolica diſpenſantes. Datum Lugduni [illegible] Octobr. Anno 1.

## DE CRIMINE FALSI.

### TITVLVS X.

### CAP. VNICVM.

*Falſificantes monetam Regis Franciæ, & aliorum [illegible] cum vicinorum, aliquo de quatuor modis hic prolixè declaratis, [illegible] facto excommunicationem incurrunt: & qua abſolvi non poſſunt, niſi à Papa, præterquam in mortis articulo. De falſificantibus ſigillum ipſius Regis Franciæ, habes ca. Ad audientiam, [illegible] antiq.*

PRodiens quaſi ex adipe iniquitatis [illegible] ſceleratorum funeſta cupiditas, eos in [illegible] præcipitare conatur, dum ſequi miſerabilem [illegible] ingluviem, ſatietatis neſcientem moderamina, [illegible]

a Vide gl. in l. tale pactum. § ſi. ff. de pactis. l. ſi ære [illegible] ff. de exc. tut. gl. in verbo præſidentes. reputata ſingul. [illegible] & l. 1. C. de raptor. virgi. & Bald. in c. 1. § ſi quis ruſticus de pa. [illegible] Font.

rentur: ipſi etenim turpium lucrorum ſe fæcibus immergentes, ambitioſis nexibus involvuntur: Dei timorem damnabili cæcitate poſtponunt, & quaſi ambulantes in tenebris non vitant excidia perſonarum. Nuper ſiquidem ad noſtri apoſtolatus auditum multorum relatio fide digna perduxit, quòd nonnulli nullam habentes auctoritatem juris, vel conſuetudinem, ſeu privilegium faciendi monetam, falſam oſtendunt & fabricant in regno Franciæ, & locis circumvicinis.

Alii verò monetam falſam ſub vero ſigno clariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Regis Francorum & Navarræ illuſtris ſtudioſè depravant, & ex hoc cadit à ſuo recto pondere. Quamplures etiam in locis circumvicinis, quibus de jure, aut conſuetudine, ſeu privilegio jus competit fabricandi monetam, ſignum proprium monetæ regiæ monetæ ſuæ, quam fabricant, imprimere ſeu inſculpere moliuntur, ejusdem quantitatis & jucunditatis, literarum figuræ quam habet moneta regia monetæ ſuæ, quam fabricant, quantum poſſunt ſimilius, ſpeciem & formam inſculpunt, conſtituunt, & imponunt: & quamvis moneta prædicta eorum ad uſurpatam ſimilitudinem perfecta deficiat à juſto pondere argenti, & ſolito in regia moneta, & more, & conſuetudine obſervato: ſimplices tamen & populares perſonæ, non habentes inter monetas tantæ ſimilitudinis peritiam diſcernendi, falluntur quotidie ea occaſione in uſu monetarum, recipientes monetas falsò aſſimulatas pro veris. Sunt & alii qui ſcienter falſas monetas extra regnum prædictum emunt, & poſt intra regnum ipſum eas portant, vendunt & expēdunt. Nos igitur attendentes, quòd iidem falſarii & fabricatores monetarum talium & emptores prædicti per hoc ſe dignos maledictione conſtituunt, eos, qui (ut præmittitur) præmiſſa moliri, aut fabricare, aut emere, vel portare ad regnum prædictum ſcienter præſumpſerint felicis record. Clementis Papæ quinti prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, excommunicationis ſententia innodamus: abſolutione prædictorum nobis & ſucceſſoribus noſtris, præterquam in mortis *a* articulo, reſervata. Nulli, &c. noſtræ innovationis infringere, &c. Datum Avin. 5. Nonas Iul. Ann. 7.

## DE PRIVILEGIIS.
### TITVLVS XI.
### CAP. VNIC.

*Privilegia, ſi quæ ſint, quibus aliqui nobiles Campaniæ & Maritimæ dicebant ſe munitos circa bannitorum receptationem, hac conſtitutio propter cauſas hic inſertas revocat & annullat.*

AD noſtri apoſtolatus pervenit auditum, quòd nonnulli nobiles & communitates intra noſtras Campaniæ, Maritimæque provincias conſtituti, aſſerentes per privilegia ſedis Apoſtolicæ ſibi fore conceſſum, quòd de Provinciis ipſis per rectorem earum qui eſt pro tempore, vel officiales curiæ rectoris ejusdem banniti, in terris, civitatibus, caſtris, & locis eorum morari liberè poſſint, nec in illis idem rector bannitos ipſos capere valeat: eosdem bannitos in dictis terris, civitatibus, caſtris, & locis, non abſque derogatione ſedis Apoſtolicæ manifeſta recipiunt & receptant. Nos igitur, qui benevoli more patris in provinciarum ipſarum tranquillitatis & pacis commodis delectamur, ſuper hoc (prout ad noſtrum ſpectat officium) pro communi bono provinciarum ipſarum de congruo volentes remedio providere, privilegia ſupradicta, cujuſcunque tenoris exiſtant, maximè cum ipſorum prætextu maleficia remaneant in eisdem Provinciis impunita, pandatur auſus exceſſibus, cultus lædatur juſtitiæ, dictique rectoris multipliciter impediatur officium, ac provinciarum ipſarum ſtatus, pacis fœdere violato, non abſque grandi reipublicæ detrimento ſubverti poſſet ſcandalis, ſciſſuris, ex nunc auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia revocamus, annullamus, & etiam irritamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem. Nulli, &c. noſtræ revocationis & annullationis, caſſationis, irritationis, & conſtitutionis infringere. Data Avin. 7. Idus Aug. Anno 6.

a *In mortis articulo nulla eſt caſuum reſervatio, atq; ideò omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt.* Ita conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de caſuum reſervatione.

## DE POENIS.
### TITVLVS XII.
### CAP. VNIC.

*Narratis facinoribus hominum Marchiæ, qui ſuos rectores & officiales occidere ſoliti erant, poſt enumerationem 17. modorum offenſæ, totidem pœnas exprimit, quas incurrent, qui de cætero talia præſumunt: & propter patrum iniquitatem filios à quibuſcunq; honoribus & beneficiis tanquam indignos repellit. Concor. ca. ad aures. & ca. in quibuſdam. eod. tit. in antiq. & cap. felicis. eod. tit. lib. 6. juncta Clem. ſi quis ſuadente diabo. etiam in eod. tit.*

DIerum *a* creſcente malitia videmus mundum in deteriora jugiter prolabi, ſic (hominum mentes aſſueta depravante nequitia) malis paſſim cumulum ſuperaddi, ut & boni qui aliàs odirent virtutis amore delinquere, interdum cum perverſis adminiri, concurrere cum illis in illicitis habeant, & in apertam malitiam proſilire. Eſt enim compeſcenda malorum audacia, ut ſaltem pœnæ formidine retrahantur à noxiis, ſicque boni ſectando virtutem meliores effecti, non cogantur cum illis perire. Sanè vulgaris famæ notorium publicat, & longè lateque ipſa injurioſa tranſgreſſus evidentia manifeſtat, quòd nonnulli de Marchia Anchonitana, Provincia nobis & Romanæ eccleſiæ ſubjecta, nedum olim temporibus diverſorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum greſſus fidelitatis egreſſi, declinaverunt ad infidelitatis reprobæ devium: ſed in diebus non longè præteritis contra nos, & eccleſiam eandem, & dilectum filium Amelium præpoſitum Bellomontis Capellanum noſtrum, Provinciæ memoratæ rectorem cervicem rebellionis erigere præſumpſerunt, & in quosdam officiales & familiares ſuos crudeliter ſævientes, poſt graves illatas injurias, & reprobosas contumelias irrogatas eisdem, & poſt bona ipſorum violenta prædatione ſubtracta, eos cruentæ mortis ſuppliciis in ore gladii tradiderunt: inter quos pars dicitur fuiſſe non modica, cui mens ſanior inerat, & tantæ temeritatis exceſſus non leviter diſplicebat, ſed habuerunt, vel inviti furori confuſæ multitudinis cedere, dum illius nequiverunt conatibus obviare. Nos igitur, ut mali pœnarum impoſitionibus gravium territi vereantur in antea in conſimilis erroris invium relabi, ac boni perſiſtentes in ſua fidelitate conſtanter non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remediis quibus poſſumus præcavere volentes, & animarum ſuarum ſaluti, dictæque Provinciæ pacifico ſtatui paternis affectibus proſpicere cupientes: de fratrum noſtrorum conſilio hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ut quicunque de Provincia ipſa, vel aliunde in ea Provincia moram trahens, clericus vel laicus famæ ſuæ prodigus (ipſius eccleſiæ calcata reverentia) in hoc ſceleris genus irrepſerit, quòd rectorem ſeu rectores, qui pro tempore regimini dictæ

a *Hic potes videre tractatum D. Boërii, de ſeditioſis civibus. Et ego addo quòd iſti hìc expreſſi, quia rebellaverunt contra iſtum vicecorrectorem poſitum à Papa, contra quem committitur crimen læſæ majeſtatis. c. in primis. in fi. 2. q. 1. inciderunt in illud crimen. Bart. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſt. rev. Cynus in l. non convitii. q. 4. de injur. neq; iſti quia facta fuerunt omnia in contemptum Papæ, poſſunt injuriam remittere. arg. not. ibi per Cynum Font.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Provinciæ in ſpiritualibus & temporalibus auctoritate Apoſtolica præfuerint, vel ipſorum aliquem, aut eorum, vel alicujus ipſorum vicarium, aut judicem, vel judices, vel ipſius Provinciæ theſaurarium, aut locum tenentem ejusdem (quod abſit) occiderit, aut ad offendendum illum vel illos inſecutus extiterit, ceperit, captivaverit, detinuerit, percuſſerit, aut etiam vulneraverit, aut ipſorum aliquid, vel alias in locum, ubi moram traxerint, inſultum fecerit, aut ipſum, vel ipſos obſederit, ſive de ſuo regimine vel officio forſan expulerit, vel fugaverit, vel ſocius fuerit facientis, aut illum vel illos bonis aliquibus ſpoliaverit, vel Provinciæ ſupradictæ alicujus civitatis, caſtri vel loci de Provincia ipſa populum, communitatem vel univerſitatem, aut aliquos ex eis, vel quoſvis alios de Provincia ipſa directè vel indirectè, contra nos & præfatam eccleſiam, ſeu rectores, officiales & locum tenentes prædictos, vel ipſorum aliquem ad ſeditionem quomodolibet excitabit, ac rebellionem ſeu conſpirationem per ſe, vel per alium, ſeu alios facere, vel procurare præſumpſerit, vel ad ea, ſive ipſorum aliquod, dederit auxilium, conſilium, vel favorem, directè vel indirectè, publicè vel occultè, cujuſcunque conditionis, ordinis, dignitatis aut ſtatus, eccleſiaſtici vel mundani fuerint, etiamſi patriarchali vel archiepiſcopali, ſeu epiſcopali, vel ſuperiori præfulgeat dignitate, perpetuò ſit infamis: ut nec ad teſtimonium vel alios actus legitimos admittatur. Sit inteſtabilis, ut nec teſtandi liberam habeat factionem, vel ad alicujus bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocetur. Nullus ei ſuper quocunque negotio reſpondere, ſed ipſe aliis reſpondere teneatur. Nec quævis cauſæ ad audientiam perferantur illius. Nec valeant ejus ſententiæ vel proceſſus. Nullus ei in quacunque cauſa vel negotio patrocinium præſtare præſumat. Nec ipſe ad patrocinandum aliis admittatur. Inſtrumenta confecta per eum, ſi fortè officium tabellionatus exerceat, nullam habeant firmitatem: ſed potius cum actore damnato damnentur. Dignitatibus, officiis, & beneficiis eccleſiaſticis, vel mundanis, quæ obtinet, quæcunque ſint, & quocunque nomine cenſeantur, ſit eo ipſo privatus, ac inhabilis, & indignus ad ea, & quælibet alia in poſterum obtinenda. Filii ejus ad nullos honores eccleſiaſticos, vel mundanos, ad nullas dignitates, vel beneficia eccleſiaſtica, aut officia publica quomodolibet admittantur. Libertatibus & etiam immunitatibus realibus & perſonalibus, privilegiis & indulgentiis quibuſcunque ſub quacunque forma verborum, ab Apoſtolica ſede conceſſis, extunc penitus careant. Vaſalli & homines à juramento fidelitatis, & alia quavis obligatione, quibus tenentur iisdem, ſint penitùs abſoluti. Feuda quoque jura, honores, ac officia, & alia quæcunque bona immobilia, quæ in dicta Provincia Marchiæ, & alibi ubicunque à prædicta Romana obtinent eccleſia, ſint eoipſo penitus confiſcata. Aliis verò feudis, juribus, honoribus, officiis, & bonis immobilibus, quæ à quibuſcunque aliis tenent eccleſiis, ſint eo ipſo privati: quæ ſic ad easdem eccleſias liberè revertantur, quòd de illis earum rectores pro ſua voluntate diſponant: mobilia verò bona ipſis concedimus fidelibus occupanda: Illud nihilominus adjicientes noſtræ hujuſmodi ſanctioni, ut ſic delinquens excommunicationis ſententiæ: Vniverſitas verò, ſeu communitas, quæ deliquerit in prædictis, ejusque territorium & diſtrictus, interdicto eccleſiaſtico ſubjaceant ipſo facto: A qua quidem excommunicationis ſententia nullus ab alio, quàm à Romano Pontifice poſſit abſolutionis beneficium obtinere, niſi duntaxat in mortis articulo a conſtitutus. Per hoc autem non adimimus ſecularibus poteſtatibus facultatem utendi legibus contra talem, quas [illegible] ſic delinquentem catholici Principes ediderunt. Dignum etenim eſt, ut quos timor Dei à malo non revocat, pœnarum moles in eos exaggerata compeſcat. Nulli [illegible] noſtræ functionis, & ſanctionis inſuper, &c. Datum Avinion. 8. Cal. Septemb. Anno 3.

## DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SUSPENSIONIS ET INTERDICTI.

### TITVLVS XIII.

*Taxatio gratiarum ſedis Apoſtolicæ impetratarum, tam cum clauſulis conſuetis, quam non conſuetis, hic continetur. [illegible] teras quotq; dictiones linea complecti debeat, [illegible] pertatem reſpectus habetur. Contra tranſgreſſores pœna [illegible] nis ab officio uſq; ad ſex menſes, & quandoq; privationis [illegible] & ultra illam abbreviatoribus ſententiam excommunicationis [illegible] pa comminatur.*

### CAP. VNIC.

CVm ad ſacroſanctæ Rom. eccleſiæ ſinum, [illegible] ad matris ubera, referta dulcedine, ac ad Rom. Pont. Chriſti Vicarii ſucceſſorisque Petri Clementiam, tanquam ad patris plenam providentiæ [illegible] orbis terrarum, & qui habitant in eo, gratiam [illegible] aſſiduè confluant univerſi; indignum [illegible] fore temporibus, ut quibus nos & eccleſia ipſa [illegible] tamus in gratiis, deficiamus in donis: ne [illegible] inde præſtetur occaſio, unde gratitudini [illegible] erat collaudandi: neve ſcriptura reddat [illegible] liberalitas fecerat gratioſum. Quia de re [illegible] rum noſtrarum ſcripturas, regiſtri quoque noſtri [illegible] abbreviatorum Rom. curiæ notas, illam in [illegible] mus moderationem apponi, qua perſonæ, quibus gratiæ hujuſmodi conceduntur, ſe gratias ipſas ab Apoſtolica ſede liberaliter ſentiant conſecutas: ac literarum ipſarum ſcriptoribus, regiſtri etiam noſtri [illegible] abbreviatoribus antedictis, qui interdum in eis etiam multo labore deſudant, de ſuo labore congrue [illegible]. Ad tollendos igitur exceſſus, difficultates, circuitus & anfractus, qui poſſent ex variis literarum Apoſtolicarum taxationibus provenire, ſancimus ut [illegible] ptus in hujuſmodi taxationibus obſervetur: videlicet quòd litera gratiæ cum clauſulis conſuetis ſuper [illegible] nicatu, & præbenda, & alio beneficio eccleſiaſtico, cum cura vel ſine cura, vacante vel vacaturo, [illegible] tas, officium, vel perſonatus exiſtat, decem Turonenſibus groſſis & non ultra taxetur: executio vero [illegible] Turonenſibus & non ultra taxetur: & idem in [illegible] bus literis beneficialibus gratioſis, puta ſuper [illegible] aliquo, adminiſtratione & hujuſmodi, ac [illegible] earundem ſervari debebit. Si vero eisdem literis [illegible] & executoriis earundem (ut ſupra) aliqua clauſulæ [illegible] communes, vel inſolitæ apponantur circa [illegible] clauſularum hujuſmodi congruè poterit [illegible] videlicet quòd non habeatur conſideratio in [illegible] majoris vel minoris gratiæ ejus, quod conceditur, [illegible] quòd ipſius ſint majores vel pauciores fructus, [illegible] & proventus, & ex hoc plus minusve taxetur [illegible] beatur in taxando illa conſideratio ad laborem, [illegible] licet longior ſcriptura magis, & minus brevior [illegible] tur: hoc tamen circa hujuſmodi clauſulas [illegible] addito moderamine in taxando, ut ſi ſcriptura [illegible] appoſitæ non faciat lineam, nec ipſa clauſula [illegible] xationem augmentet. Si vero per ſe, vel ſaltem [illegible] dita clauſulis faciet lineam, in quarta parte [illegible] groſſis taxetur: & ſic pro qualibet linea hujuſmodi [illegible]

a *Quia in mortis articulo nulla eſt caſuum reſervatio. vide Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de caſuum reſervatione.*

a *Vide Innoc. VIII. in regul. 66. ubi dicit, quod camera [illegible] eſt mater pecuniarum. Vide eundem in regul. 90.*

dictæ clauſulæ in taxando quarta pars groſſ. Turon. addatur, & ſi quid ſuperfuerit, & minus linea, illud ſuperfluum nec taxationem immutet. Lineam autem, quæ centum & quinquaginta literas, ſeu XXV. continet dictiones, intelligi volumus in hoc caſu: & ut taxatio hujuſmodi (dum exempla ponuntur) quodammodo procedat, inſerta illa clauſula: Verum ne ſub eo prætextu, &c. quæ quatuor continet lineas, uno Turon. groſſo taxetur. Illa etiam clauſula: Præbendam verò ac dignitatem, quæ cum acceptatione reſervat, quæ quatuor & paulò plus continet lineas, uno Turon. groſſo taxetur: & in ſimilibus clauſulis additis, ſecundùm linearum numerum idem fiat. Eandem taxationem cum moderamine antedicto, quoad præfatas literas in regiſtro noſtro ſervari volumus, cùm fuerint regiſtrandæ. Eandem etiam taxationem quoad præfatarum literarum notas, ſcilicet gratiæ cum antedicto numero abbreviatores obſervent. De executoriis verò hujuſmodi gratiarum abbreviatores ipſi, etiamſi clauſulæ non communes vel inſolitæ apponantur eiſdem, duos tantùm recipiant Turonen. Hoc licet ſic in taxatione prædictarum literarum obſervari velimus, in forma tamen pauperum deferri volumus paupertati, & noſtram taxationem in illa, videlicet octo Turon. groſſ. inviolabiliter obſervari: nam beatum fore virum, qui ſuper pauperem & egenum intelligit, verbis propheticis a edocemur. Circa taxationem autem literarum, quæ per audientiam tranſeunt, nihil ad præſens aliud duximus ordinandum, ſed rationabilis modus obſervetur in illis, qui ſolitus eſt hactenus obſervari: maximè ſecundùm taxationem literarum ipſarum, quæ in libro provinciali invenitur eſſe conſcripta. In quarum taxationibus literarum ex cauſis rationalibus ſuſtinemus, ut Turonenſ. groſſ. quamdiu ſcilicet Romana curia extiterit citra montes Romanino ſuccedat. Cæterùm ubicunque de Turon. groſſ. in taxationibus prælibatis fit mentio, intelligi volumus, quamdiu curia fuerit citra montes. Si verò ultra montes, Romæ ſcilicet, vel in aliis locis, vel Italiæ partibus curia ipſa conſtiterit, in taxationibus antedictis Romaninus pro Turonen. ponatur. Ad hæc prædictæ noſtræ adjicimus ſanctioni, ut ſi forſan (quod quandoque contingit) eveniat, videlicet quòd non culpa, negligentia, vel defectu ſcriptoris, vel ex ignorantiæ cæcitate, aut torpore deſidiæ, vel ex occupatione, diſtractione, aut alia quavis occaſione abbreviatoris, qui notam, ex qua litera groſſa procedit, ineptè formaverat, eadem groſſa litera gratis fuerit reſcribenda: hoc ipſi ſcriptori, vel illi, cui ſic litera hujuſmodi fuerit reſcribenda, non noceat, ſed abbreviatori debeat imputari, in tantum, ut eidem ſcriptori abbreviator ipſe ſatisfaciat integrè juxta taxationem ejuſdem groſſæ literæ reſcribendæ. Cæterùm ut prædicta, quæ a nobis pro utilitate publica ſunt inſtituta ſalubriter, eò diligentiores ſui obſervatores inveniant, quo tranſgreſſores ipſorum majori noverint ſe pœna percelli: ſtatuim', ut præfati omnes & ſinguli, tam literarum noſtrarum, quàm regiſtri noſtri ſcriptores, quàm abbreviatores notarum ipſarum (quibus etiam abbreviatoribus ſpecialiter ſub infrà ſcriptas pœnas, quatenus prædictas taxationes obſervent ſub excommunicationis pœna mandamus) qui contra præmiſſa fecerint, plus ſcilicet præfatas noſtras beneficiales literas, vel notas ipſarum, vel earundem in dicto regiſtro ſcripturas taxando, exigendo vel recipiendo pro eis, quàm ſuperius ſit taxatum: uſque ad ſemeſtre tempus officio, in quo ſic deliquerint, ſint eo ipſo ſuſpenſi. Et ſi ſecundò deliquerint in eodem, ipſo facto eodem officio (quod quantum in ipſis fuerat, maculare conati ſunt) perpetuò ſe privatos agnoſcant. Nulli ergo liceat, &c. Datum Avin. 4. Idus Decembr. Pontificatus noſtri Anno primo.

a *Pſalm. 40.*

## DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

### TITVLVS XIV.

### CAP. I.

*Cùm fratres minores indumentis vilibus ſecundùm eorum regulam debeant indui, de qua vilitate ſit intelligendum, hoc relinquit judicio ſuperiorum, præcipiens ſub pœna excommunicationis illis obediri, & reprehendens fratres, qui pro arbitrio ſuo habitus curtos, ſtrictos, & novitatis plenos portabant, qui tranſgreſſores regulæ non dicentur, ſi in hoc ſuperioribus obſequuntur. Superiores etiam arbitrari poterunt, an habenda ſint granaria & cellaria pro neceſſariis ad victum colligendis. Tandem fratres ipſos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati & caſtitati eſſe præferendam. h. d. & eſt valde notabilis. Concor. c. Exiit qui ſeminat. eod. tit. lib. 6. & Clem. Exivi de paradiſo. eod. tit.*

QVorundam exigit cæcæ ſcrupuloſitatis ambiguum, ac ipſorum quodammodo indocta ſcientia (ne dixerimus, quòd irreligioſa horum ſit vana, & in hoc ſuperſtitioſa religio) ut dum ſuis mavult temerè ſub conſcientiæ velamento conceptibus, quàm prælatorum ordinis ſui cum obedientiæ merito providè inhærere ſententiis, nos poſt prædeceſſorum noſtrorum, & præſertim felicis recordationis Nicolai quarti, ac piæ memoriæ Clement. V. Romani Pontificis ſuper intellectu & obſervantia regulæ ordinis fratrum minorum, declarationes ſalubriter editas, ſolidas quidem & claras, & lucidas multaque maturitate digeſtas, noſtras Domino favente indubias ipſorum prædeceſſorum declarationibus declarationes adjungamus: ſicque dies a diei eructet verbum, & nox nocti ſcientiam manifeſtet, ne perperam paucorum dicti ordinis fratrum (quod abſit) inſcitia, recta ipſarum declarationum verba convertens in devium, illaque ſuis eis profectò contraria accommodans ſenſibus, ingrata Deo, ſuperioribus contumax, præfato ordini detrahens, odioſa confratribus, unionem ſcindens, ſi valeat, reddatur, acgrave in populo ſcandalum allatura: quin potius (ut noſtra vehementer flagitat intentio) antedictis profugatis incommodis, hæc ſancta minorum fratrum religio, ad quam jamdudum (cùm minor nos gradus haberet) dilectionis & devotionis fervor incanduit, nunc verò poſt ſuſceptum à nobis Apoſtolicæ ſervitutis jugum, ad illius religionis gubernationem, protectionem, defenſionemque interius exteriuſque propriam paſtoralis curæ ſolicitudo nos angit, paternæ cogit providentiæ debitum, ac internæ charitatis zelus accendit, quieta pace gaudeat, ſancto proficiat ocio in numero ac merito, quàm & plurimùm augeatur, blandeque in redeuntium filiorum ſuæ ſcilicet profeſſionis ruat oſcula, mactet vitulum, eorumque liberis, & ſedula corruat in amplexus: profectò quum ipſius religionis odor trahat, charitas attrahat, ſcientia lucidet, oratio mereatur, quæ in convalle lachrymarum, hujus ſcilicet mundi miſeria, vel cordis contritione & humiliatione puriſſima aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, ut non ſolùm in virtutem de virtute proficiat, ſed in eiſdem virtutibus permanens, quaſi quibuſdam harum ad profectionem tendentibus gradibus, de die in diem facta ſe melior aſcendat in altius, terrena deſpiciat, ac cœleſtia complectatur: ſicque tandem divino numine collocata in patria, tantò Deum ſecundùm hujus ſanctæ aſcenſionis gradus cognoſcat apertius, quantò nunc in hujus peregrinationis anguſtiis illos conſcenderit altiores. Nam ſecundùm David Prophetam eximium, dum ſanctam eccleſiam Deus ſuſcipiet, in ejus gradibus

a *Pſalm. 18.*

dignoſcetur. Quapropter tantis incommodis tantiſque ejuſdem ordinis excitati periculis, ac ad illa ſalubribus & opportunis per ejuſdem ſedis providentiam circumſpectam adhibendis ſummovenda remediis, noſtræ ſolicitudinis ſtudium convertentes ad Dei laudem, beati Franciſci præconium, ejusque præfati ordinis pacem, conſolationemque fidelium, necnon minus cautis, minusque habentibus inobediendi vel evagandi occaſionis ſubducendam materiam, ad trepidandum ubi timor non aderat, ſcrupuloſam caliginem detergendam, eosque ſuaviter deducendos, ut filios ad ipſius religionis gremium velut matris. Diligenti ſuper his perſcrutatione & matura deliberatione præhabitis, de fratrum noſtrorum conſilio, infraſcriptas declarationes, commiſſiones, ordinationes, & præcepta, quæ inferius inferuntur, duximus adjungenda. In primis cùm dicatur in regula, quòd illi, qui promiſerunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui habere voluerint. Item quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur, & ſuper prædictorum verborum ſenſu à præfatis prædeceſſoribus noſtris Nicolao & Clemente declarationes (ut præmittitur) limpidæ emanarunt: dictusque Clemens hujus vilitatis judicium miniſtris, cuſtodibus, ſeu gardianis ordinis prædicti duxerit committendum, eorum ſuper hoc conſcientias onerando: nec ob hoc in quibuſdam ex fratribus antedicti ordinis, volentibus plus ſapere quàm oportet ſapere, novarum adinventiones ambiguitatum ceſſavêre quamplurimæ: vel non omninò non vetuſtarum explicatio quæſtionum, tam videlicet ſuper longitudine & latitudine, quàm groſſitie & ſubtilitate, forma & figura veſtimentorum ipſorum: quinimo adeò hujuſmodi adinventiones & quæſtiones propria excrevêre licentia, ut ex eiſdem fratribus aliqui habitus propterea curtos, ſtrictos, inuſitatos & ſqualidos, novitate plenos, ac diſſidii non ignaros, cùm à communitate ordinis diſcreparent, aſſumerent, nec eos ad miniſtrorum, cuſtodum, gardianorum eorundem mandatum requiſiti deponerent, nec alios prout ejuſdem ordinis communitas deferebat habitus, juxta eorundem miniſtrorum, cuſtodum, & gardianorum arbitrium ducerent reſumendos, dicentes in hoc eorundem prælatorum ſuorum non parendum fore arbitrio: cùm & ſuum ſic deſpectum regularem & cruciformem aſſererent, cæterorum verò ſuperfluum habitum irregularemque cenſerent: Nec huic eorum opinioni præfati Clementis declarationem ſæpius repetitam obeſſe. Nam licet miniſtris, cuſtodibus & gardianis præfatis veſtium vilitatis detur in illa judicium, tamen inibi conſequenter adjungitur: ita tamen, quòd vilitatem in veſtibus ſervent: præſertim cùm & in declaratione prædicti Nicolai dicatur, quòd ſemper in eiſdem fratribus & eorum actibus paupertas ſancta reluceat, prout ipſis ex eorum regula invenitur indicta: ac conſtitutionibus ejuſdem ordinis generalibus caveatur (ut aſſerunt) quòd in omnibus, quæ ad habitum fratrum ſpectant, reluceat ſemper aſperitas, vilitas, & paupertas: unde cùm nec paupertatis, vel vilitatis oblatæ per miniſtros, cuſtodes, & gardianos veſtes exiſterent, nec ipſorum ſuperiorum ordinis ſui in deponendo veſtes quas gererent, nec in reaſſumendo, quas darent, ſequi judicium ullatenus tenebantur a, generali miniſtro & cæteris fratribus, qui pro communitate ejuſdem ordinis aderant ſuis rationibus (quas brevitatis cauſa omittimus) contrarium aſſerentibus ex adverſo: prout hæc & alia hincinde coram nobis & eiſdem fratribus noſtris ſcripto lecta, verboque fuere propoſita, ac etiam coram aliquibus ex fratribus noſtris prædictis ſuper hoc deputatis à nobis, præſentibus per aliquos ex fratribus dicti ordinis, qui in prædictis communitatibus adverſabantur eisdem, fuerunt plenius repetita. Quocirca nos ſerioſius rationibus prædictis utriusque & aliis, illisque plenius intellectis, volentes perpetuo præfato finem dare negotio, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio declaramus & dicimus, quòd cum (ſicut prætangitur) dicatur in regula, quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur, & cùm vilitatem hujuſmodi veſtium, tam habitus, quàm interiorum tunicarum, illam præfatus Clemens intelligi debere declaret, quæ ſecundùm conſuetudinem vel conditionem patriæ debeat, quantum ad colorem panni & pretium, vilis meritò reputari, atque conſequenter hujus vilitatis judicium miniſtris, cuſtodibus, ſeu gardianis prædictis (ipſorum ſuper hoc conſcientias onerando b) duxerit committendum, prout in ejuſdem Clementis literis ſuper hoc confectis plenius continetur: in eorundem miniſtrorum, cuſtodum, ſeu gardianorum eodem modo judicio eſt relictum. Nosque nihilominus præfatorum miniſtrorum, cuſtodum & gardianorum judicio præſentium auctoritate committimus determinare, videlicet arbitrari atque præcipere, cujus longitudinis & latitudinis, groſſitiei & ſubtilitatis, formæ ſive figuræ, atque ſimilium accidentium eſſe debeant, tam habitus ipſorumque caputia, quàm interiores tunicæ, quibus fratres omnes minores dicti ordinis induuntur, ac inſuper cujus quantæque vilitatis indui eos ipſis veſtimentis oporteat, & an in veſtimentis hujuſmodi ſecundùm regulam & declarationes eorundem prædeceſſorum noſtrorum, & præfatas ordinis conſtitutiones, reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas: utrumne quantum ad colorem, vilitatem, paupertatem quoque, ac cætera accidentia ſupradicta fratres veſtimentis induantur, ut debent: ſuper quibus eorundem miniſtrorum, cuſtodum, & gardianorum conſcientias oneramus: Statuentes & diſtrictè præcipiendo mandantes, quod in prædictis & his ſimilibus eorum arbitrium, determinationem ſive judicium, generalis quidem in totius ordinis, provincialium verò in provinciarum miniſtrorum & cuſtodum, & gardianorum adminiſtrationibus, cuſtodiis ac gardianiis, ſive conſimilibus ordinis memorati commiſſis eiſdem fratres omnes & ſinguli ſequi omnimodè, illisque parere per omnia teneantur. Ac inſuper quòd illorum ſequendo arbitrium, determinationem ſive judicium, illisque parendo, nec fiet nec dici poſſint vel debeant, nec ipſi ſeipſos autument ſuæ regulæ vel conſtitutionum ſui ordinis tranſgreſſores, maximè cum nec expreſsè vel determinatè in prædicta fratrum minorum dicatur regula vel declarationibus antedictis, quantæ longitudinis, quantæ latitudinis, quantæ groſſitiei vel ſubtilitatis, qualis formæ, qualiſve figuræ hujuſmodi debeant eſſe veſtes, ſicut nec qualis quantæque vilitatis eas eſſe oporteat exprimitur in eadem: Itaque quodammodo eadem urgente neceſſitate, æquitate non impari, vero ſenſu, veroque id regulæ ſuadentibus intellectu, ejuſdem Clementis inhærentes veſtigiis, præfatorum miniſtrorum, cuſtodum, & gardianorum in prædictis, horumque ſimilibus fore judicium, declarare compellimur, illaque eis (ut prædicitur) committere invitamur. Non enim particularium omnium una poteſt dari ſcientia, neque eorum (cùm infinita ſint) contingit fieri diſciplinam, non ars, non regula circumſtantias ſingulas, accidentiaque cuncta complectitur:

a *Vide l. ſi verò. §. de viro. in 7. fallentia. ff. ſol. mat. & l. 2. C. de noxal. act. Bart. in l. omnes. 6. q. principali ff. de juſt. & jur. Panor. c. ſolita. 1. Coll. de majoritate & obed. Font.*

a *Vide hîc quæ ego notavi in c. ſtatutum. in §. aſſeſſorem. ſupra gl. relinquat. de reſcr. l. 9. Font.* b *Nota hîc expreſſum, quod cui competit cognoſcere de principali, competit etiam cognoſcere de iis quæ conſequenter accedunt. vide gloſſ. fin. infr. eod. in extravag. ad conditorem. Font.*

hen

bent in illis minore majoribus obſequi, illisque intendere, non in certis ſolùm, verumetiam in dubiis: & incertis præſunt artibus, quibus obediant, præſunt regulis ſingulis, quibus obtemperent diſciplinis, ut illarum finis egregius debitis obſequentium miniſteriis ſubſequatur. Sic judicans cuncta rimatur & diſcutit, leges caſibus applicat, canonum decreta ſecernit: ſic morbis aggravatus medicum, ſic virtus conſtans in medio ſapientem prudentemque depoſcit: ne ſi quiſque regatur, ut appetit, confeſtim corruat, ut non quærit, neque taliter convirentibus non ordo, ſed horror inhabitet: auſit (quod abſit) diſcordia: religans religio relegetur: ſententiæ namque variantur, ut capita, & creſcit in ſtolidis opinionibus phantaſia. Eodem modo, eiſdemque quodammodo rationibus invitati, cùm præfatorum miniſtrorum, vel cuſtodum ſub certa forma, ſimul ſcilicet & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & cuſtodiis, cum a gardiani & duorum de conventu loci diſcretorum ſacerdotum & antiquorum in ordine fratrum conſilio & aſſenſu, præfatus Clemens judicio duxerit relinquendum, an ſit multum credibile ex jam expertis, quòd fratres ipſi abſque granariis & cellariis non poſſint vitæ neceſſaria invenire: quo caſu granaria & cellaria, congregationes & conſervationes hujuſmodi eis ipſe conceſſit, prout in prædictis ejuſdem Clementis literis plenius continetur. Nos de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio eorundem miniſtrorum & cuſtodum ſub eadem forma judicio præſentium auctoritate committimus determinare, videlicet arbitrari atque præcipere eo caſu qualiter, ubi, & quando, & quoties granum, panem & vinum pro vitæ fratrum neceſſariis, fratres ipſi quærere debeant, conſervare ſive reponere, etiamſi reponenda ſint prædictis granariis & cellariis conſervanda: Statuentes & diſtrictè præcipiendo mandantes, quòd in prædictis & his ſimilibus eorundem arbitrium, determinationem ſive judicium generalis quidem in totius, provincialium verò in provinciarum, miniſtrorum ac cuſtodum ſimul & ſeparatim adminiſtrationibus & cuſtodiis ordinis memorati commiſſis eiſdem, cum gardiani tamen (ut ſuprà prædicitur) & duorum de conventu loci diſcretorum ſacerdotum & antiquorum in ordine fratrum conſilio & aſſenſu, fratres omnes & ſinguli obſequi omnimodè, illisque parêre per omnia teneatur. Ac inſuper quod illorum ſequendo arbitrium, determinationem ſive judicium, illisque parendo, nec dici poſſint vel debeant, neque ipſi ſeipſos autument ſuæ regulæ vel conſtitutionum ſui ordinis tranſgreſſores. Ideoque omnes & ſingulos fratres antedicti ordinis minorum, qui ſtrictos, curtos & diſformes habitus ab ipſius generalis miniſtri, & aliorum de dicta communitate habitu coram nobis & fratribus noſtris, & aliis in Romana curia detulerunt, vel deferunt, monemus & hortamur in Domino, eis nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ad mandatum ipſius generalis deponant, quos deferunt habitus, & aliis juxta ejuſdem generalis arbitrium, determinationem ſive judicium (ut ſuprà prædicitur) induantur. Ipſique generali in omnibus iſtis & aliis, & per omnia ſecundùm beati Franciſci regulam & prædictas prædeceſſorum noſtrorum declarationes, conceſſiones, & commiſſiones, in ipſis declarationibus comprehenſas, & noſtras contentas in præſentibus, humiliter obediant, pareant & intendant: non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, indulgentiis, literis, libertatibus, immunitatibus, vel exemptionibus, eis, vel alicui ipſorum à præfato Clemente conceſſis, vel appellationibus ab eis vel ipſorum aliquo ad ſedem Apoſt. interjectis, quæ (in quantum poſſent derogare præſentibus) viribus vacuamus. Religio namq; perimitur, ſi à meritoria ſubditi obedientia ſubtrahantur: magna quidem paupertas, ſed major integritas, bonum eſt obedientia maximum, ſi cuſtodiatur illæſa: nam prima rebus, ſecunda carni, tertia verò menti dominatur & animo, quos velut effrenes & liberos ditioni alterius humilis jugo propriæ voluntatis aſtringit. Ad hanc itaque fratres prædicti non inviti, ſed ſponte redeant, hanc velint & appetant, hanc magnis deſideriis concupiſcant, illudque votis Canticorum a ingeminent. Oſculetur me oſculo oris ſui, charitatis utique & dilectionis, religionis hujus obedientia ſancta purificans: nam meliora ſunt ubera tua præceptorum, ſiquidem & conſiliorum quædam nutrientia pocula, vino, unguentis optimis, ſcilicet bonæ famæ fragrantia ſuavitatis odorem. Nec formident hi ad obedientiam ordinis Deo auctore, dum redeunt: nam prælatos ſuos (ut firmiter ſperamus, eisque injungimus) ſibi benignos & mites invenient, cæteros dulces atque palpabiles, cùm ſint & eſſe debeant omnes & ſinguli fratres in Chriſto, & clamitent: Quis mihi det te fratrem meum, communi ſcilicet patre beato Franciſco congenitum, ſugentem ubera matris meæ, religionis utique & profeſſionis ejus velut matris contemplationis & electionis ſuavia & dulcia pocula, ut inveniam te foris ab ejuſdem obſervantiis quodammodo diſparem, & deoſculer blandè, videlicet intra charitatis viſcera te complexus: & jam me, imò & te nemo deſpiciat, profectò quos foris poſitos multi, ac ſi diviſos & deſides, fortaſſe deſpexerant, intus, puta intra dilectionis internæ præcordia & conformis obſervantiæ clauſtra repoſitos, jam nemo deſpiciat, ſed ſuſcipientes eoſdem dulcedine quiſque dignè laudibus efferet, & ſuſceptos. Nulli ergo, &c.

## CAP. II.

*Præmiſſo qualiter gloſſantes decretalem, Exiit qui ſeminat, eod. tit. lib. 6. excommunicationem ipſo facto non obſtantibus quibuſcunq. privilegiis incurrunt, illam excommunicationem uſque ad ſedis Apoſtol. beneplacitum ſuſpendit. Et per iſtam ſuſpenſionem contra fratres minores obloquendi non intendit tribuere occaſionem.*

QVia nonnunquam, quod conjectura profuturum credidit, ſubſequens experientia nocivum oſtendit, non debet reprehenſibile judicari, ſi canonum conditor, canones à ſe vel ſuis prædeceſſoribus editos, vel aliqua in eiſdem contenta canonibus, revocare, modificare vel ſuſpendere ſtudeat b, ſi eos obeſſe potius viderit, quàm prodeſſe. Sanè dudum felicis record. Nicolaus Papa quartus prædeceſſor noſter, quandam conſtitutionem declarativam, quæ incipit, Exiit. ſuper regula dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum, quam beatus Franciſcus almus confeſſor inſtituit, promulgavit: ſub certis pœnis arctius interdicens, ne concordantiæ, contrarietates, ſeu adverſæ vel diverſæ opiniones ab ipſius conſtitutionis lectoribus ſeu expoſitoribus aliquatenus inducantur, nec ſuper conſtitutione gloſſæ fiant ab aliquibus, niſi forſan, per quas verbum vel ſenſus ipſius vel ipſa conſtitutio quaſi grammaticaliter & ad literam exponatur, nec intellectus ipſius per legentem diſtorqueatur ad aliud, quàm conſtitutionis ejuſdem litera ipſa ſonat: gloſſantes autem in ſcriptis conſtitutionem eandem aliter quàm ſuperius eſt expreſſum, facientes quoque commenta, ſcripturas ſeu libros, & ex certa ſcientia & deliberatione determinantes in ſcholis, ſeu prædicantes contra contenta in conſtitutione prædicta, vel aliqua ſeu aliquod prædictorum (non obſtantibus aliquibus privilegiis ſeu

a *Vide Bart. in l. 1. §. ſi plures. ff. de inſtituto. Ioan. Andr. & poſt eum Alber. in re. nullus ex conſil. de reg. jur. lib. 6. & de materia hujus text. eſt gl. poſita in Clem. exivi. §. rurſus.*

a *Cant. 1.* b *Vide quæ notavi in cap. alma mater. de ſent. excommun. l. 6. Font.*

indulgentiis aut literis Apoſtolicis, quibuſcunque perſonis, dignitatibus, ordinibus, aut locis religioſis vel ſecularibus generaliter vel ſingulariter ſub quacunque forma vel expreſſione verborum conceſſis: quæ noluit aliquibus in prædictis quomodolibet ſuffragari) ipſo facto excommunicationis ſententiæ voluit ſubjacere. Nos autem attendentes, quòd argumentis frequenter & collationibus latens veritas aperitur a, quodque ſub eadem litera ſæpe latet multiplex intellectus, nec non eſſe difficile, volentibus conſtitutionem prædictam perfectè legere ac intelligere, pœnas adjectas in conſtitutione hujuſmodi devitare: viam veritatis aperire volẽtes, & periculis, quæ ex prædictis poſſent literatæ perſonæ præcipuè ſcholaſticæ incurrere, ſalubriter obviare, præſertim cùm de novo ſuborta ſint aliqua dubia, circa quæ poſſet periclitari veritas, & erroribus via pandi, niſi liceret conferre ſuper contentis in conſtitutione hujuſmodi & diſputare: prohibitiones & pœnas prædictas tam latas, quàm comminatas, & earum effectus, in fratrum noſtrorum ac multorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum prælatorum, nec non multorum profeſſorum utriuſque juris, & multorum ſacræ theologiæ magiſtrorum præſentia, dum conſiſtorium teneremus, auctoritate Apoſtolica duximus uſque ad ſedis Apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendendas. Per ſuſpenſionem autem hujuſmodi nequaquam cuiquam intendimus impartiri, quòd contra fratrum regulam prædictorum dogmatizare, ſcribere ſeu determinare, prædicare ſeu pravè loqui liceat publicè vel occultè: quinimò hæc omnibus & ſingulis auctoritate prædicta diſtrictius inhibemus. Ne autem in poſterum præmiſſarum prohibitionum & pœnarum ſuſpenſio in dubium revocari valeat, aut alicui propter defectum probationis impingi, quòd velut tranſgreſſor prohibitionum ipſarum in pœnam ſeu pœnas inciderit antedictas: Nos volentes ſuper hoc de opportuno remedio providere, chartas ſeu membranas ſuſpenſionem continentes eandem appendi ſeu affigi in majoris eccleſiæ Avinioni oſtiis, ſeu ſuperliminaribus faciemus, quæ ſuſpenſionem prædictam ſuo quaſi ſonoro præconio & patenti judicio publicabunt. Dat. Avin. 7. Cal. April. Anno 6.

## CAP. III.

*Dominium rerum, quæ perveniebant ad fratres minores, retentum ab eccleſia Romana, ſimplici uſu facti fratribus ipſis reſervato in ca. exiit qui ſeminat. eod. tit. lib. 6. ſummus pontifex refutat: multiplici ratione probans eos non poſſe habere in re aliqua ſimplicem uſum facti. Et ſtatuit quòd de cætero nullum jus nullumq; dominium habeat eccleſia Romana in hujuſmodi rebus, quæ in poſterum conferentur vel offerentur ipſis fratribus. Hæc extravagans eſt multum juridica, & ſubtilis in pleriſq; locis, præſertim ubi probat uſum ſimplicem non poſſe conſtitui in rebus uſu conſumptibilibus.*

AD conditorem canonum non eſt dubium pertinere, cùm ſtatuta à ſe vel prædeceſſoribus ſuis edita obeſſe percipit potius, quàm prodeſſe, ne ulterius obeſſe valeant, providere. Dudum ſiquidem felicis recor. Nicolaus quartus prædeceſſor noſter, attentè proſpiciens in almi confeſſoris beati videlicet Franciſci regula contineri, quòd nihil ſibi approprient, neque domũ, neque locum, neque rem aliquam aliam ſui ordinis profeſſores, ac conſiderans diligenter, quòd per piæ recordationis Gregorii Papæ IX. & nonnullos alios prædeceſſores ejusdem fuerat declaratum, hoc debere ſervari, tam in ſpeciali, quàm in communi: necnon & conſideranter attendens, nonnullos fratribus ipſis detrahere, impingentes eisdem, quòd regulam & declarationes hujuſmodi non obſervabant, pieque conſiderans ora contra præmiſſos fratres oblatrantium claudere, ac profeſſorum ipſorum conſcientiis providere, inter alia ordinavit & ſanxit, omnium utenſilium & librorum, rerumque mobilium, & præſentium, & etiam futurorum, eccleſiarum quoque & oratoriorum ac immobiliorum tam præſentium, quàm etiam futurorum, emptorum & aliarum emptarum, & eleemoſynis divinis oblatarum ſeu conceſſarum dictis fratribus (in quibus tamen offerentes ſeu concedentes ipſa nihil in ipſis ſibi duxerint reſervandum) proprietatem & dominium plenè ac liberè ad ſe & Romanam eccleſiam pertinere, ipſa in ſe recipiens ac antedictam eccleſiam, ſimplici uſu facti dumtaxat in rebus & bonis hujuſmodi reſervato fratribus antedictis. Et quia nonnunquam libros, & alia mobilia ſupradicta vendi expedit, ſeu etiam commutari, fratribus ipſis in eadem ordinatione conceſſit, ut res ipſas cum mobiliis, quarum uſum habere licet ipſis fratribus (cum eorundem generalis, & provincialium miniſtrorum conjunctim vel diviſim auctoritas intercederet) poſſent liberè commutare. Sed & quia fratribus ipſis pecuniam per ſe vel per alium recipere ipſorũ regula diſtrictius interdicit, voluit & conceſſit, quòd ſi vendi contingeret res mobiles antedictas pretio æſtimato, quòd hujuſmodi pretium per procuratorem deberet recipi, à præfata ſede, vel Cardinali gubernatore ejuſdem ordinis deputandum, per procuratorem eundem in rem licitam, cujus uſus eſſet permiſſus ejusdem ordinis fratribus, expendendum: hoc adjecto, quòd poſſent de vilibus rebus mobilibus, vel parum valentibus fratres ipſi pietatis ſeu devotionis intuitu, vel pro alia honeſta cauſa, & rationabili (obtenta tamen ſuper hoc ſuperiorum ſuorum licentia) intra vel extra dictum ordinem ordinare. Quanquam autem pia conſideratione motus prædeceſſor noſter ordinavit ſupradicta, illa dicto ordini exiſtimans profutura: ipſa tamen attento modo utendi fratrum ipſorum ac dictæ eccleſiæ ſubſecuta patientia circa ipſum non profuiſſe, ſed potius tam ipſis fratribus, quàm multis aliis obfuiſſe ſubſequens magiſtra rerum experientia noſcitur declaraſſe. Ipſis quidem fratribus quantum ad ſtatum perfectionis nequaquam profuit reſervatio nominis ſupradicta: cùm enim perfectio vitæ Chriſtianæ principaliter, & eſſentialiter in charitate conſiſtat, quæ ab Apoſtolo perfectionis vinculum dicitur, & quæ unit ſeu jungit aliqualiter in via hominem ſuo fini: ad quam per contemptum bonorum temporalium, & ipſorum expropriationem via diſponitur; per hoc præcipuè, quòd ſolicitudo, quam temporalia in acquirendo, conſervando, & diſpenſando exigunt, quæ plerunque ab actu charitatis retrahit, amputatur. Conſtat quòd ſi ſolicitudo eadem poſt expropriationem hujuſmodi, quæ ante ipſam inerat, perſeveret, ad perfectionem hujuſmodi, talis expropriatio valeat nihil conferre. Conſtat autem, quòd poſt ordinationem prædictam non fuerunt in acquirendis ac conſervandis bonis prædictis in judicio & extra minus ſoliciti, quàm ante fuerant fratres ipſi, quanquam ſint religioſi mendicantes alii, habentes aliqua in communi. Adhuc nec uſquam profuit dictis fratribus ordinatio ſupradicta, quantum ad hoc, quòd propter carentiam talis proprii ſe pauperiores dicere valeant, quàm ſi res ipſas cum illo (quo carere ſe dicunt) dominio obtinerent. Licet enim prædeceſſor noſter prædictus dominium earum rerum, quæ ipſis fratribus offerri ſeu conferri, aut aliàs obvenire contigerit, quarum tamen uſum facti dumtaxat habere licet ordini, vel fratribus antedictis (uſu facti fratribus reſervato) in ſe Romanamque eccleſiam recipiendum duxerit, ac liberè pertinere decreverit, ut ſuperius eſt expreſſum: attento tamen ipſorum fratrum utendi modo, & ejus effectu, ac ...

a *De utilitate diſputationis omninò vide ſylvam nuptialem Ioannis de Nevizan in princ. Font.*

[ſen]tentia circa modum ipſum Romanæ eccleſiæ ſubſecuta, non ipſe uſus fratrum dici debet, ſed potius Romanæ eccleſiæ dominium eſſe ſimplex. Quis enim ſimplicem uſuarium dicere poterit, cui rem uſuariam licet permutare, vendere ac donare? proculdubio hæc naturæ repugnare noſcuntur, nec ad uſuarium pertinere, quæ tamen de rebus mobilibus antedictis faciunt fratres ipſi. Quòd autem dominium Romanæ eccleſiæ reſervatum ſimplex cenſeri debeat, ex hoc patet, quòd ex illo nullum eidem eccleſiæ temporale obvenit hactenus commodum, nec ſperatur, quòd obvenire debeat in futurum, cùm nec intentio reſervantis, nec fratrum ipſorum fuerit, quòd ad quemcunque alium, quàm ad fratres dictarum rerum perveniret compendium, quod proculdubio modus utendi fratrum ipſorum, & Romanæ eccleſiæ ſubſecuta patientia evidenter declaravit. Et quòd talis intentio fuerit ordinantis, & ex hoc patet, quòd illarum rerum ſibi, & eccleſiæ Romanæ dominium duntaxat retinuit, quarum uſum facti liceret habere ordini, vel fratribus antedictis: talis autem dominii carentia re in præſenti ac ſpe in futurum omnimodo denudati, quoad paupertatem temporalem, quam altiorem (præ mendicantibus aliis in communi habentibus) ſibi vendicant dicti fratres, pauperiorem non efficit non habentem. Quod autem [a] quòd res, quæ uſu conſumuntur, non ſint cenſendi uſuarii fratres ipſi, ex ſequentibus liquet ſatis: dicere ſiquidem, quòd in talibus rebus uſus juris vel facti ſeparatus à proprietate rei ſeu dominio poſſit conſtitui, repugnat juri, & obviat rationi, nec prædeceſſoris noſtri prædicti fuiſſe videtur intentio, Romanæ eccleſiæ talium bonorum dominium reſervare. Quis enim ſanæ mentis credere poterit, quòd intentio fuerit tanti patris, unius ovi, ſeu caſei, aut fruſti panis, & aliorum uſu conſumptibilium, quæ ſæpe fratribus ipſis ad conſumendum in refugio conferuntur, dominium Romanæ eccleſiæ, & uſum fratribus retinere? profectò probabile non videtur, præſertim cùm illorum bonorum duntaxat dominium præfatæ eccleſiæ reſervaverit, quorum ſimplex uſus facti pertinere poteſt ad fratres dicti ordinis, quod nequaquam poteſt in rebus uſu conſumptibilibus reperiri, in quibus nec jus utendi, nec uſus facti, ſeparata à proprietate ſeu dominio poſſunt conſtitui vel haberi. Et quòd de talibus rebus non intellexerit, evidenter oſtendit, dum reſpondet legi, dicenti, non poſſe uſumfructum à dominio perpetuò ſeparari, ne dominium dominis, ſemper abſcedente uſu, inutile redderetur: quæ quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penes unum uſus rei, & penes alium dominium poſſit (licet inutile) remanere, quod nequaquam in rebus uſu conſumptibilibus poteſt eſſe, cùm in illis per uſum vel abuſum uſuarii ſubſtantia talis rei eſſe deſinat, & per conſequens proprietas etiam inutilis non ſubſiſtat. Cum enim uſusfructus prout eſt in re conſtitutus, qui ſervitus dicitur perſonalis, & pro quo reales competunt actiones, nihil ſit aliud, quàm jus utendi, nec uſus, qui etiam perſonalis eſt ſervitus, ſit aliud, quàm jus tantùm utendi rebus alienis ſalva rei ſubſtantia, id eſt jus percipiendi fructus, & utilitatem aliam in totum, vel pro parte ſuo nomine, qui poſſunt ex re, in qua uſusfructus ſeu uſus conſtituitur provenire: propter quod proprietas reputatur inutilis, à qua perpetuò abſcedit uſusfructus ſeu uſus conſtitutus rebus, ex quibus ipſis ſtantibus uſufructuario ſeu uſuario nulla poſſit utilitas provenire: patet quòd ad hoc, quòd talis uſusfructus, vel uſus in re aliqua conſtitui valeat, requiritur, quòd ex re illa poſſint fructus, vel utilitas (ſalva ipſius rei ſubſtantia) ad fructuarium vel uſuarium pervenire. Quòd ſi nulla ad ipſos poſſet ex re ipſa utilitas (ſalva rei ſubſtantia) pervenire, quales res conſtat eſſe uſu conſumptibiles, nequaquam poſſet in rebus ipſis cuiquam uſusfructus vel uſus conſtitui, vel à quoquam haberi. Adhuc nec jus utendi, quod nec eſt jus in re, ne ſervitus perſonalis, ſed merè jus perſonale, pro quo reales actiones non competunt, in rebus talibus, vel rebus ipſis utendi poteſt conſtitui vel haberi, cùm & jus tale exigat, quòd ex re ipſa, quæ ad utendum conceditur, tali modo ad uſuarium pervenire poſſet utilitas aliqua, ac cum uſu permanere uſuarii, ſubſtantia ſalva rei, quod nequaquam poteſt (ſicut ad ſenſum poteſt percipi) in rebus uſu conſumptibilibus reperiri. Rurſus nec ſimplex uſus, qui nec eſt ſervitus, nec pro illo competit jus utendi, in talibus rebus poteſt conſtitui vel haberi: cùm enim uti re aliqua, nihil ſit aliud propriè, quàm fructus rei ſive utilitatem aliam in ſolidum vel pro parte recipere, qui ex ea poſſunt (ſalva rei ſubſtantia) provenire; reſtat quòd re illa uti quis nequeat, ex qua (ejus ſalva ſubſtantia) nulla ſibi provenire poteſt utilitas, quales res uſu conſumptibiles eſſe conſtat. Ex quibus patet, quòd nec uſus, qui eſt ſervitus perſonalis, nec jus utendi quod non eſt ſervitus, ſed merè jus perſonale, nec actus ipſe utendi ſine jure aliquo poſſunt in rebus uſu conſumptibilibus conſtitui vel haberi, cùm quodlibet præmiſſorum exigat, quòd ex re ipſa (ſalva rei ſubſtantia) poſſit habenti jus utendi, ſeu utenti ex re ipſa utilitas aliqua provenire, quod utique in rebus nequit uſu conſumptibilibus reperiri. Nec obviat ſupradictis, quòd idem prædeceſſ. noſt. in ordinatione prædicta etiam illorum, quæ ad vitæ ſuſtentationem pertinent, ſibi & Romanæ eccleſiæ dominium reſervarit: hoc enim de rebus illis duntaxat debet intelligi, quæ uſu non ſunt conſumptibiles, ſine quibus humana vita non eſt ſuſtentabilis, quæ utique non ſunt pauca. Licet autem in rebus uſu conſumptibilibus, nec jus utendi, nec ipſum uti poſſit conſtitui vel haberi, ipſis tamen poterit jus abuti: Abuti autem (dum tractatur de rebus uſu conſumptibilibus) pro rei conſumptione ſumitur, quod ei opponitur, quod eſt uti. Vti quidem præſupponit, quòd cum uſu ſalva rei ſubſtantia maneat, ſed abuti exigit, quòd cum actu hujuſmodi rei ſubſtantia conſumatur: cum abuti nihil aliud, quàm contra naturam uſus uti in hac materia propriè poſſit dici. Licet autem quis re uſibili abſque jure utendi aliquo uti poſſit, ipſum tamen uti etiam in re tali abſque jure utendi, ſeparato à dominio vel conjuncto, nec ab aliquo poteſt conſtitui, nec à quoquam haberi. Et quòd talis uſus conſtitui nequeat, ex hoc patet, quòd dare vel conſtituere quod ſuum non eſt, nec ad ſe pertinet, nemo poteſt, licet interdum illud dare poſſit aliter, quàm ſit ſuum. Actus autem ipſe utendi ad utentem pertinet, in quantum quis ſuorum actuum per liberum arbitrium & voluntatem dominus dicitur, cùm per hoc illos non exercere valeat, vel etiam exercere: non autem actus ipſe utendi ad eum pertinet, qui concedit alii, quod in re ſua actum illum valeat exercere: quod utique nihil eſt aliud, quàm quòd actum ſuum ad rem concedentis ad actum ſuum utens valeat applicare. Sicut qui equum ſuum alicui commodat, non actum equitandi concedit commodatario, ſed quòd actum illum in equo ſuo valeat exercere: quod non eſt utique actum utendi ſimplicem concedere ſine jure, cùm hæc concedere nihil ſit aliud, quàm concedere jus utendi: quod quidem jus utendi ſeparatum à proprietate ſeu dominio in rebus, quæ uſu conſumuntur, nequit conſtitui: ut patet manifeſtius ex prædictis. Præterea quòd ſimplex uſus, id eſt, ſine jure utendi à proprietate ſeu dominio ſeparatus, etiam in re uſibili haberi nequeat, ſic probatur. Si enim poſſit haberi uſus talis, aut ante actum ipſum, aut in ipſo actu, aut poſt completum actum hujuſmodi haberetur. Quòd autem hoc nequeat fieri, ex hoc patet: quod

a Vide gloſſ. poſitam in Clem. exivi. §. proinde. ver. ſolutio. videtur dicendum.

non eſt, nequaquam haberi poteſt: patet autem quòd actus ipſe antequam exerceatur, aut etiam dum exercetur, aut poſtquam perfectus eſt, in rerum natura non eſt, ex quo ſequitur, quòd haberi minimè poteſt: licet enim & ante actum ipſum quis facultatem illam habeat exercendi, per hoc tamen actus ipſe in rerum natura, niſi in potentia, non exiſtit: cùm autem actus eſt in fieri, nec adhuc quòd ipſe actus in rerum natura ſit, poteſt dici, licet pro eo quòd ſit in fieri, dici poſſit: quod enim de actu, qui eſt in fieri, præteriit, vel futurum eſt, jam non eſt in rerum natura, ſed memoria vel apprehenſione tantùm eſt, quare niſi prout in memoria vel apprehenſione tantùm eſt, haberi nequaquam poteſt. Quod autem in præſenti fit, momentaneum vel inſtantaneum eſt, quod utique magis intellectu quàm ſenſu percipi poteſt: unde nec poteſt haberi pro tunc, niſi pro momento illo ſeu inſtanti, in quo cùm fit, poteſt dici actum poſt actum completum: licet ſi ex facto ipſo producta res aliqua fuerit, res ipſa aliqua facta haberi valeat, factum tamen ipſum, quod jam tranſit, niſi in memoria (prout ſupradictum eſt) non habetur. Præterea ſi ſimplex uſus abſque jure utendi haberi poſſit ab aliquo, conſtat, quòd non juſtus eſſet actus utendi hujuſmodi reputandus: cùm ille uſus fuerit, cui jus non competebat utendi: talis autem uſus non juſtus ad perfectionis ſtatum nequaquam pertinet, nec perfectioni aliquid adjicit, ſed ſibi repugnare potius ac detrahere noſcitur manifeſtè. Quòd autem uſum non juſtum conditor canonis fratribus ipſis intellexerit reſervare, nequaquam debet aliquis ſapiens æſtimare, imò quòd de juſto intellexerit ex eo poteſt evidenti apparere, quòd in eadem ordinatione curavit adjicere, quòd illarum rerum duntaxat in ſe & eccleſiam Romanam recipiebat dominium, quarum uſum facti liceret habere fratribus ſeu ordini antedictis, ſubjungens nihilominus, quòd non rerum omnium uſum habere debeant fratres Chriſti: quantum autem ad uſum facti ſimplicem abſque omni jure utendi attinet, nulla rerum quoad fratres differentia eſt cenſenda: ſic enim uti de facto poſſunt prohibitis, ut permiſſis: quare præmiſſa rerum diſtinctio ad illum uſum facti potius eſt referenda, pro quo ipſis competit fratribus jus utendi: quarundam enim rerum uſus fratribus ipſis prohibitus noſcitur, & quarundam permiſſus: ex quo ſequitur, quòd uſus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi debeat, qui juſtus ſit, id eſt pro quo competat jus utendi, & hoc conditor ipſe canonis exprimit evidenter, cùm in eadem ordinatione adjecerit, quòd moderatus uſus in expreſſis prius rebus ipſis fratribus eſt conceſſus. Præterea ſi in rebus conſumptibilibus poſſit uſus conſtitui vel haberi, nequaquam ſimplex, nec à rei ſubſtantia, proprietate, ſeu dominio ſeparatus uſus hujuſmodi poſſet dici, cùm per talem uſum, id eſt utendi actum, & in ipſo actu, & cum ipſo actu res conſumatur hujuſmodi, ac in ipſius rei exerceatur ſubſtantia, nec ſine ipſius conſumptione eſſe valeat uſus talis: ex quo patet, quòd uſus talis nec ſimplex nec ſeparatus à dominio poteſt dici. Rurſus a nedum fratribus ipſis ordinatio prædicta non profuit, ſed etiam occaſionaliter honori ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ non leviter detrahit & detraxit. Nunquid non præfatæ eccleſiæ derogatur honori, ſi ipſam oporteat nunc in foro eccleſiaſtico, nunc in ſeculari, interdum quoque coram pedaneis judicibus, & plerunque pro rebus parvis & vilibus continuè litigare? Hoc autem notum eſt fieri, cum occaſione retentionis dicti dominii omnes cauſæ occurrentes agendo vel defendendo pro bonis hujuſmodi nomine Romanæ eccleſiæ, virtute cujuſdam privilegii à fe. re. Martino Papa quarto prædeceſſore noſtro conceſſi, ſuper hoc agitentur, & (quod gravius eſt cenſendum) procuratores cauſarum hujuſmodi multos vexare dicuntur indebitè, licet poteſtas attributa procuratoribus talibus per privilegium antedictum, quoad adminiſtrationem bonorum præmiſſorum dudum ſervata non fuerit, nec ſervetur, quæ omnia in notam & injuriam ſanctæ Romanæ eccleſiæ non eſt dubium redundare. Adhuc ordinatio antedicta eccleſiarum prælatis & rectoribus gravis exiſtere nimium & moleſta monſtratur. Nunquid non grave præſertim poteſt exiſtere, quòd ipſos oporteat ſe opponere ſanctæ Romanæ eccleſiæ, quæ ipſorum caput noſcitur & magiſtra, ac cum ea agendo vel defendendo litigare aſſiduè, vel cedere juri ſuo? hoc tamen oportet illos facere, cùm in multis dicti fratres prædictis exiſtere dicuntur injurii, ſicut multorum prælatorum & rectorum diverſarum Provinciarum adhuc in curia exiſtentium habet inſinuatio, qui quidem fratres facta ſua per procuratores nituntur defendere antedictos. Nos itaque qui veritatem tenemur colere, velut ille, qui illius, qui veritas noſcitur, licet immeriti, vicem tenemus in terris, illa volentes in ſancta Dei eccleſia, quæ non verbo obtinent tantùm, ſed quæ re potius obſervari: præmiſſis in ſcrutinio rectæ conſiderationis adductis, ac deliberatione cum fratribus noſtris & multis aliis præhabita diligenti, dignum arbitrantes & congruum profeſſores dicti ordinis non verbis tantùm, non ſimulatis actibus, ſed operibus claris veritate fulcitis perfectioris ſtatus, ac altioris paupertatis ſibi prærogativam, præ aliis mendicantibus vendicare, ac nihilominus honori ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ cujus obedibus poſſet gloria, ſi tam perverſæ ſimulationi, quæ profeſſis & ipſis ſimulantibus officit, & aliis ſcandali materiam ſubminiſtrat, diſſimulando illi occurrere, conſentiret: ac inſuper volentes indemnitati prælatorum & rectorum ſalubriter ſuper hoc providere, nolentes in poſterum ſub prætextu ſeu pallio talis dominii temporalis, verbalis, nudi ac ænigmatici tanta bona, quanta dicti fratres faciunt, infici, ac fomentum tantis malis, quanta procedunt ex ſimulatione hujuſmodi, miniſtrare: De fratrum noſtrorum conſilio hoc edicto in perpetuum valituro ſancimus, quòd in bonis, quæ in poſterum conferentur vel offerentur, aut alias quomodolibet obvenire continget fratribus ſeu ordini ſupradictis (exceptis eccleſiis, oratoriis, officinis & habitationibus, ac vaſis, liberis & veſtimentis divinis officiis dedicatis vel dedicandis, quæ ad ipſos obvenient in futurum, ad quæ ſe non extendunt adeo inconvenientia ſupradicta: propter quod conſtitutionem iſtam ad illa extendi nolumus) nullum jus ſeu dominium aliquod occaſione ordinationis prædictæ ſeu cujuſvis alterius à quocunque prædeceſſorum noſtrorum ſuper hoc ſpecialiter æditæ Romanæ eccleſiæ acquiratur, ſed quoad hoc habeantur prorſus ordinationes hujuſmodi pro non factis. Per hoc autem in his, quæ abſque dictis ordinationibus in bonis prædictis ad dictam eccleſiam provenire vel pertinere quomodolibet poterant vel debebant, nullum eidem parari præjudicium volumus, ſed illa ſibi expreſſius intacta & inviolata ſervamus. Et quia præfatum Martini Papæ prædeceſſoris noſtri privilegium, dudum ſervatum quoad adminiſtrationem bonorum præmiſſorum non extitit, nec ſervatur, nominatorum ac ipſorum procuratorum officium, qui nominantur à miniſtris & cuſtodibus dicti ordinis, eccleſiæ Romanæ injurioſum, ac multis aliis moleſtum noſcitur, & etiam onerosum: diſtrictius inhibemus, ne deinceps pro recipiendis, petendis, extorquendis, defendendis ſeu adminiſtrandis bonis, quæ in poſterum fratribus vel ordini prædictis offerri vel conferri, ſeu aliàs obvenire contingat,

a Vide Bart. lib. 2. minori c. 8. diſt. dicentem conſtitutionem Martini non prorſus correctam. adde Baldum relatum per Pet. de Ancha. in Clem. Exivi.

continget, quiſquam nominetur à quoquam ſeu conſtituatur amodo nomine ſanctæ Romanæ eccleſiæ procurator; nec occaſione cujuſvis privilegii, quicunque adminiſtrationem quorumcunque bonorum, quæ obvenire fratribus ipſis, vel ordini continget in poſterum in judicio vel extra, agendo vel defendendo, ſupplicando, vel alias quomodolibet aſſumere vel exercere dictæ eccleſiæ nomine audeat, niſi de ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali: decernentes irritum & inane, ſi ſecus à quoquam in poſterum contigerit attentari: Non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, à Martino Papa prædicto, vel aliis prædeceſſoribus noſtris ipſis fratribus vel ordini, ſub quacunque forma vel expreſſione verborum conceſſis. Per hoc autem dicti ordinis regulæ in aliquo non intendimus derogare, nec privilegiis fratribus ipſis ſeu eorum ordini ab Apoſtolica ſede conceſſis (niſi duntaxat quoad præmiſſa & iſta tangentia) præjudicium aliquod generare. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, inhibitionis, conſtitutionis & intentionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, &c. Datum Avinioni 6. Idus Decemb. pontificatus noſtri, Anno 7.

## CAP. IV.

*Opinio, quæ aſſerit Chriſtum, & ejus diſcipulos nihil habuiſſe, & in his quæ habuerunt nullum jus eis fuiſſe, erronea eſt & hæretica. Hæc extravagans eſt valde notabilis, & gloſſas habet profundas, quæ ſunt ex ſacra ſcripturæ fontibus hauſtæ. Si diligenter extravagantem, præcedentem & ſequentem inſpexeris, locum hunc aptum fuiſſe aſſignatum, mea opinione dixeris.*

CUm [a] inter nonnullos viros ſcholaſticos ſæpè contingat in dubium revocari, utrum pertinaciter affirmare Redemptorem noſtrum, ac Dominum Ieſum Chriſtum, ejusque Apoſtolos in ſpeciali non habuiſſe aliqua, nec in communi, etiam hæreticum ſit cenſendum, diverſa & adverſa etiam ſentientibus circa illud. Nos huic contentioni finem imponere cupientes, aſſertionem hujuſmodi pertinacem, cùm ſcripturæ ſacræ, quæ in pleriſque locis ipſos nonnulla habuiſſe aſſerit, contradicat expreſsè, ipſamque ſcripturam ſacram, per quam utique fidei orthodoxæ probantur articuli, quoad præmiſſa fermentum apertè ſupponat continere mendacii, ac per conſequens quantum in ea eſt ejus in totum fidem evacuans, fidem catholicam reddat, ejus probationem adimens, dubiam & incertam, deinceps erroneam fore cenſendam & hæreticam, de fratrum noſtrorum conſilio hoc perpetuo declaramus edicto. Rurſus in poſterum pertinaciter affirmare, quòd Redemptori noſtro prædicto, ejusque Apoſtolis iis, quæ ipſos habuiſſe ſcriptura ſacra teſtatur, nequaquam jus ipſis utendi competierit, nec illa vendendi ſeu donandi jus habuerint, aut ex ipſis alia acquirendi, quæ tamen ipſos de præmiſſis feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur, ſeu ipſos potuiſſe facere ſupponit expreſsè: cùm talis aſſertio ipſorum uſum & geſta evidenter includat in præmiſſis non juſta, quod utique de uſu, geſtis, ſeu factis Redemptionis noſtri Dei filii ſentire nefas eſt, ſacræ ſcripturæ contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum; aſſertionem ipſam pertinacem de fratrum noſtrorum conſilio deinceps erroneam fore cenſendam meritò ac hæreticam declaramus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum infringere, vel auſu ei temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Avinioni 2. Idus Novemb. Anno 7.

## CAP. V.

*Reprobatur opinio illorum detractorum, qui præſumunt impugnare conſtitutiones Ioan. 22. Ad conditorem canonum. &, Cùm inter nonnullos: ſuprà immediatè præcedentes. Et præmiſſis reſponſionibus ad omnes eorum objectiones, tandem declarantur tanquam hæretici, & Romanæ eccleſiæ rebelles, ab omnibus evitandi, ſi deinceps ſcienter verbo vel ſcripto aliquid defendere vel approbare contra illas præſumpſerint. Hic habetur ſub parte ſecunda & tertia, de clavium materia, prolixa & utilis diſputatio.*

QVia quorundam mentes ſic pater mendacii dicitur excæcaſſe, quòd noſtris conſtitutionibus, quarum una incipit: Ad conditorem canonum: alia verò, Cùm inter nonnullos. utique tam cum fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, quàm cum multis Archiepiſcopis & Epiſcopis, aliiſque eccleſiarum Prælatis, necnon & compluribus ſacræ Theologiæ magiſtris, ac utriuſque juris Profeſſoribus deliberatione præhabita diligenti digeſtis, ac de præmiſſorum fratrum noſtrorum conſilio promulgatis: non abſque multa temeritate plectibili, niſi ſunt detrahere, & nituntur veritatem quam continent, per falſas inſanias obfuſcare. Nos tam pernicioſis auſibus, ne eorum doctrina peſtifera ſimplicium animos labefacere, ac in ſui erroris devium deducere valeat, de eorundem fratrum conſilio decernimus ſuper hoc ſalubriter (ut ſequitur) providere. Ad impugnandas autem conſtitutiones prædictas ſupraſcripta ratione, tam verbo, quàm ſcripto uſi ſunt publicè, ſicut fertur: illud, inquiunt, quod per clavem ſcientiæ, in fide ac moribus ſemel definierunt Romani Pontifices, adeò immutabile perſeverat, quòd illud ſucceſſori revocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare: licet de iis, quæ per clavem poteſtatis ordinaverint, aſſerant ſecus eſſe: in confirmatione autem regulæ ordinis fratrum minorum, Honorii tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti prædeceſſorum noſtrorum ſummorum Pontificum hæc verba aſſerunt contineri: Hæc eſt regula Evangelica Chriſti, & Apoſtolorum imitatrix, quæ nihil in hoc mundo habet proprium vel commune, ſed in rebus, quibus utuntur, habent ſimplicem uſum facti: his addere præſumentes, præfatos ſummos Pontifices, & multa concilia generalia per clavem ſcientiæ definiſſe paupertatem Chriſti & Apoſtolorum conſtitiſſe perfectè in expropriatione cujuslibet temporalis dominii civilis & mundani, & ſuſtentationem eorum in ſolo & nudo uſu facti etiam conſtitiſſe: ex quibus nituntur concludere, non licuiſſe, nec licere ipſorum ſucceſſoribus contra præmiſſa aliquid immutare. Ideoque cùm conſtitutio noſtra in ratione prædicta, contra definitiones prædictorum prædeceſſorum noſtrorum (ſicut aſſerunt) definierit, Chriſtum & Apoſtolos in iis qui habuerunt habuiſſe non tantùm ſimplicem uſum facti, ſed jus faciendi de ipſis, eosque ipſos feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur: pertinacem aſſertionem dicentium ipſos jus hujuſmodi minimè habuiſſe, cùm actus illorum fuiſſe concludant non juſtos, quod de Chriſto nefas eſt dicere, hæreticam declarando: concludere ſatagunt, licet falsò, nobis non licuiſſe declarare vel ſtatuere ſupradicta. Item quia conſtitutio, Ad conditorem canonum: contra definitiones prædictas fratres minores aſſerit non poſſe habere in re aliqua ſimplicem uſum facti, nituntur ſimiliter concludere contra ipſam. Quòd autem quod in ratione prædicta præmittitur, videlicet, quòd illa, quæ per clavem ſcientiæ in fide ac moribus à ſummis pontificibus ſemel ſunt definita, eorum ſucceſſoribus revocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet ſecus ſit (ſicut dicunt) in iis quæ per clavem poteſtatis per ſummos Pontifices ordinantur, prorſus ſit contrarium veritati, patet ex ſequentibus evidenter: primò quidem ſecundùm illos, qui tenere clavem

[a] *Vide B. Anton. p. 4. tit. 12. c. 4. §. 23. & Turrecrem. in ſumma de Eccl. l. 2. c. 112. ad 10. argum.*

ſpiritualem nequaquam eſſe ſcientiam, ſed ligandi atque ſolvendi poteſtatem, patet aſſertores prædictos, ponendo eſſe ſcientiam, erraviſſe: pro quibus facit clavis definitio, quæ à doctoribus datur: Clavis eſt ſpecialis poteſtas ligandi atque ſolvendi, qua judex eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet à regno. Item quia claves, de quibus agimus in collatione ſacerdotalis ordinis, conferuntur: conſtat autem, quòd ordinato in ſacerdotem ſcientia communiter non confertur; quare ſecundùm illos videtur, quòd ſcientia non eſt clavis, ſed potentia tantùm ligandi atque ſolvendi debeat dici clavis. Adhuc ſecundùm illos, qui ponunt unam clavem ſpiritalem eſſe ſcientiam, & ſecundùm illos, qui auctoritatem diſcernendi inter lepram & lepram eſſe aſſerunt clavem, & aliam poteſtatem ligandi atque ſolvendi, noſcuntur evidenter erraſſe. Supponunt enim per claves hujuſmodi circa ea, quæ fidei ſunt, & alia, poſſe per conſtitutionem aliquam definiri: claves autem; quæ in ſacerdotali conferuntur ordine, ad alia minimè ſe extendunt: aliàs ſequeretur quòd circa permiſſa poſſent conſtitutiones ſacerdotes ſimplices facere, quod falſum eſt evidenter. Si autem intendant claves iſtas extendere ad generalem poteſtatem attributam beato Petro, ſuiſque ſucceſſoribus in perſona ejuſdem in commiſſione officii paſtoralis, per quam utique videtur evidenter ipſis omnia conceſſiſſe, ſine quibus paſtoris univerſalis convenienter cura nequit, ſeu officium expediri: adhuc claret ipſos etiam erraſſe: dicunt enim alium affectum habere illa, quæ per clavem ſcientiæ, & alium illa, quæ per clavem potentiæ ſtatuuntur, ſupponentes alia per clavem ſcientiæ, & alia per clavem potentiæ ſtatui, ſeu etiam definiri, quod evidenter eſt falſum; per clavem enim ſcientiæ, ſive per auctoritatem diſcernendi, ſeu cognoſcendi inter lepram & lepram (ſi ipſam dixerimus eſſe clavem) nil aliud per ipſam illi, cui datur, tribuitur, niſi auctoritas cognoſcendi. Ei autem, cui datur auctoritas de re aliqua cognoſcendi, de illa definiendi non intelligitur eſſe data. Quare reſtat, quòd ad convenienter ſtatuendum, ſeu aliquid definiendum, utraque clavis, ſcilicet cognoſcendi & definiendi neceſſariò requiratur: vel quòd ſoli clavi potentiæ ſtatuere competat, & etiam definire: ſed ſicut lumen materiale clavigerum in uſum clavis materialis dirigit, & quaſi quantum ad hoc obtineat ſcientia vicem lucis. Et hoc ſalvator noſter in promiſſione clavium facta beato Petro ſenſiſſe videtur expreſsè, cùm poſt illam immediatè ſubjunxerit: Et quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, nulla de ſcientia habita mentione. Quod autem ſubſequenter proponitur in ratione prædicta: videlicet, quòd in confirmatione & declaratione regulæ fratrum minorum, nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum, videlicet Honorii tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti, verba hujuſmodi continentur. Hæc eſt regula Evangelica, &c. ſuprà poſita, uſque ubi in nudo uſu facti etiam conſtitiſſe patet, prorſus obviat veritati. Honorius quidem præfatam regulam abſque declaratione aliqua confirmavit, in cujus confirmatione de verbis prædictis mentio aliqua non habetur, ut liquere poteſt cuilibet confirmationem hujuſmodi intuenti, niſi quatenus de vita Evangelica habetur mentio in ipſa regulà confirmata: ibi, cùm dicit: Hæc eſt regula fratrum minorum, videlicet domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare, vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Ex quibus verbis concludi non poteſt, quòd per ipſum prædeceſſorem noſtrum ea, quæ ipſi in verbis prædictis aſſerunt, fuerint definita: imò poteſt concludi potius, quòd vita Evangelica, quam Chriſtus & Apoſtoli tenuerunt, habere in communi aliqua non excludat, quum ſine proprio vivere non [illegible], quòd ſic viventes nihil habeant in communi. In declarationibus quoque Gregorii, Innocentii & Alexandri prædictorum, qui eandem regulam abſque confirmatione alia declarant, ſimiliter nulla prorſus fit mentio de prædictis: imò per eas evidenter oſtenditur eorum, quæ habere licet ipſis fratribus, uſum juris ad ordinem pertinere. Gregorius quidem in ſua declaratione, quantum ad hoc, interſeruit, quæ ſequuntur: Dicimus, quòd nec in ſpeciali, nec in communi debent habere proprietatem: ſed utenſilium, librorum, & aliorum mobilium, quas licet habere, ordo uſum habeat, & fratres, ſecundùm quod generalis miniſter & provinciales ordinandum duxerint, his utantur. Innocentius autem & Alexander præfati in ſuis declarationibus ſic dixerunt: Dicimus inſuper, quod cum in ipſa regula contineatur expreſsè, quòd fratres nihil ſibi appropient, neque domum, neque locum, neque aliquam rem, quòd nec in communi, nec in ſpeciali debent proprietatem habere: ſed locorum, & domorum, & utenſilium, & librorum, & eorum, quæ licet habere, ordo uſum habeat, & fratres ſecundùm quod generalis & provinciales miniſtri ordinandum duxerint, his utantur. Cùm enim dicatur in declarationibus ſupradictis, quòd ordo uſum rerum habeat præmiſſarum, ad uſum juris neceſſe eſt hoc referri: facta quidem, cum ſingulorum ſunt, perſonam veram exigunt, & requirunt: ordo autem vera perſona non eſt, ſed repræſentata & imaginaria potius eſt cenſenda: quæ, cum ſunt facti, ſibi ferè convenire nequeunt, licet ei poſſint congruere quæ ſunt juris. Adhuc licet declaratio Nicolai quarti prædicti contineat, quæ ſequuntur. Hi ſunt illi ſanctæ regulæ profeſſores, qui Evangelico fundantur eloquio, vitæ Chriſti roborantur exemplo, fundatorumque militantis eccleſiæ Apoſtolorum ejus ſermonibus & actibus firmantur. Et poſt in eadem declaratione ſubjunxit dicens, quòd abdicatio proprietatis omnium rerum, tam in ſpeciali, quàm in communi propter Deum meritoria eſt & ſancta, quam et Chriſtus viam perfectionis oſtendens, verbo docuit, & exemplo firmavit: quamque primi fundatores militantis eccleſiæ, prout ipſo fonte hauſerant, in volentes perfectè vivere, per doctrinæ ac vitæ ipſorum alveos direxerunt. Ex verbis tamen prædictis nequaquam poteſt colligi, quòd præfati prædeceſſoris noſtri Nicolai intentio fuerit, dicere, quòd dicta regula, quoad omnia, quæ continentur in ea, Evangelico fundetur eloquio, ac vitæ Chriſti roboretur exemplo, nec quod Apoſtolorum vita & actibus ſit firmata. Conſtat enim multa contineri in dicta regula, quæ nec Chriſtus verbo docuit, nec exemplo firmavit: utpote, quòd præcepit conditor regulæ fratribus univerſis, ut nullo modo denarium vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam, necnon & de multis aliis contentis in dicta regula: quæ utique nec Chriſtus, nec Apoſtoli verbo docuerunt, nec firmaverunt exemplo. Nec obſtat, quòd Chriſtus portare pecuniam Apoſtolis & diſcipulis, dum ipſos ad prædicandum mitteret, interdixit: quod tamen antequam eos mitteret, ipſis fuiſſe legimus interdictum. Quodque poſt ipſi tum pecuniam portaverunt, in plerisque locis Evangelica veritas, & Apoſtolica dicta teſtantur. Præterea Auguſtinus dicit expreſsè, quòd illud non fuit præceptum, ſed poteſtas recipiendi neceſſaria ab iis, quibus prædicabant Evangelium, quam ſervare Apoſtolis licuit, vel etiam non ſervare. Sed hoc Romanus Pontifex prædeceſſor noſter Nicolaus, quoad principalia tria vota, ſcilicet in obedientia vivere, & ſine proprio, & in caſtitate, ac alia, ſi qua Evangelio reperiantur expreſſa, in dicta regula videtur intellexiſſe dicere in declaratione prædicta: quod utique declarationibus noſtris ſu

nullo

nullo obviat ſupradictis : adhuc non apparet ipſum dixiſſe ſuſtentationem Chriſti, & Apoſtolorum ejus in ſolo & nudo ſimplici conſiſtere uſu facti : cùm, quoad Chriſtum & Apoſtolos, nullam præfatus prædeceſſor noſter Nicolaus in ſua declaratione fecerit mentionem : imò ſenſiſſe ſatis videtur expreſsè, quòd jus aliud à proprietate habuiſſe potuerunt : cùm de ſola abdicatione proprietatis, non juris alterius, in præfata declaratione, quantum ad ipſos attinet, mentio habetur. Adhuc idem Nicolaus prædeceſſor noſter videtur ſenſiſſe, quòd Chriſtus & Apoſtoli etiam quoad proprietatem habuerunt aliquid in communi, cùm enim in ſua declaratione prædicta verba de abdicatione proprietatis dixiſſet, reſpondens objectioni tacitæ, quæ ſibi de loculis, quos Chriſtus habuiſſe in Evangelio legitur, poterat fieri, ſtatim quæ ſequuntur, ſubjunxit : nec his quiſquam putet obſiſtere, quòd interdum dicitur Chriſtum loculos habuiſſe : nam ſic ipſe Chriſtus, cujus perfecta ſunt opera in ſuis actibus, viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectioni condeſcendens & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret : ſic & infirmorum perſonam Chriſtum aſſerit in loculis ſuſcepiſſe. Aliàs impertinens de loculis fuiſſet objectio, niſi intellexiſſet Chriſtum etiam quoad proprietatem loculos habuiſſe. Præterea ſi diceretur Chriſtum in loculis habuiſſe tantummodo ſimplicem uſum facti. fruſtra diceretur, quòd in perſonam infirmorum ipſos Chriſtus habuit loculos : cùm ſecundùm eum perfectis etiam conveniat habere ſimplicem uſum facti. Et ſi quæratur, propter quos infirmos iſtos loculos habuerit : Auguſtinus, cujus dictum inſertum eſt in decretis, reſpondet dicens : Habebat dominus loculos à fidelibus oblata conſervans, & ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribuebat : unde conſtat ipſum de ſuis diſcipulis hoc ſenſiſſe. Nec hoc ſcilicet in communi & quoad proprietatem aliqua habere derogat, juxta dictum Greg. IX. prædicti, altiſſimæ paupertati, qui in quadam ſua decretali dicit expreſsè, fratres prædicatores & minores in altiſſima paupertate Chriſto pauperi famulari : & tamen conſtat ipſos prædicatores habere in communi etiam quoad proprietatem aliqua, quod eorum regulæ & ſtatui non repugnat. Hoc etiam Alexander prædeceſſor noſter præfatus in commendatione libelli, contra ſtatum prædicatorum & minorum editi videtur ſenſiſſe, in qua aliquando de dictis fratribus, quæ ſequuntur ſubjunxit, cùm inſuper reſpondet, quòd iidem fratres omnia propter Deum derelinquerint, exilia vitæ ſubſidia mendicantes, Chriſtumque imitentur pauperem, perfectionem Evangelicam amplexando : propter quod evidenter apparet eos non ſolùm in ſtatu ſalvandorum exiſtere, ſed etiam perfectorum, & per ſuæ religionis obſervantiam, quæ quidem ipſius perfectionis Evangelicæ tenet formam, in æternæ retributionis præmio præcellentem gloriam promereri : ubi quidem expreſsè dicit, prædicatores Chriſtum pauperem imitari, ipſosque perfectionem Evangelicam amplexari, & in ſtatu exiſtere perfectorum, quodque ipſorum religionis obſervantia perfectionis Evangelicæ tenet formam, & tamen conſtat ipſos habere poſſe etiam quoad proprietatem aliqua juxta eorum regulam in communi. Nec obſtat, quòd dicunt Innoc. alias Celeſtinum V. prædeceſſorem noſtrum dixiſſe, altam paupertatem eſſe, habere pauca propria propter Deum : altiorem, quæ nulla habet propria, tamen habet in communi : altiſſimam, quæ nihil habet in hoc mundo, nec in proprio, nec in communi, dicimus quidem quòd hoc dixerit, non ut Papa, ſed ut frater Petrus de Tarantaſia, in quadam poſtilla ſua, quare dicta præmiſſorum ſummorum Pontificum ſunt ei meritò præferenda. Dicunt etiam quòd Apoſtolus de tali altiſſima loquitur paupertate, dicens : Et altiſſima paupertas eorum abundavit in divitiis ſimplicitatis eorum, quod evidenter eſt falſum : quia ibi loquitur de paupertate Macedonum, qui etiam in ſpeciali bona temporalia obtinebant : de quibus Apoſtolus aſſerit, quòd ſupra vires ſuas miſerant eleemoſynas ſanctis. Quòd autem dicitur in declaratione Nicolai prædeceſſoris noſtri contineri, quòd fratres minores in rebus, quæ eis obveniunt, habent tantùm ſimplicem uſum facti : dicimus quòd ſi ipſe intellexerit ſimplicem uſum facti denudatum omni jure, ita quòd fratres ipſi ſeu ordo nullum jus habeant utendi, hoc eſt expreſsè contra declarationem Greg. Innoc. Alex. ſummorum Pontif. prædictorum, quibus expreſsè quòd talium bonorum ordo uſum habeat, continetur, quod de uſu juris eſt intelligendum neceſſariò, ut ſuperius eſt probatum. Adhuc dicimus quòd eſt cum hoc impoſſibile, ſcilicet uſum facti ſimplicem abſq; jure aliquo (quod nihil aliud, quàm ipſum uti propriè poteſt dici) poſſe in re aliqua etiam uſu non conſumptibili ab aliquo obtineri, prout in decre. ad conditorem canonum, eſt probatum : & a Aug. in lib. XI. de actu, tenet expreſsè. Præterea ſi ſimpliciter uſus denudatus ab omni jure haberi poſſet ab aliquo, conſtat quòd actus utendi hujuſmodi eſſet reputandus non juſtus, cùm ille uſus fuerit, cui jus non competebat utendi : uſus autem non juſtus ad perfectionis ſtatum nequaquam pertinet, nec perfectioni aliquid adjicit, ſed ſibi repugnare potius noſcitur manifeſte. Quòd autem uſum talem non juſtum conditor canonis fratribus ipſis intellexerit reſervare, probabile non videtur : imò quòd de juſto intellexerit, ex eo poteſt evidentius apparere, quòd in eadem ordinatione adjicit, quòd illarum rerum duntaxat in ſe & etiam Rom. eccl. recipiebat dominium, quarum uſum facti liceret habere fratribus ſeu ordini antedictis: ſubjungens quòd non rerum omnium uſum habere debeant fratres ipſi. Quantum autem ad uſum facti ſimplicem abſque omni jure utendi attinet, nulla rerum poteſt cenſeri differentia quoad fratres : ſic enim uti de facto poſſunt prohibitis, ut permiſſis. Ex quo ſequitur quòd uſus facti, de quo ordinario loquitur, de tali intelligi debeat, qui juſtus ſit, & pro quo competat jus utendi, & ipſe videtur conditor canonis ex eo etiam ſenſiſſe, quòd in eadem ordinatione ſubjunxerit, quòd moderatus uſus in expenſis prius rebus ipſis fratribus eſt conceſſus. Rurſus impugnatores conſtitutionum hujuſmodi aſſerere publicè perhibentur, quòd libellum & dicta magiſtrorum aſſerentium dictam paupertatem & vitam dictorum fratrum non eſſe Evangelicam & Apoſtolicam, ſummi Pontifices damnaverunt, diſtrictius per Apoſtolicas literas inhibentes, ne quiſquam præmiſſa vel aliquod præmiſſorum contumaciter aſtruere ſeu quomodolibet præſumeret defenſare, ſtatuentes, quòd præſumens contrarium tanquam contumax, eccleſ. Rom. rebellis, ac ut hæreticus haberetur. Ad quod dicimus aſſertionem hujuſmodi falſam eſſe : non enim continetur in ſententia ſupradicta, quòd contra faciens, ut hæreticus haberetur, quæ quidem quoad hoc continet, quæ ſequuntur : Nos enim nihilominus auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quiſquam præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum pertinaciter aſſerere, vel quomodolibet defenſare præſumat : quicunque verò hoc præſumpſerit, tanquam contumax, & eccleſiæ Roman. rebellis ab omnibus fidelibus habeatur : non fuit adjectum quòd ut hæreticus b haberetur, ut patet in ſerie ſententiæ condemnationis prædictæ. Rurſus aſſeruiſſe dicuntur publicè hujuſmodi aſſertores,

a *Al. ita : & Auguſtin. de doctrina Chriſtiana tenet, &c.*
b *Nota text. bene. & quis dicatur hæreticus, vide gloſſ. Clemen. I. de uſu. c. hæreticus. 24. qu. 3. & Ioan. de Turrecre. lib. 4. par. 1. c. 2. Font.*

quòd abdicatio juris in cujuſcunque rei proprietate & in
uſu ejus eſt ſancta & meritoria propter Deum, & à Chri-
ſto in ſeipſo ſervata, Apoſtolis impoſita, & ab ipſis ſub
voto aſſumpta: nec propter hoc uſus facti ad ſuſtentatio-
nem naturæ in Chriſto & Apoſtolis convincitur eſſe non
juſtus: ſed tantò juſtior atque perfectior, & Deo acce-
ptior, & mundo exemplarior, quantò pleniùs renuncia-
tum fuerit omni juri, per quod poteſt ſic utens pro uſu
hujuſmodi quomodolibet contendere vel in judicio liti-
gare. Quæ quidem aſſertio continet multa falſa: cum
neque Chriſtum expropriationem prædictam omnis juris
in cujuſcunque rei proprietate, & in ejus uſu in ſe ſervaſ-
ſe, nec eam impoſuiſſe Apoſtolis, neque ſub voto ab i-
pſis fuiſſe receptam, Evangelica ſeu Apoſtolica doceat
hiſtoria, ſed contrarium evidentius manifeſtat. Quod
autem in prædicta aſſertione adjicitur, quòd per abdica-
tionem juris prædicti, videlicet proprietatis, is uſus facti
ad ſuſtentationem naturæ in Chriſto & Apoſtolis non
convincitur eſſe non juſtus, ſed tantò juſtior, &c. impoſſi-
bilitatem includit & errorem dictum hujuſmodi eviden-
ter. Impoſſibile enim eſt actum humanum extrinſe-
cum eſſe juſtum, ſi exercens actum ipſum nullum jus
habeat illum exercendi: imò non juſtus ſeu injuſtus,
neceſſariò convincitur talis uſus. Item eſt abſurdum
& erroneum, quòd actus alicujus non habentis jus a-
ctum hujuſmodi faciendi, ſit juſtior & Deo acceptior,
quàm habentis, cùm concludat actum injuſtum juſtio-
rem & Deo acceptiorem exiſtere, quàm ſit juſtus. Ex
præmiſſis autem inferre nituntur, (ut fertur) quòd præ-
dictorum ſummorum Pontificum definitio, quam defi-
nierunt de paupertate Chriſti & Apoſtolorum ac fratrum
minorum prædictorum regula (prout ſuperius expreſ-
ſerunt) per nos non potuit mutari, proculdubio falſa
aſſerunt, dicendo prædeceſſ. noſtros definiviſſe talia, ut
ſuperius eſt probatum, & adhuc ſic loquentes, dum per
talia conſtitutiones noſtras impugnare ſatagunt, con-
ſtitutiones illas, quibus ſe adjuvant, oſtendunt (ſi eo-
rum falſæ aſſertiones veræ exiſterent) fore invalidas, er-
roneas & infirmas. Si enim nobis non licuit contra con-
ſtitutionem Nicol. IV. prædeceſſ. noſtri, in qua ſe fun-
dant, præcipuè aliquid ſtatuere commune, nec ſibi li-
cuit contra ſtatuta Gregor. Innoc. & Alexand. prædicto-
rum ſtatuere aut aliquid declarare, quod tamen ipſum
feciſſe (ſecundùm eorum aſſertionem) noſcitur eviden-
ter: cùm enim illi declaraverint, quòd ordo minorum
habet uſum earum rerum, quas licet eis habere, quod
ad uſum juris eſt referendum neceſſariò, ut ſuperius eſt
probatum: ipſe verò ſecundùm ipſos ſtatuit, quòd nec
ordo, nec fratres jus utendi habeant, ſed tantummodo
ſimplicem uſum facti: & inſuper ordinavit, decrevit &
ſtatuit hujuſmodi conſtitutionem, ordinationem & de
clarationem ſuam duntaxat à fratribus ipſis præcisè &
inviolabiliter perpetuis temporibus obſervandam: con-
ſtat non ſolùm quòd contra declarationes prædeceſſ.
prædictorum ordinaverit, ſed ipſum illas quantum ad
ea, quæ ſua declaratio continet etiam revocaſſe. Ipſe
quoque prædeceſſor noſter in ſua declaratione ſubjun-
xit, ad ſedis Apoſtolicæ declarationem & ordinatio-
nem eorum, & circa ea, quæ ipſa declaraverat pertine-
re, ſic dicens: Si quid in prædictis ambiguitatis emerſe-
rit, hoc ad culmen ſedis Apoſtolicæ deducatur, ut ex au-
ctoritate Apoſtolica ſua in hoc manifeſtetur intentio,
cui ſolùm conceſſum eſt in his ſtatuta concedere, & con-
dita declarare: cujus tamen contrarium aſſerunt hujuſ-
modi aſſertores. Adhuc patet, quòd aſſerunt eſſe fal-
ſum: licet enim Innoc. III. prædictus in generali conci-
lio interdixiſſet novas religiones inſtitui: tamen ſuc-
ceſſores ipſius (non obſtante interdicto hujuſmodi)
plures leguntur ordines confirmaſſe, qui etiam (aliqui-
bus exceptis) fuerunt poſtea per Gregor. IX. præde-
ceſſorem noſtrum diſſoluti certo modo in concilio ge-
nerali. Si igitur poſt interdictum generalis concilii [illegible]
cuit ſummis Pontificibus non confirmatos in totum diſ-
ſolvere, non eſt mirum, ſi quod declarat circa regulas or-
dinum ſolus ſummus Pontifex, vel ordinat, liceat ejus
ſucceſſoribus declarare, ſeu alias immutare. Patet au-
tem quòd neque Honorii confirmatio, neque Gregor.
neque Alexand. neque Nicolai prædictorum facta fuerit
in concilio generali, cùm per nullum ipſorum fuerit ge-
nerale concilium celebratum, licet Innoc. IV. [illegible]
concilium generale, tamen in illo, nec auctoritate [illegible]
jus concilii facta fuit ipſius declaratio ſupradicta. Nico-
laus autem IV. nec celebravit generale concilium, nec a-
liquid circa dictam regulam declaravit. Gregorius au-
tem IX. prædictus, nec confirmavit, nec declaravit di-
ctam regulam: ſed in generali concilio, ubi caſſi fue-
runt nonnulli mendicantium ordines, dictorum fratrum
minorum, & prædicatorum ordines non caſſandos [illegible]
ruit approbatos, ſic dicens: Ad eos, quos evidens [illegible]
utilitas eccleſiæ univerſali proveniens perhibet approba-
tos, præſentem non patimur conſtitutionem extendi.
Præterea dicant nobis, ubi legunt aſſertionem hujuſmodi,
quòd ad fidem vel mores pertineat, Chriſtum & Apoſto-
los non habuiſſe in iis, quæ habuerunt, niſi ſimplicem
uſum facti: profectò directè hoc ad fidem non pertinet,
cùm de hoc articulus non ſit aliquis, nec ſub quo valeat
comprehendi, ut patet in ſymbolis, in quibus articuli fi-
dei continentur: nec etiam reductè, ne quaſi hoc ſacra
ſcriptura contineat, quo negato tota ſcriptura ſacra red-
ditur dubia: & per conſequens articuli fidei, qui habent
per ſcripturam ſacram probari, redduntur dubii & in-
certi: hoc enim in ſcriptura ſacra non poterit, ſed con-
trarium reperiri. De fratribus autem minoribus præ-
dictis conſtat, quòd de ipſorum paupertate & ſimplici u-
ſu facti, ſeu de dominio eorum, quæ ipſis offeruntur,
quòd ſummus Pontifex illud ſibi & Romanæ eccleſiæ re-
ſervaverit vel potuerit reſervare, nec quòd illud reſerva-
tum ſucceſſori abjicere non liceat, ſi hoc expedire viderit,
ſeu quòd procuratores conſtitutos auctoritate ſummi
Pontificis pro negotiis ordinis prædicti ſucceſſoribus
revocare non valeat in prædictis ſymbolis, Evangelio, ne-
que actibus Apoſtolorum & epiſtolis mentio aliqua non
habetur. Vnde non poſſunt ex prædictis concludere, ni-
ſi falsò, quin contra ordinata per ſummos Pontifices cir-
ca talia valeat ſucceſſor aliud ordinare: quod Nicolaus
præfatus expreſsè in ſua declaratione inſerut, ut ſupe-
rius plenius continetur. Nos itaque, ne ſchiſmaticorum
mendaciorum hujuſmodi ac etiam aſſertores de tam pe-
ſtifera, erronea & damnata doctrina, confuſione ac
confuſione utique omni digna, gloriari valeant, & alios
trahere in errorem, cùm auſu arreptando, ac [illegible]
improba auſi defendere publicè fuerint damnatam per
conſtitutionem prædictam hæreſim, ac etiam [illegible]
videlicet quòd Chriſtus & ejus Apoſtoli in iis, quæ ha-
buiſſe leguntur, tantùm habuerint abſque jure aliquo
ſimplicem uſum facti, ex quo (ſi verum eſſet) ſequeretur
uſum Chriſti fuiſſe non juſtum, quod profectò blaſphe-
miam continet, & eſt catholicæ fidei inimicum, [illegible]
hos de pertinaci animoſitate ac erronea [illegible]
bium proceſſiſſe: omnes & ſingulos, qui verbo [illegible]
pto per ſe vel alium ſeu alios talia publicè [illegible]
runt, ipſos quoque qui eos docuerunt in talibus, [illegible]
præmiſſa facerent, in damnatam incidiſſe hæreſim [illegible]
ut hæreticos evitandos fore, de fratrum noſtrorum con-
ſilio declaramus. Si quis autem damnatas per [illegible]
tutionem, cùm inter. prædictam, hæreſes, vel ipſarum
alteram, deinceps ſcienter verbo vel ſcripto defende-
re vel approbare præſumpſerit, de fratrum eorundem
conſilio decernimus, ut tanquam hæreticus ab omni-
bus evidenter habeatur. Adhuc quòd conſtitutionem
noſtram, Ad conditorem canonum. ſupradictam [illegible]
no auſu impugnare niſi ſunt (ſicut fertur) [illegible]

eorundem fratrum conſilio inhibemus, ne quiſquam contra definita, ordinata ſeu facta per ipſam verbo vel ſcripto ſcienter approbet aliquid, vel defendat. Si quis vero contra præſumpſerit, tanquam contumax, & rebellis Roman. Eccleſ. ab omnibus habeatur. Nulli ergo, &c. Data Avinion. IV. Idus Novembris Pontificatus noſtri Anno nono.

*Conſtitutionum viginti Ioannis vigeſimi ſecundi finis.*

# EXTRAVAGANTES COMMUNES, A' DIVERSIS ROMANIS PONTIFICIBUS POST SEXTUM EDITÆ, CUM SUIS (UT VOCANT) SUMMULIS.

## DE CONSUETUDINE.

### *TITULUS I.*

### CAP. VNIC.

*Conſuetudo impediens ne legati ſedis Apoſtolicæ recipiantur, non valet: & illa non obſtante legati ipſi ſunt ab omnibus recipiendi, & eos impedientes ipſo facto excommunicationem incurrunt, & eorum terræ eccleſiaſtico ſubjiciuntur interdicto.*

Ioannes XXII.

SVper gentes & regna Romanus Pontifex à Domino conſtitutus, cùm perſonaliter ſingulas regiones circuire non poſſit, nec circa gregem ſibi creditum curam paſtoralis ſolicitudinis exercere: neceſſe habet interdum ex debito impoſitæ ſervitutis ſuos ad diverſas mundi partes (prout neceſſitates emerſerint) deſtinare legatos, qui vices ipſius ſupplendo, errata corrigant, aſpera in plana convertant, & commiſſis ſibi populis ſalutis incrementa miniſtrent. Veruntamen aliqui hujuſmodi officium & poteſtatem ipſius Roman. Pontificis, quam non ab homine, ſed à Deo recepit, ſub ſuo arbitrio redigere molientes, legatos ipſos niſi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorum tranſmiſſi, ſibi terras ſubjectas (dicentes hoc eis de conſuetudine competere) ingredi non permittunt. Nos hujuſmodi conſuetudinem, non tanquam irrationabilem, quàm nonnunquam animarum ſaluti contrariam, detrahentemque Apoſtolicæ poteſtati, auctoritate Apoſt. penitus reprobantes, legatos ipſos ab omnibus, cujuſcunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus fuerint, debere admitti decernimus: nec eos prætextu cujuſvis conſuetudinis impediri poſſe à quoquam Chriſtiano nomine gloriante, quo minus regna, provincias & terras quaslibet, ad quæ ipſos deſtinari contigerit, ingrediantur liberè, ac commiſſæ ſibi legationis officium exerceant in eiſdem. Qui verò de cætero ſuper prædictis dictos legatos, aut etiam nuncios, quos ad quaſcunque partes pro cauſis quibuslibet ſedes ipſa tranſmiſerit, præſumpſerint impedire, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Regna, terræ & loca quælibet ſubjecta eiſdem tamdiu ſint eo ipſo eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, quamdiu in hujuſmodi contumacia duxerint perſiſtendum. Non obſtantibus quibuslibet indulgentiis, aut privilegiis, Imperatoribus ac Regibus, ſeu quibuſcunque aliis ſub quibuſcunque modis, tenoribus & formis à ſede ipſa conceſſis, quæ contra præmiſſa nullis volumus ſuffragari.

## DE POSTVLATIONE PRÆLATORUM.

### *TITVLVS II.*

### CAP. VNIC.

*Minores XXVII. annis ſeculares, & mendicantes religioſi, ad certas eccleſias prohibentur poſtulare: & puniuntur tam poſtulantes, quàm poſtulati.*

Ioannes XXII.

DIſpendiis & periculis variis, quæ ex ſubſcriptis poſtulationibus poſſent eccleſiis evenire, & vacationum diuturnitatibus, quæ conſueverunt nonnunquam ex poſtulationibus irrationabilibus provenire, ac diſpendiis, quæ inde frequenter eccleſiæ incurrunt, ad futuram rei memoriam obſiſtere cupientes: illum, qui vigeſimum ſeptimum non attigerit annum, ad cathedralem, necnon profeſſorem cujuſvis mendicantium ordinis ad inferiores cathedralibus eccleſias, ad monaſteria extra ſuos ordines poſtulari edicto perpetuo prohibemus. Quòd ſi ſecus poſtulatum fuerit & attentatum, irritum ac nullius penitùs ſit momenti. Et qui ſcienter proceſſerint ad eandem, ea vice poſtulandi

ac eligendi poteſtate privatos, ac beneficiis, quæ in ipſa obtinebunt eccleſia, ad quam poſtulationem hujuſmodi fecerint, per triennium noverint ſe ſuſpenſos. Poſtulatos verò, qui poſtulationis de ſe factæ negotium fuerint per ſe vel per alium in Romana curia proſecuti, illud ibi proponi in publico vel privato conſiſtorio facientes, etiam ſe duntaxat diſpoſitioni ſedis Apoſt. committendo, ſi ſe annum XXVII. non attigiſſe ſciverint (ut præfertur) uſque ad XXXV. annum. Cæteros verò ſeculares & religioſos extra ſuorum adminiſtrationes ordinum perpetuò ineligibiles ac impoſtulabiles eſſe decernimus, ac prorſus inhabiles ad quaſcunque dignitates eccleſiaſticas, & beneficia quælibet obtinenda.

## DE ELECTIONE.

### TITVLVS III.

### CAP. I.

*Multis probat argumentis, promotos in curia non debere ad propria redire ſine literis ſuæ promotionis. Qui ſi ſecus fecerint, pro prælatis non ſunt habendi, pœnaſq́ incurrunt hic expreſſas. Et de iſta extravaganti facit mentionem Pannor. in cap. qualiter. de elect. dicens, quòd nullus antequam habeat literas Apoſtolicas ſuper ſua promotione, debet adminiſtrare, nec debet recipi ab eccleſia tanquam prælatus: aliàs recipientes & receptus incurrunt pœnam, de qua hîc.*

Bonifacius VIII.

INjunctæ nobis debitum ſervitutis expoſcit, ut qui ad reformandos in clero mores & actus (prout nobis ex alto permittitur) ſolertius intendimus, ibi præcipuè reformationis accommodæ remedium apponamus, ubi majus reſpicimus periculum imminere. Sanè quàm periculoſum exiſtat, quòd aliquis in officio, dignitate vel gradu fore ſe aſſerat, & pro tali etiam habeatur, niſi prius ipſe, quod aſſerit, legitimis oſtenderit documentis, tam ex civilibus, quàm ex canonicis inſtitutis colligitur evidenter. Aſſerenti namque cum mandatis principis ſe veniſſe, credendum non eſt, niſi hoc ſcriptis probaverit. Nec ſimiliter creditur ſe aſſerenti legatum. Nunquam enim Apoſt. ſedis moris fuit, abſque ſignatis apicibus undecunque legationem ſuſcipere. Sed nec dicenti ſe delegatum ſedis ejuſdem, creditur vel intenditur, niſi de mandato Apoſtolico fide doceat oculata. Similiter clerici ad alienam diœceſim ſine ſuorum ordinariorum literis venientes, nec in ſuis recipiantur ordinibus, nec ad ſuperiores aſcendant. Clerici quoque & monachi qui de ſuis civitatibus ad alienam urbem proficiſcuntur (niſi muniti veniant ſuorum literis prælatorum) non ſunt clerici vel monachi reputandi. Si quis præterea in clerum electum ſe dicat, ſi ſacerdotem ſeſe nominet, hoc ſcrutandum eſt: quia non ſine periculo eſt in talibus communicatio indiſcuſſa. Quòd autem in illis, qui ſe Epiſcopos, vel ſuperiores prælatos, aut etiam Abbates, Priores, ſeu alios monaſteriorum rectores, quocunque nomine cenſeantur, appellant, ſit diſcuſſio celebris & diligens facienda, luculenter apparet: ſi ſcandala & pericula gravia (quæ ipſorum parere poſſet communicatio indiſcuſſa) diligentius attendantur. Hinc nos evidens evocat ratio, ut cùm præmiſſis aliis caſibus, qui minoris exiſtunt periculi, ſit ex conſtitutionibus editis jam proviſum, hunc ultimum, qui pericula graviora minatur, nequaquam ſine proviſionis opportunæ remedio relinquamus. Præſenti itaque perpetuò valitura conſtitutione ſancimus, ut Epiſcopi & alii prælati ſuperiores, necnon Abbates, Priores & cæteri monaſteriorum regimina exercentes, quocunque nomine cenſeantur, qui apud dictam ſedem promoventur, aut confirmationis, conſecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, ad commiſſas eis eccleſias & monaſteria abſque dictæ ſedis literis hujuſmodi, eorum promotionem, confirmationem, conſecrationem, ſeu benedictionem continentibus, accedere, vel bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non præſumant: nullique eos abſque dictarum literarum oſtenſione recipiant, aut eis pareant vel intendant. Quòd ſi forſan contra præſumptum fuerit, quod per Epiſcopos, Prælatos, Abbates, Priores, & alios monaſteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur: nec quicquam interim iidem Epiſcopi vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes, de eccleſiarum vel monaſteriorum proventibus percipiant eorundem. Capitula verò & conventus eccleſiarum & monaſteriorum ipſorum, & alii quicunque, ipſos abſque hujuſmodi dictæ ſedis literis recipientes, vel obedientes eiſdem, tamdiu ſint à beneficiorum ſuorum perceptione ſuſpenſi, donec ſuper hoc gratiam ſedis gratiam meruerint obtinere. Similiter quoque Epiſcopi, Prælati, Abbates, Priores, & alii monaſteriorum regimina exercentes prædicti, ſolito fidelitatis & obedientiæ juramento non præſtito. Illi etiam Pontifices, quos apud prædictam ſedem pallium contingeret percipere, abſque literis traditionis ipſius pallii, nequaquam ab eadem diſcedant: diſcedentes verò (quouſque [illegible] juramentum præſtiterint, & literas obtinuerint) nihil de ipſarum eccleſiarum & monaſteriorum proventibus percipiant: & quicquid interim per eos (ut de aliis prædicitur) actum fuerit, viribus non ſubſiſtat.

### CAP. II.

*Si religioſus electus non petierit ipſe vel ejus electores [illegible] conſentiendi, intra tempus moderandum pro præſentia vel abſentia ſuperioris, eſt eo ipſo privatus jure ſibi ex electione quæſito, & poſſunt electores alium eligere. H. d. addit. ad c. quam ſit. [illegible])*

Benedictus XI.

SI religioſus, qui abſque ſui ſuperioris licentia electioni de ſe factæ conſentire non poteſt, illam poſt electionem ſibi præſentatam, vel ejus electores, intra tempus pro ejuſdem ſuperioris præſentia vel abſentia moderandum, nequaquam obtineat, dat generale concilium Lugdunenſe electoribus extunc electionem aliam procedendi liberam facultatem. Verùm quia frequenter dubitatum eſt, an etiam ſit eo ipſo jure (ſi quod ei competebat ex hujuſmodi electione) privatus, ſtatuimus illo eum hoc ipſo fore privatum.

### CAP. III.

*Quatuor Patriarchalibus eccleſiis vacantibus, [illegible] poſſe provideri Romano Pontifice inconſulto: quod ſi ſecus factum fuerit, irritum decernitur.*

Idem.

SAncta a Romana eccleſia, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum à Deo, utpote mater univerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra, quatuor patriarchales ſedes [illegible], inter quas poſt ipſam Romanam eccleſiam Conſtantinopolitanam primum, Alexandrinam ſecundam, Antiochenam tertium, & Hieroſolymitanam quartum locum voluit obtinere, ipſaſque multis prærogativis & honoribus ac privilegiis decoravit: de quarum proviſionibus cùm eas vacare contingit, tanto eſt accuratius [illegible] tandum, & attentius providendum, quanto [illegible] minent altitudine dignitatis, & periculoſe [illegible] proviſionibus earundem. Super hoc igitur cum fratribus noſtris habita deliberatione matura, inter alia noſtræ conſiderationi occurrit, quòd omnes (proh dolor) [illegible] dictarum ſedium patriarchalium civitates, aut ſunt [illegible] ctæ, aut occupatæ ab infidelibus, vel a ſchiſmaticis [illegible] nentur, ipſarum capitulis ſeu conventibus & [illegible] diſperſis undique extra civitates ipſas, per alias regiones ſeu loca à civitatibus ipſis remota.

a Vide notata per Doct. in c. antiqua. extra de privil. [illegible]

Ex quo contingit (ſicut experientia nuper nos docuit) quòd vacante Conſtantinopolitana eccleſia, per mortem bonæ memoriæ Petri Patriarchæ, ſolùm per unum duntaxat ejus canonicum fuit de novo paſtore electio celebrata, aliis canonicis ſuis agentibus in remotis: dictus tamen electus juri, ſi quod ſibi ex electione hujuſmodi competebat, in noſtris manibus ſpontè ac liberè reſignavit. Ideoque de eorundem fratrum conſilio & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, ut quandiu civitates ipſæ ſchiſmaticorum, aut infidelium ſubſunt, aut ſuberunt ditioni, aut detinebuntur per eos, canonici dictarum patriarchalium ſedium, cùm eas vel ipſarum aliquam, ſeu aliquas vacare contigerit, ad electionem, poſtulationem, ſeu quamvis proviſionem de præficiendo ſibi Patriarcha vel paſtore nullo modo procedant, quouſque ad Apoſt. ſedis notitiam deducatur. Nos enim à data præſentium decernimus irritum & inane, ſi ſecus per prædicta capitula conventus vel canonicos, aut quemvis alium vel alios ſcienter vel ignoranter fuerit attentatum: non obſtantibus quibuſcunque ipſarum eccleſiarum, vel alicujus earum conſuetudinibus vel ſtatutis, juramento, confirmatione dictæ ſedis, vel quacunque alia firmitate vallatis, ſeu conſtitutionibus, privilegiis, vel indulgentiis ſedis ejuſdem, per quæ effectus præſentium impediri poſſet quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris literis habenda eſſet mentio ſpecialis. Nulli ergo, &c. Data Laterani X. Calend. Ianuar. Pontificatus noſtri Anno 7.

## CAP. IV.

*Cum beneficia apud ſed. Apoſt. vacantia ſint ſoli Papæ reſervata, oſtendit, quæ & quorum apud ſedem vacare dicantur eandem. Et primò loquitur de reſervationibus, ſecundò de penſionibus.*

Ioannes XXII.

Ex debito paſtoralis officii, nobis quanquam immeritis ſuperna diſpoſitione commiſſi, periculis animarum & eccleſiarum ac monaſteriorum diſpendiis, quæ ob ipſorum vacationes diutinas ipſis ſolent frequentius provenire, congruis remediis (quantum nobis ex alto conceditur) ſalubriter occurrere intendentes, ut celerius & utilius provideatur eccleſiis ac monaſteriis antedictis, & ut Rom. eccl. quæ ſuper ipſas eccleſias ac monaſteria ex divina proviſione obtinere dignoſcitur principatum, honor debitus impendatur: prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, præſertim feli. record. Bonif. VIII. qui dignitates, perſonatus, eccleſias & alia eccleſiaſtica beneficia, & Cle. V. qui tam hujuſmodi dignitates, perſonatus, eccleſias, beneficia, quàm cathedrales eccleſias quaslibet, monaſteria, prioratus, adminiſtrationes & officia quæcunque, quæ apud ſedem Apoſt. vacarent, proviſioni Apoſtolicæ ſub certis tenoribus reſervaverunt, veſtigiis inhærentes: Nos ex cauſis rationabilibus, quæ ad id noſtrum animum induxerunt, de fratrum noſtrorum conſilio, nonnulla detrahendo, aliqua declarando, & quædam addendo de novo, epiſcopales, & earum ſuperiores ſedes, monaſteria, & regulares eccleſias, ad quæ hi qui eis pro tempore præficiendi ſint, etiam per electionem canonicam aſſumuntur, prioratus, officia vel adminiſtrationes eorundem, dignitates, perſonatus, præbendas, aliaque eccleſiaſtica beneficia, cum cura vel ſine cura, quocunque nomine cenſeantur, quæ apud prædictam ſedem vacant ad præſens, & ex nunc in antea (donec Chriſti dignatio nos dignabitur univerſalis eccleſiæ ſponſæ ſuæ regimini præſidere) vacare contigerit apud eam: proviſioni noſtræ de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolica reſervamus. Hujuſmodi autem ſedes, monaſteria, eccleſias & alia præfata beneficia eccleſiaſtica, per mortem vel depoſitionem, ac privationem eorum, qui ea obtinerent: per electionum caſſationem, poſtulationum repulſionem, renunciationem, quorumlibet proviſionem, translationem, ſive per ſucceſſionem muneris conſecrationis, aut benedictionis dudum à dicto Clemente prædeceſſ. noſt. promotis impenſi: niſi de ipſis diſpoſuerit prædeceſſor, & à nobis, ſive auctoritate noſtra promovendis impendendi apud ſedem ipſam, vel etiam ubicunque aut quovis alio modo canonicè vacare, apud ſedem intelligimus prælibatam. Epiſcopales inſuper vel alias dignitates, eccleſias, monaſteria, & alia prædicta fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium apud dictam ſedem, per eorum obitum vacare cenſemus, ſive inibi, ſive alibi ubicunque ipſos migrare contigerit de hac luce. Et hoc idem in dignitatibus & beneficiis quibuslibet (ut de aliis præmittitur) officialium noſtrorum: videlicet Vicecancellarii, ejuſdem eccleſiæ camerarii, notariorum, auditoris contradictarum, correctorum, ſcriptorum literarum, ac pœnitentiariorum noſtrorum, necnon abbreviatorum curiæ Romanæ locum ſibi volumus vendicare. Rurſus hujus noſtræ reſervationis edictum ad dignitates, & alia jam dicta Capellanorum noſtrorum commenſalium, & quorumlibet aliorum ratione officii, vel ex cauſa legitima in dicta curia morantium, quando à nobis pro noſtris, & ejuſdem ſedis negotiis proſequendis, de ipſa curia quocunque modo præmiſſi, vel aliqui eorum tranſmiſſi, aut legati vel nuncii fuerint: & eos ubilibet ante ipſorum ad præfatam curiam reditum (durante legatione, ſeu proſecutione ipſorum negotiorum) rebus eximi contigerit ab humanis, duximus extendendum. Et idipſum etiam eſſe volumus in hujuſmodi Capellanis commenſalibus: etiam ſi (ut præmittitur) nunc tranſmiſſi fuerint ubicunque, & ipſos rebus eximi contigerit ab humanis. Cæterùm edictum ipſum trahimus ad ſedes, monaſteria, & alia ſupradicta, quæ vivente adhuc dicto Clem. prædeceſſore noſtro uſque ad ejus obitum, niſi de ipſis per eum fuerit ordinatum, & deinde uſque ad datam præſentium apud ſedem vacaverint eandem: illaque vacare decernimus apud ipſam, dummodo in eis jus in re, licet ad rem non ſit aliquibus acquiſitum: Decernentes extunc irritum & inane, ſi ſecus in prædictis & ſingulis eorum ſcienter vel ignoranter, per quæcunque ſeu quoſcunque Apoſtolica vel alia quavis auctoritate attentatum fuerit, vel contigerit in poſterum attentari: Non obſtantibus piæ memoriæ Gregorii decimi, ac Bonifacii octavi, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus ſuper hoc editis: quatenus edicto eſſent & ſunt contrariæ memorato. Cæteris in ipſis conſtitutionibus contentis, in ſuo robore duraturis. Penſiones inſuper annuas ab Epiſcopis & eorum ſuperioribus aliiſque prælatis inferioribus, necnon quibuſcunque Capellanis, conventibus, collegiis, vel ſingularibus perſonis factas & faciendas perſonaliter, aliquibus ex eiſdem Cardinalibus, ſeu quibuſvis aliis ex prænominatis perſonis, & penſiones præterea ſeu aſſignationes quantitatum quarumlibet ſuper certis Provinciis, diœceſibus, eccleſiis, monaſteriis, & aliis eccleſiaſticis locis aut ordinibus, etiam à quibuſvis prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus factas præmiſſis perſonis, ſive alicui earundem, vel monaſteria, prioratus, adminiſtrationes quaslibet, beneficia regularia vel alia quælibet quocunque nomine cenſeantur, non conſueta ab olim clericis ſecularibus aſſignari: hujuſmodi perſonis vel alicui earundem collata, ſive conceſſa in commendam, vel alio quovis titulo ab eiſdem prædeceſſoribus, ſeu aliis Epiſcopis, vel ſuperioribus prælatis, capitulis, aut conventibus, vel collegiis ſub edicto prædicto nolumus aliquatenus comprehendi, quo minus eis cedentibus vel decedentibus, ſive illa quovis alio modo dimittentibus, monaſteria ipſa, prioratus, adminiſtrationes, beneficia, ac loca hujuſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

modi, ad eccleſias & monaſteria, ſive alia loca religioſa, vel alia eccleſiaſtica, eorumque prælatos, ſive perſonas, ad quas antea eorum diſpoſitio pertinebat, ſeu quibus immediatè ſubeſſe noſcuntur, liberè revertantur: niſi eis quid canonicum obſtiterit, vel de ipſis aliter duxerimus diſponendum.

## DE AVCTORITATE ET VSV PALLII.

### TITVLVS IV.

### CAP. VNICVM.

*Pallii traditio per objectum criminis vel defectus retardari non debet, niſi objiciens præmiſſo juramento, de objectis promptam fidem faciat. Et quid ſit promptam fidem facere, declarat.*

Ioannes XXII.

MAlitiis hominum, quæ ſæpe circa impediendam pallii dationem committuntur, volentes ſalubriter obviare, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ut deinceps per objectum cujuſvis criminis ſeu defectus traditio pallii, facienda iis, qui ad metropolitanarum eccleſiarum, ſeu aliarum regimen aſſumuntur, non impediatur in aliquo nec retardetur, niſi objicientes firment corporali præſtito juramento, ſe id malitioſè non agere, ſed objecta vera eſſe ſe credere, ac de objectis offerant facere promptam fidem: & nihilominus ad pœnam talionis, ſeu extraordinariam ſe obligent arbitrio præſidentis. Promptam verò fidem intelligimus in hoc caſu, ſi intra bimeſtris temporis ſpatium numerandum à die collationis id antea probaverint legitimè, quod opponunt. Quòd ſi non fecerint (eorum objectibus nequaquam obſtantibus) ad ipſius traditionem pallii procedatur. Per traditionem autem hujuſmodi, viæ accuſationis, denunciationis, vel inquiſitionis nullum volumus præjudicium generari.

## DE OFFICIO CVSTODIS.

### TITVLVS V.

### CAP. VNICVM.

*In religioſorum mendicantium conventibus plures campanæ eſſe non poſſunt ſine ſpeciali Papæ licentia: plures autem campanulas in refectoriis, capitulis & alibi licitè poſſunt ipſi religioſi mendicantes habere, hoc dicit. Et eſt extravagans notabilis: & quia pulſare campanas eſt cuſtodis officium, ut patet eod. tit. c. 1. in ant. ideò hîc non abs re collocata eſt.*

Ioannes XXII.

QVia cunctos orthodoxæ fidei profeſſores, & viros præſertim eccleſiaſticos ſic hortamur adinvicem, & quoad alios etiam, converſari, quòd ex ipſorum geſtis nullius offendatur juſtitia, nec cuiquam ſcandali materia præparetur. Advertentes quòd eo, quòd nonnulli mendicantium ordinum profeſſores in nonnullis ſuis conventibus plures campanas obtinent, & in poſterum ſatagunt obtinere, cathedrales ac eccleſiæ aliæ ſuæ queruntur propterea juſtitiæ detrahi, & exinde civitatibus locorum interdum afferri divinis officiis impedimentum: videturque inter ipſos litigiis & ſcandalis via aperiri. Nos præmiſſis obviare cupientes periculis, pacemque deſiderantes inter ipſos (ſine qua bene pacis auctor non colitur) obſervari: de fratrum noſtrorum conſilio hoc edicto perpetuo ordinamus, quòd religioſi dictorum ordinum mendicantium in nullo conventu ſuo, ſeu loco, plures campanas habeant, ſine ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, ſed una tantummodo pro loco quolibet ſint contenti. Quod ſi forſan communitas ſeu univerſitas aliqua eccleſiaſtica vel mundana, ſeu iidem religioſi pro illis, in aliquo ipſorum locorum campanam aliam habuerint, vel nunc habent, non illam, ſed aliam ſolam eorum ſpecialiter uſibus deputatam pulſare valeant horis diurnis & nocturnis, miſſis & aliis conſuetis. Concedimus religioſis eiſdem permittimus, quod ubi hactenus plures campanas ſine lite & contradictione qualibet in ſuis duntaxat proprios habuerint, & nunc habent, illis tamen deinceps liberè uti poſſint. Aliis quibuſcunque per eos habitis intra trium menſium ſpatium de ſuis locis ſeu campanilibus deponendis, & nullatenus iterum reponendis. Verùm campanulas, quæ in refectoriis, claustiis, capitulis, & aliis forſan officinis religioſorum ipſorum conſueverunt haberi, ſub iſta noſtra ordinatione nolumus comprehendi. Nulli ergo, &c. Datum, &c. Nonis Novembris, Pontificatus noſtri Anno 2.

## DE OFFICIO DELEGATI.

### TITVLVS VI.

### CAP. VNICVM.

*Literæ Apoſtolicæ impetratæ ad gratias ſeu abſolutionem in quibus civitatibus ſeu diœceſibus dum erant integræ, non obſtante diviſione facta de ipſis in duas ſeu plures civitates ſeu diœceſes, quæ diviſio facta propter divini cultus augmentum, & populi incrementum, & etiam executores ſeu judices earundem, habeant ſub eiſdem modo & forma illum vigorem in ſic diviſis, quem habebant in illis, dum integræ remanebant.* a

Ioannes XXII. *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

SEdes Apoſtolica in ſuis actibus veritatem proſequens, lucem amans, libenter evitat nodoſi ambiguitatis involucrum: Illamque ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſervare cautelam intendit, unde illis proveniant commoda, quòd aliis non immineat detrimentum. Sanè pridem ad divini cultus augmentum, & ad ſalutem populi, quem in nonnullis civitatibus & diœceſibus ſic multiplicarat altiſſimus, quod in earum ſingulis ſingulorum vultus nequibat, ut deceret, unicus paſtor inſpicere, aut alias partes boni paſtoris implere, ſalubriter intendentes, in ipſis diœceſibus quarum nonnullas in duas, & aliquas in plures diœceſes duximus dividendas, certas earum civitates ac eccleſias earumdem cathedrales, quarum ſingulis proprias diſtinctas & limitatas juſſimus aſſignari. Verum quoniam plures ante ordinationem ſeu diviſionem noſtram hujuſmodi tam à nobis, quàm à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Apoſtolicas obtinuerunt literas, ſuper beneficiis eccleſiaſticis in ipſis tunc integris diœceſibus vacaturis, quarum nonnullæ reſtant adhuc executioni mandandæ: Nos amovere volentes cujuſvis dubitationis ſcrupulum, qui circa executionem gratiarum ſuper hujuſmodi beneficiis conceſſarum poſſet forſan incidere, conſiderato attentius quòd per ordinationem ſeu diviſionem noſtram prædictam, jus ad rem expectantibus dicta beneficia antè competens ex ratione immutari non debet, quia adeò efficax in diviſis diœceſibus maneat, ſicut in ipſis quondam integris: auctoritate præſentium declaramus, quòd omnes & ſingulæ gratiæ, ſuper beneficiis vacaturis ante diviſionem hujuſmodi in ipſis quondam integris diœceſibus à nobis vel prædictis prædeceſſoribus noſtris perſonis quibuſcunque conceſſæ, tam in ipſis noviter diviſis, quàm in aliis diœceſibus deciſis ab illis diviſis, quàm in aliis diœceſibus poſſint ſuo ordine per executores ſub modo & forma mandatos, & alios, ad quos id pertinebit, ad debitam executionem adduci, quibus ante diviſionem hujuſmodi poterant, & debebant. Idem etiam declaramus quoad literas Apoſtolicas juſtitiam continentes, ut videlicet judices dati per illas in cauſis quarumlibet perſonarum, quæ nunc de eiſdem diœceſibus diviſis exiſtunt,

a *Hæc extravagans habetur inter XX. Ioan. XXII. ſub tit. de conceſſ. præb. cum gl. domini Zenzelini.*

poſſint

poſſint juxta earum tenorem perinde procedere, ac ſi dictæ diœceſes, de quibus mentio in eiſdem literis habetur, integræ remanſiſſent. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinion. 3. Cal. Novemb. Pontificatus noſtri Anno 2.

## DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII.

### TITVLVS VII.

### CAP. I.

*Epiſcopus monaſterium viſitans non tenetur accipere monachos illius monaſterii pro tabellionibus: etiamſi hoc haberet conſuetudo. Nec in actu viſitationis debet eſſe ſolus, ſed duos vel tres clericos cum notario, qui ſimiliter ſit clericus, ſecum aſſumat. h. d.*

Bonifacius VIII.

DEbent ſuperioribus ſuis reverentiam ſubditi: & dum ſalubriter ab eis pro culpis correctionem velut curantium medicamenta recipiunt, obedientiam exhibere tenentur. Rurſus oportet præpoſitos cum charitate a corrigere: decet eos inferre humiliter, quod docent, & paterna ſubjectos dilectione fovere. Si debitor delicatus effugitur, ſi onerosus creditor minimè reperitur. Sanè dudum venerabili fratre noſtro A. Epiſcopo Dulmen. ad viſitandum capitulum ſuæ eccleſiæ Dulmen. quæ regularis ordinis ſancti Benedicti fore noſcitur, deſcendente, prior & capitulum ipſius eccleſiæ excipientes, quòd de conſuetudine erat eccleſiæ ſupradictæ, à tempore, cujus non erat memoria, inconceſsè ſervatum, quòd Epiſcopi Dulmen. qui fuerunt pro tempore per ſe ſolos abſque aliis religioſis ſibi adjunctis, vel clericis, vel laicis ſecularibus quibuſcunque, aſſumptis ſibi loco notarii monacho ſeu monachis capituli memorati, viſitationem ſuam hactenus præfato impenderunt capitulo: ſupplicarunt eidem Epiſcopo ut omnes tam clericos, quam laicos, religioſos & ſeculares (antequam viſitationem actualiter exerceret) à capitulo præciperet amoveri: quibus amotis parati erant ipſum admittere ad viſitationem hujuſmodi peragendam. Et quia dictus Epiſcopus eos ſuper hoc non audivit, quanquam proteſtaretur ſe velle omnes clericos ſuos, & alios (præter tres, vel quatuor, & notarium) removere: & ſic ſuam viſitationem incipere & complere, idem prior & capitulum ad ſedem Apoſtolicam appellarunt. Propoſito itaque hujuſmodi negotio coram nobis, & auditis, & intellectis, quæ partes dicere voluerunt: nos conſiderantes, quòd conſuetudo prædicta contra communem utilitatem, facultatem probationum (quæ non eſt anguſtanda) reſtringit, propter quod etiam, ut ſalva ſcilicet ſit rerum probatio, quia publicè intereſt, na veritas occultetur, cautum eſt jure, ut curent magiſtratus teſtari, id eſt teſtificari volentibus, ſeipſos, & alios teſtes, vel ſignatores præbere. Et ſtatuit generale concilium, ut à judicibus adhibeatur perſona publica, vel duo viri idonei, qui acta conſcribant. Quos quidem monachos ad prædicta, tum propter eorum profeſſionem, quæ illorum vocem facit ſuſpectam, & ipſos arcet à judiciis, & publicis ſive civilibus actibus, nec patitur (prout conſtitutio novella declarat) niſi in inquiſitionis hæreticæ pravitatis cauſa, tabellionis (cujus vicem in hac parte duo viri per ſupradictum concilium obtinent) officium exercere: tum quia ſuſpecti nec contra priorem, aut capitulum, quibus ſubſunt, quæ corrigenda invenirentur, fideliter & rectè conſcriberent, conſtat non eſſe idoneos. Attendentes quoque quòd id epiſcopali non modicum detrahit dignitati, ſi ab Epiſcopo, qui dignitatem propriam ſuo ingenio augere debet, & comites honoris ſui cauſa adhibiti abducantur, ſeque ſolum ſuſpectis quandoque forſitan, quos viſitat, committere compellatur: dictam conſuetudinem, per quam prælibati prior & capitulum videntur nimium delicati, tanquam non rationabilem reprobamus. Sed ne ſit Epiſcopus onerosus, decernimus, noſtrorum prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, ut cùm ad viſitationem de cætero faciendam in eccleſia memorata deſcenderit, in viſitationis actu duas vel tres honeſtas perſonas clericali charactere inſignitas, quarum una ad minus ſit religioſa ordinis ſupradicti, & unum notarium clericum ſecum habeat, & non plures: Conſuetudine aliqua obtenta, & compoſitione qualibet inter partes ipſas ſuper hoc in contrarium facta hactenus non obſtante. Nulli ergo liceat hanc pag. noſtrarum reprobationis, conſtitutionis, &c. Datum Anag. X. Calend. Auguſt. Pontificatus noſtri Anno 8.

a Vide Conc. Trid. ſeſſ. 13. de refor. c. 1.

### CAP. II.

*Beneficia plura incompatibilia obtinens ſine diſpenſatione, debet illa præter ultimum in manu ordinarii intra duos menſes dimittere: aliàs pœnas incurrit hic poſitas. Et debet ordinarius tales plura beneficia obtinentes compellere ad oſtendendam diſpenſationem: quòd ſi non fecerit, ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpenditur. vide cap. ordinarii. eod. tit. lib. 6. quòd ſi diligenter notetur, hæc extravagans ſub hoc tit. rectè collocata dicetur.*

Ioannes XXII.

VT a quos virtutis amor à vitio ambitionis execrandæ, & avaritiæ cæcitate non retrahit, ſaltem rigor coërceat diſciplinæ: Statuimus, ut quicunque plures dignitates, vel perſonatus, aut parœciales eccleſias, aut dignitatem, vel perſonatum cum alio beneficio curam animarum habente, ſimul ſine diſpenſatione canonica detinens, illa omnia & ſingula (illo duntaxat excepto, quod ultimò receperit, quod poſſit, ſi tamen in eo ex collatione canonica jus ſibi competat, retinere) intra duos menſes à die notitiæ hujuſmodi noſtræ conſtitutionis continuè numerandos efficaciter verbo & facto, abſque fraude aliqua in manu ordinarii dimittere teneatur: per eum, vel per eos, ad quem, vel ad quos eorum diſpoſitio ſpectabit, ea vice liberè diſponenda. Quòd ſi non fecerit, etiam illo ſit ipſo jure privatus, in quo jus competebat eidem: & inhabilis ad quæcunque beneficia obtinenda penitus cenſeatur. Qui verò deinceps receperit dignitatem, vel perſonatum, aut beneficium curam habens animarum annexam, ſi prius ſimile beneficium obtinebat, primum, quo poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerit, vel per eum (omni dolo & fraude ceſſantibus) quò minus habeat, ſteterit, privatus noſcitur ipſo jure, abſque moræ diſpendio in manu ordinarii omninò ſimiliter dimittere teneatur, per eum vel eos, ad quem ſeu quos collatio ſeu ordinatio ſpectaverit, diſponendum: quod niſi fecerit, ex tunc ſecundo ſit ipſo jure privatus, & inhabilis ad ſacros ordines, & ad quodcunque beneficium eccleſiaſticum obtinendum. Vt autem præmiſſorum fructus facilius ſubſequatur, omnibus & ſingulis ordinariis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiæ, quam eos (ſi in exequendis ſubſequentibus negligentes fuerint) incurrere volumus ipſo facto, diſtrictè præcipimus & mandamus, ut ſub certa & formidabili pœna eorum arbitrio infligenda, ſubditis ſuis plures dignitates & perſonatus aut eccleſias, quibus cura imminet animarum, aut dignitatem vel perſonatum cum alio beneficio, cui cura ſimilis ſit annexa, obtinentibus, injungere debeant, quòd diſpenſationes,

a Vide Conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap. 2. & 4. & ſeſſ. 24. de reform. c. 17.

auctoritate quarum hujuſmodi eccleſias, perſonatus, vel dignitates obtinent, ſi quas habent, necnon & titulos eccleſiarum, dignitatum vel perſonatuum eorundem, intra tempus pro facti qualitate ipſorum ordinariorum moderandum arbitrio, ordinariis ipſis, vel iis, quem vel quos ad hoc duxerint deputandos, exhibere procurent. De proceſſibus habendis ſuper his exhibitis, propoſitis & productis, reddituri abſque moræ diſpendio per ſcripta publica conficienda ſuper his, ſedem Apoſtolicam certiorem.

## DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

### TITVLVS VIII.

### CAP. I.

*Omnes Chriſti fideles de neceſſitate ſalutis ſubſunt Romano Pontifici, qui utrunq; gladium habet, & omnes judicat, à nemine autem judicatur. Hæc tamen extravagans Regem Franciæ & regnicolas non amplius ſubjicit eccleſiæ Romanæ, quàm prius erant: ut patet ʒ. de privil. meruit.*

Bonifacius VIII.

VNam ſanctam eccleſiam catholicam & ipſam Apoſtolicam urgente fide credere cogimur & tenere. Nosque hanc firmiter credimus & ſimpliciter confitemur: extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum. Sponſo in Canticis *a* proclamante: Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ, quæ unum corpus myſticum repræſentat, cujus caput Chriſtus: Chriſti verò Deus. In qua unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma. Vna nempe fuit diluvii tempore arca Noë, unam eccleſiam præfigurans, quæ in uno cubito conſummata, unum (Noë videlicet) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia ſubſiſtentia ſuper terram legimus fuiſſe deleta. Hanc autem veneramur & unicam: dicente Domino in *b* Propheta: Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam: pro anima enim, id eſt, pro ſe ipſo capite ſimul oravit & corpore, quod corpus unicam ſcilicet eccleſiam nominavit, propter ſponſi fidei ſacramentorum & charitatis eccleſiæ unitatem. Hæc eſt tunica *c* illa Domini inconſutilis, quæ ſciſſa non fuit ſed ſorte provenit. Igitur Eccleſiæ unius & unicæ, unum corpus, unum caput, non duo capita, quaſi monſtrum: Chriſtus videlicet & Chriſti vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor, dicente Domino ipſo Petro, Paſce *d* oves meas, inquit, & generaliter non ſingulariter has vel illas, per quod commiſiſſe ſibi intelligitur univerſas. Sive ergo Græci ſive alii ſe dicant Petro ejusque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, fateantur neceſſe ſe de ovibus Chriſti non eſſe: dicente Domino in Ioanne: Vnum *e* ovile & unicum eſſe paſtorem. In hac ejusque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet & temporalem, evangelicis dictis inſtruimur. Nam dicentibus Apoſtolis, Ecce gladii duo hîc: in eccleſia ſcilicet, cùm Apoſtoli loquerentur, non reſpondit Dominus nimis eſſe, ſed ſatis. Certè qui in poteſtate Petri temporalem gladium eſſe negat, malè verbum attendit Domini proferentis, Converte gladium tuum *f* in vaginam. Vterque ergo eſt in poteſtate eccleſiæ, ſpiritalis ſcilicet gladius & materialis. Sed is quidem pro eccleſia, ille verò ab eccleſia exercendus. Ille ſacerdotis, is manu Regum & militum, ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis. Oportet autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpiritali ſubjici poteſtati. Nam cùm dicat Apoſtolus: Non *g* eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt: non autem ordinatæ eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Nam ſecundùm B. Dionyſium, Lex divinitatis eſt, infima per media in ſuprema reduci. Non ergo ſecundùm ordinem univerſi omnia æquè ac immediatè, ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur. Spiritalem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere poteſtatem, oportet tantò clarius nos fateri, quantò ſpiritalia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione, & benedictione, & ſanctificatione, ex ipſius poteſtatis acceptione, ex ipſarum rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate teſtante, ſpiritalis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet, & judicare ſi bona non fuerit: ſic de eccleſia & eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticinium Hieremiæ: Ecce *a* conſtitui te hodie ſuper gentes & regna: & cætera, quæ ſequuntur. Ergo ſi deviat terrena poteſtas, judicabitur à poteſtate ſpirituali: ſed ſi deviat ſpiritalis minor, à ſuo ſuperiori. Si verò ſuprema à ſolo Deo, non ab homine poterit judicari: teſtante Apoſtolo, Spiritalis homo judicat omnia, ipſe autem à nemine judicatur. Eſt autem hæc auctoritas (& ſi data ſit homini, & exerceatur per hominem) non humana, ſed potius divina, ore divino Petro data, ſibique ſuisque ſucceſſoribus in ipſo quem confeſſus fuit petra firmata: dicente Domino ipſi Petro: Quodcunque ligaveris *b*, &c. Quicunque igitur huic poteſtati à Deo ſic ordinatæ reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, niſi duo (ſicut Manichæus) fingat eſſe principia, quod falſum & hæreticum judicamus: quia (teſtante *c* Moſe) non in principiis, ſed in principio cœlum Deus creavit & terram. Porrò ſubeſſe Romano Pontifici omni *d* humanæ creaturæ declaramus, dicimus, definimus & pronunciamus omninò eſſe de neceſſitate ſalutis. Dat. Laterani Pontificatus noſtri Anno 8.

### CAP. II.

*Prælati non diſcurrant, præſertim habitu transformato: qui ſi ad curiam venerint, inde recedere [illegible] alias ipſi & receptantes illos, excommunicati ſunt.*

Ioannes XXII.

VT prælatorum inepta diſcurſibus [illegible] & ſimplicitas ſimulationibus obvia, & ipſorum ad Chriſti vicarium indevotio, religioſitati quippe contraria, non immeritò arguenda, cùm reverentiam illorum [illegible] ctitas, lucem puritas, firmosque maturitas [illegible] ſus, ut ſunt vita mundi, fama clari, proficuique [illegible] tur exemplo. Verùm quia ipſorum quorundam (ut [illegible] dignorum habet aſſertio) eò vana prorupit [illegible] dixerimus perniciosa temeritas, quòd (veſtibus [illegible] lis ſanctitatis abjectis diſſimulato habitu) ad [illegible] à ſuis ſedibus partes ſe transferunt. Quinimo [illegible] dem Apoſtolicam clanculò, nobis non viſis [illegible] to *e* quòd venerint, veniſſe, latitaſſe, diſceſſiſſe [illegible] cantur: nos ne tacentibus nobis non præciſus [illegible] di morbus invaleat, dum providum creditur, quod [illegible] cautum, licitum, quod impune. Omnibus Epiſcopis [illegible] perioribusque prælatis ſub obteſtatione divini judicii inhibemus, ne abſque rationabili cauſa [illegible] vel alia, extra ſuarum civitatis & diœceſis [illegible] ciarum (mutatis habitibus) limites indiſcretè [illegible] rant. Inhibemus etiam, ne qui Epiſcoporum & [illegible] riorum ipſorum latenter (præſertim habitu transformato) venientes ad curiam, de ipſa (Romani Pontificis [illegible] to) recedant, vel ſaltem ab eo [illegible] præſentati conſpectibus, vel ſaltem ab eo [illegible] centia non obtenta) recedant. Si qui verò Epiſcoporum & ſuperiorum hujuſmodi noſtræ inhibitionis [illegible] tradictores extiterint, & abſque ipſius Romani Pontificis [illegible] recedendi licentia conceſſa, eoque non viſo, receſſerint [illegible] eadem, necnon ſi qui ſcienter receptaverint [illegible]

a *Cantic. 6.* b *Pſalm. 21.* c *Ioan. 19.* d *Ioan. 21.* e *Ioan. 10.* f *Matth. 26.* g *Rom. 13.*

a *Hierem. 1.* b *Matth. 16.* c *Gen. 1.* d *[illegible]* *omnem humanam creaturam.* e *[illegible]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

niſi id confeſtim eidem Romano Pontifici, vel alicui per quem hoc ipſum ad ejus crediderint deduci notitiam, manifeſtare curaverint (etiam ſi epiſcopali, archiepiſcopali, patriarchali vel quavis alia dignitate præfulgeant) eos excommunicationis ſententia innodamus.

### CAP. III.

*Prælati ad curiam non debent more noctuæ latenter venire, nec inde ſine papali licentia recedere: aliàs infideles judicantur, & ſententia excommunicationis ligantur.*

Ioannes XXII.

Etſi deceat quoslibet ſubditorum curam exercere ſollicitè, & per omnia velut lucis filios ambulare: hoc tamen præcipuè ab ipſis exigitur, qui conſtituti per altitudinem dignitatis ut in ſpecula, circa commiſſas ſibi plebes paſtorum ſimul & cuſtodum partes implere tenentur, & coram ipſis laudabilium operum exemplo lucere. Ad noſtrum ſanè pervenit auditum, quòd nonnulli pontificali præditi dignitate, gregum ſuorum cuſtodiam negligentes, & abhorrentes lucem, tanquam filii tenebrarum, non verentur ſe ab ovium ſuarum cura, mercenarii more, tempore longo ſubducere, & pontificali dignitate rejecta non erubeſcunt vagari per devia ſub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo paribus & ſuperioribus honore præcepto, ſic abjecti & indecori interdum ad ſedem Apoſtolicam clanculò declinare præſumunt, ubi more noctuæ, cujus intuitum nox illuminat, lux excæcat, de die latentes, horis tenebrarum, quos ſuis arbitrantur conformari deſideriis, viſitant, ſuos eis evomentes conceptus iniquos, & conſpirationes forſan illicitas adverſus nos & alios pertractantes, & demum abinde (non abſque notabili ſedis prædictæ contemptu, reverentia tam conſueta, quàm debita, non exhibita Romano Pontifici, & nec ab ipſo petita licentia nec obtenta) recedunt. Nos igitur & ipſius ſedis honori in hac parte proſpicere, ac talium inſolentiis finem imponere cupientes, de fratrum noſtrorum conſilio, generali prohibemus edicto, ne de cætero præſul aliquis ſine ſui ſuperioris licentia, niſi pro negotiis eccleſiæ ſibi commiſſæ, extra ſuam diœceſim audeat pernoctare: firmiter ſtatuentes, ut quicunque Pontifex ad Romanam curiam veniens papale palatium primitus viſitet, ad Papam (ſi hoc patiatur temporis opportunitas) intraturus, ac reverentiam conſuetam & debitam exhibiturus eidem: nullatenus receſſurus à curia, niſi ab ipſo ſuper hoc petita licentia & obtenta. Quòd ſi ſecus à quoquam ſuper his fuerit attentatum, nos quoſcunque prælatos, quamvis etiam patriarchali dignitate fulgentes, ſic ad ſedem accedentes, & ab illa (ut prædicitur) recedentes, necnon quoslibet alios, qui tales apud ſedem ipſam receptare præſumpſerint, niſi ante receptionem hujuſmodi eidem Romano Pontifici ſignificaverint adventum illorum, decernimus eo ipſo notam infidelitatis incurrere, ac excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Nulli ergo, &c.

## DE TREVGA ET PACE.

## TITVLVS IX.

### CAP. I.

*Sixtus Papa volens diſcordiam ex pragmatica ſanctione subortam ſedare, ordinariis regni Franciæ ad conferenda beneficia ſex menſes concedit. Facultatem concedendi ſex gratias ſibi retinet. Beneficia Cardinalium & eorum qui Cardinalib. ſunt familiares in regno Franciæ exiſtentia, ſuæ diſpoſitioni uſq; ad certum tempus reſervat. De beneficiis promovendorum quid fieri debeat, oſtendit. Cauſas beneficiales in prima inſtantia vult in partibus terminari, in quibus ante definitivã ſententiã (niſi in uno caſu) vetat appellari. Quid de cauſis in curia pendentibus faciendum ſit narrat. Si autem eadem cauſa in diverſis curiis, diverſis reſpectibus tractatur, quonam pacto terminanda ſit, hic recitatur. Taxas beneficiorum editas à Ioanne XXII. ſervandas cenſet. Tandem tempus ponit, intra quod vult iſta acceptari & ſervari. Scias autem quòd hujuſmodi concordata, tanquam juri communi & decretis Conſtant. & Baſilien. contraria, non ſunt effectum ſortita.*

Sixtus IV.

Ad univerſalis eccleſiæ regimen divina diſponente clementia vocatis, inter alia pro commiſſorum populorum votiva dilectione nil occurrit præſtantius, quàm exorta inter perſonas eccleſiaſticas (principis tenebrarum aſtutia) diſcordiarum fomenta per noſtræ ſolicitudinis occurſum protinus extinguere: ut (cujuſvis altercationis ſalubriter evulſis ſeminibus) pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos (divina nobis aſſiſtente gratia) imponere & conſervare valeamus. Cupientes itaque ut ſuſcitata retroactis temporibus diſcordia (proh dolor) in regno Franciæ, Delphinatu, aliiſque terris & dominiis chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici Francorum Regis illuſtris, inter nonnullas ex eiſdem perſonas, occaſione cujuſdam conſtitutionis, quæ in eodem regno diutius inolevit, quam perſonæ prædictæ pragmaticam ſanctionem vocant, ne ſi (quod abſit) majora fomenta ſumeret, damna pariter & graviora ſcandala, periculaque ſubſequerentur, ſine debito claudatur, & totaliter ſecludatur. Auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia de fratrum noſtrorum conſilio omnibus & ſingulis prælatis & aliis perſonis eccleſiaſticis regni, Delphinatus, terrarum & dominiorum eorundem, ad quos dignitatum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum, terrarum & dominiorum eorundem collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinet: de quibuſvis dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, nec non aliis beneficiis eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura, ſecularibus & regularibus, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem pertinentibus, quæ deinceps in Februarii, Aprilis, Iunii, Auguſti, Octobris & Decembris menſibus futuris, perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodo diſpoſitioni Apoſtolicæ ex aliqua generali reſervatione in corpore juris clauſa, aut per alteram ex conſtitutionibus fœlicium recordationum Benedicti XIII. quæ incipit, Ad regimen. aut Ioannis XXII. Romanorum Pontificum prædeceſſ. noſtrorum, quæ incipit, Execrabilis. ſeu conſtitutiones & regulas cancellariæ Apoſtolicæ per nos ſuper hoc editas reſervata generaliter non exiſtant) perinde ac ſi aliquæ à ſede Apoſtolica, vel ejus legatis expectativæ literæ non emanaſſent, liberè diſponendi facultatem concedimus per præſentes. Et quia iſti ſummi Pontifices prædeceſſ. noſtri conſueverunt ſe in conceſſionibus gratiarum expectativarum [a] perſonis benemeritis exhibere liberales, noſtræ intentionis exiſtit concedere in regno, Delphinatu, terris & dominiis regni hujuſmodi, ultra gratias expectativas per nos in eiſdem regno, Delphinatu, terris & dominiis conceſſas (quibus in aliquo præjudicare non intendimus per præſentes, quaſque in ſuo robore permanere volumus) ſex perſonis idoneis regnicolis, ſex alias gratias expectativas ad quamlibet collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ſingulorũ ex prælatis & aliis perſonis prædictis. Ex quibus quidem ſex gratiis, duæ gratiæ expectativæ concedentur duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus Rex ipſe, & chariſſima in Chriſto filia noſtra Regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Vienen. nec non magiſtri & præſidentes ac alii officiarii, in aliquo ex parlamentis Regis ejuſdem regni nobis ſuper hoc unanimiter ſupplicabunt, qui duo nominati per Regem

a *Gratias expectativas, & mandata de providendo nomini amplius concedi decrevit Conc. Trid. Seſſ. 24. de refor. c. 19.*

& Reginam, Delphinum, magiſtros, præſidentes, & officiarios præfatos gaudeant prærogativis ad inſtar familiarium noſtrorum continuorum commenſalium. Ipſiſque ſex gratiis conſumptis, alias ſex gratias ſimiles, aliis ſex gratiis perſonis idoneis modo & forma præmiſſis concedere intendimus. Volumus autem, ac ejuſdem auctoritate & tenore præſentium decernimus & declaramus, beneficia, quæ venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Rom. Eccl. Cardinalium familiares continui commenſales eorum familiaritate durante in regno, Delphinatu, terris, & dominiis præfatis obtinent, & in poſterum obtinebunt, diſpoſitioni Apoſtolicæ in poſterum cenſeri reſervata, quandiu duntaxat Cardinales præfati vitam duxerint in humanis, ac poſt obitum eorundem Cardinalium per ſex annos continuè ſequentes. Quibus quidem ſex annis elapſis, alii ad quos eorundem beneficiorum collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio aliàs pertinet, de beneficiis familiarium hujuſmodi in regno, Delphinatu, terris, & dominiis præfatis conſiſtentibus, in prædictis menſibus diſponere valeant, hujuſmodi reſervatione non obſtante. Concedimus etiam, quòd beneficiorum, quæ promovendi per nos, dignitates, ſeu beneficia conſiſtorialia ipſarum proviſionum per nos de eorum perſonis faciendarum obtinebunt, ac in quibus, & ad quæ jus eis quomodolibet competit, ac competere poterit per promotiones ac dignitates, & alia beneficia conſiſtorialia prædicta, ac munus conſecrationis eiſdem promovendis impendendum, ſeu lapſum temporis de conſecrandis Epiſcopis à ſacris canonibus definiti vacaturorum, ſi promotiones ipſæ in aliquo ex ſupradictis menſibus fiant, niſi beneficia ipſa eſſent aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ (ut præfertur) reſervata, ad præfatos & perſonas ſupradictas. Si verò in aliis menſibus promotiones eiſdem fieri contingat, ad nos & Roman. Pontifices ſucceſſores noſtros collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio pertineat. Et quoniam ſed. Apoſt. notariorum magnus reperitur numerus, eorundem notariorum, qui habitum per ejuſdem ſedis notarios geſtari ſolitum publicè & continuè geſtant, & in poſterum geſtabunt, beneficia in eiſdem regno, Delphinatu, & terris conſiſtentia, duntaxat cenſeantur reſervata: quodque *a* omnes & ſingulæ cauſæ beneficiales in partibus coram judicibus competentibus uſque ad definitivam incluſivè; in prima duntaxat inſtantia, in qua nulli ante definitivam licet appellare, nec appellatio (ſi fuerit emiſſa) debeat admitti, niſi ab interlocutoria, vel à gravamine negotium principale minimè concernente, quod non poſſit per appellationem à definitiva ſententia reparari. In aliis verò inſtantiis in Romana curia tractentur, cognoſcantur, & fine debito terminentur. Cauſæ verò beneficiales pendentes in dicta curia inter noſtros, aut dictorum Cardinalium familiares continuos commenſales, ipſis Cardinalibus in eadem curia præſentibus ſeu in aliqua legatione, aut recreationis cauſa ſecedentibus, necnon præfatæ ſedis officiales, officia actu exercentes, aut alios à præmiſſis, qui per ſex menſes curiam prædictam ſecuti ſunt, & ſequuntur de præſenti, curiales, & quoſcunque alios eorum adverſarios, ſuper quibuſvis beneficiis eiſdem adverſariis auctoritate ordinaria collatis, per illos, quibus commiſiſſe reperiuntur, ſeu alios per nos ad id deputatos, ſeu etiam deputandos judices audiantur, cognoſcantur, decidantur, fineque debito terminentur, ac executioni debitæ demandentur. Cæteræ verò ſimiles cauſæ beneficiales inter quoſcunque alios pendentes, & quæ quibuſvis judicibus, ſeu auditoribus commiſſæ reperiantur, aliquibus judicibus competentibus in regno Franciæ, auctoritate Apoſtolica committantur audiendæ, & cognoſcendæ, decidendæ, & fine debito terminandæ, cum neceſſaria earundem cauſarum advocatione. Præterea, quia aliquæ ex ſupradictis cauſis in eadem Romana curia ſuper petitorio, & diverſis curiis ipſius regni ſuper poſſeſſorio tractantur: volumus, quòd in eiſdem cauſis in diverſis curiis ſuper petitorio & poſſeſſorio unico, & eodem contextu pendentibus (ſuſpenſo petitorio, & cenſuris ſuper hoc latis) in poſſeſſorio in curiis eorundem judicum, coram quibus cauſæ poſſeſſorii pendeant, de præſenti procedant, cauſæque ipſæ ſuper hujuſmodi poſſeſſorio intra biennium terminentur, & finiantur. Alioquin biennio elapſo liceat partibus ipſis procedere ſuper petitorio, & ulterius dictis cauſis expeditis ſuper poſſeſſorio, aut hujuſmodi biennio elapſo altera partium litigantium coram judice competenti, auctoritate Apoſtolica deputato, poterit jus ſuum proſequi, ipſeque Apoſtolicus judex intra aliud biennium cauſam in petitorio terminare teneatur. Quòd ſi non fecerit, cauſa ipſa ab eo avocata, & lis penitus extincta cenſeatur. Et ſi forſan aliquis eorundem judicum cujuſvis ſibi commiſſæ cauſæ expeditionem malitioſè prorogare aut differre præſumpſerit, excommunicationis & omnium beneficiorum ſuorum privationis pœnas ipſo facto incurrat, à qua quidem excommunicationis pœna abſolvi nequeat, niſi à nobis & ſucceſſoribus noſtris Rom. Pontificibus, præterquam in mortis articulo *a*: quodque de cætero in ſciis expediendis in regno Franciæ, Delphinatu, & terris, ac aliis dominiis prædictis ſerventur taxæ ſuper hoc editæ per Ioan. XXII. Papam præfatum, & exceſſus, ſi qui fuerint, corrigantur. Et quia propter aſſiduas guerras & mortalitates, quæ continuè vigent in dicto regno, prætendunt eccleſias, dum vacant gravatas, in taxa etiam reformata in Concilio Conſtant. quæ reducta eſt ad medietatem antiquæ taxæ, quod gravatus in eadem taxa primus promovendus ſolvat communia, & minuta ſervitia, quæ plures ex Gallis annatam vocant: tantum pro vera æſtimatione fructuum eccleſiæ & monaſterii, ad quæ ſit promotus, eaque indicta Cancellaria, & camera Apoſtolica inviolabiliter obſervari mandamus. Et quia in ſupradictis conceſſionibus regnum ac Regem maxima ſumus charitate complexi, credendum eſt non immeritò, ut ſe devotos & obedientes erga ſanctam Romanam eccleſ. exhibeant. Quare volumus, & eiſdem auctoritate & tenore ſtatuimus, quòd præfatus Rex intra quatuor menſes præmiſſa acceptare & obſervare, ac in regno, Delphinatu & dominiis hujuſmodi obſervari facere, nec non intra alios duos præfatos quatuor immediatè ſequentes menſes ſuper acceptatione & obſervatione, aliiſque præmiſſis omnibus & ſingulis per ſuas patentes literas nos & ſedem præfatam certificare teneatur. Alioquin præſentes literæ, & inde ſecuta quæcunque ſint caſſa & irrita, nulliuſque roboris vel momenti. Nos enim extunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrarum conceſſionis, intentionis, voluntatis, conſtitutionis, declarationis, indulti, mandati, & ſtatuti infringere, & ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis dominicæ, 1472. ſeptimo Idus Auguſti, Pontif. noſt. Anno 1.

## CAP. II.

*Diſcordia inter religioſos mendicantes, & eccleſiarum parœcialium rectores in partibus Germaniæ quatuor legatis commiſſa, per eos ſub certis formis & modis in pacem & concordiam*

---

a Vide Conc. Trid. Seſſ. 24. de reform. c. 20.

a *In mortis articulo nulla eſt caſuum reſervatio: atque ideò omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt: Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 7. de caſuum reſervatione.*

ordinan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*…cordiam converſa fuit: quam Romanus Pont. confirmat, præcipiens ſub pœna excommunicationis illam a prælatis obſervari.*

Sixtus IV.

Vices illius a, qui ſupra petram ædificavit eccleſiam ſuam (meritis licet in ſufficientibus) gerentes in terris, & per ejus immaculata veſtigia (quantum nobis ex alto conceditur) inſedere ſatagentes, inter Chriſti fideles quoslibet, & præſertim ſub uno atque eodem ſacerdotii vexillo nobiſcum Deo militantes, pacem & charitatem inducere, & inductam confovere, vigilanti ſolicitudine meditamur aſſiduè, & quæ iis contraria ſunt ſolicitæ vigilantiæ paſtoralis ad radicem poſita ſubmovere, prout rerum & temporum circumſtantiæ id non immeritò expoſcere dignoſcuntur. Nuper ſiquidem pro parte tam venerabilium fratrum noſtrorum Maguntinen. & Treveren. Archiepiſcoporum, ac Herbipol. & Vormacien. & Spiren. Epiſcoporum, quàm dilecti filii nobilis viri Philippi Comitis Palatini Rheni, & Ducis Bavariæ, qui unus ex electoribus Romani Imperii exiſtit, ad noſtrum pervenit auditum, quòd inter dilectos filios prædicatorum minorum, & Carmelitarum ordinum Profeſſores, & nonnullos parœcialium rectores, & alios etiam eccleſiarum prælatos, inſtigante illo qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quemdevoret, in partibus Germaniæ, & præſertim in oppido Eslingen. Conſtan. diœceſ. ſuſcitata ſunt nonnulla diſſenſionum & ſcandalorum fomenta, ex certis cauſis tunc nobis expreſſis, quæ niſi per vigilantiam paſtoralis officii celeriter ſuccidantur, poſſent ad ſcandalum non modicum Chriſti fidelium illarum partium faciliter pervenire. Nos igitur attendentes, quòd ſacroſancta Rom. eccl. ab ejus fundatione primæva in ordine ſacerdotali, quem Petrus Apoſtolus, & ejus ſucceſſores obſervarunt, inſtituta, & per viros providos & ſacerdotes virtuoſos adaucta, & longiſſimis temporibus feliciter conſervata extitit. Rurſusque animadvertentes, quòd hodiernis temporibus hominum creſcente malitia, niſi ager dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus Spiritus Sancti, & præconibus verbi Dei (qui præter cæteros in ordinibus fratrum mendicantium gratia aſſiſtente divina in copioſo numero reperiuntur) aſſiduè coleretur, vepribus malorum, & ſentibus vitiorum omnium celeriter obrueretur: non potuimus non ab intimis cordis noſtri dolere, quod inter tales viros, qui ſe mutua charitate diligere, & alter alterius (juxta Apoſtolum b) onera portare deberent, diſcordiæ ſeminarium excitaretur. Vnde cùm vellemus ſuper his, ea qua decet maturitate conſulere, venerabilibus fratribus noſtris Guilielmo Hoſtienſi, & Angelo Præneſtinen. Epiſcopis, & dilectis filiis noſtris Iuliano tituli S. Petri ad vincula, ac Petro tituli S. Sixti Presbyteris Cardinalibus, vivæ vocis oraculo commiſimus & mandavimus, ut à ſingulis partibus prædictis, vel eorum procuratoribus legitimis, auditis hincinde propoſitis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem Epiſcopi & Cardinales ſtatutis loco & tempore convocatis, auditis & intellectis partibus prædictis (ut præfertur) & in præmiſſis graviter & conſultè procedentes, partes ipſas de communi earundem conſenſu ad concordiam infra ſcriptam perduxerunt. Videlicet, quòd ipſi parochiani Sacerdotes de cætero non dicant à mendicantibus hæreſes proceſſiſſe, cùm in veritate fides noſtra ſit illuminata, & eccleſia exaltata per eoſdem, & præſertim per ordines prædicatorum & minorum, ut jura teſtantur. Quodque fratres mendicantes non prædicent, populos parœcianos non teneri audire miſſam in eorum parœciis diebus feſtivis & dominicis, cùm jure ſit cautum illis diebus parœcianos teneri audire miſſam in eorum parœciali eccleſia: niſi forſan ex honeſta cauſa ab ipſa eccleſia ſe abſentarent: quodque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum ſepulturam apud eos, & bene caveant propter pœnas, quas imponunt canones, cùm ſit libera. Quòd etiam ipſi mendicantes deſiſtant prædicare, quod parœciani non ſint obligati, ſaltem in paſchate proprio confiteri ſacerdoti: quia de jure a tenetur parœcianus (ſaltem in paſchate) proprio confiteri ſacerdoti. Per hoc tamen ipſi fratres mendicantes non cenſeantur excluſi, quo minus ſecundùm juris communis & privilegiorum eiſdem conceſſorum diſpoſitionem, confeſſiones audire, & pœnitentias injungere valeant. Quòd etiam de cæterò inter ipſos fratres mendicantes & curatos, quoad effectum prædicandi, horas cantandi, & campanas pulſandi, ſervetur conſuetudo antiqua, quæ temporibus antiquis ſervata fuit in ipſo oppido Eslingenſi. Et caſu, quo veniat aliqua occaſio ſive neceſſitas, non fiat commutatio temporis, vel horæ, in ipſis prædicationibus fiendis: niſi de conſenſu partium. Quoq; etiam ipſi fratres in ſermonibus eorũ non detrahant prælatis, & rectoribus parœcialium eccleſiarum: Neq; etiam populos à ſuarum eccleſiarum parœcialium frequentia & acceſſu abſtrahant, ſive retrahant quoquo modo. Et viceverſa ipſi rectores & prælati aliquo modo non detrahant mendicantibus, ſed illum favorem, quem poſſunt, eis impendant, & in omnibus & per omnia præſtent: ita, ut vera unitas & perfecta charitas inter eos oſtendatur. Nos itaque illius vices gerentes in terris, qui Apoſtolis ſuis dixit b: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: cupientes ſuper his opportunè provideri, motu propriò, non ad alicujus ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra certa ſcientia & mera voluntate, concordiam prædictam, ac omnia & ſingula per præfatos Epiſcopos & Cardinales ordinata (ad hoc, ut perpetuò inconcuſſa perſiſtant) auctoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia approbamus, & confirmamus, ac viribus perpetuò ſubſiſtere debere decernimus. Supplentes omnes & ſingulos defectus, tam juris, quàm facti, ſi qui forſan intervenerunt in eiſdem. Injungentes nihilominus Archiepiſcopis, Epiſcopis, plebanis, rectoribus, curatis, necnon prioribus, gardianis, & ſingulis fratribus ordinum mendicantium, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam contra facientes, & quemlibet eorum contrafacientem incurrere volumus, eo ipſo, à qua abſolvi nequeant, niſi de expreſſo conſenſu partis læſæ, & debita ſatisfactione prævia, inviolabiliter obſervent: Et quantum in eis eſt, ab aliis obſervari faciant. Et inſuper quaſcunque lites & cauſas, coram quibuſcunque cauſarum palatii Apoſtolici auditoribus, ſeu alibi, occaſione præmiſſorum, inter dilectos filios Decanum & capitulum eccleſiæ Spiren. & curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indeciſas pendentes: Illarum ſtatus, tenores, & formas, & in eis geſta & actitata, præſentibus pro expreſſis habentes, ad nos harum ſerie, motu, ſcientia & auctoritate prædictis advocamus, & litem ſeu lites ipſas penitus extinguimus: Et ambabus partibus prædictis litis hujuſmodi conſortibus, ſeu illis adhærentibus, perpetuum ſilentium imponimus: Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac privilegiis eiſdem fratribus in genere vel in ſpecie conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, 1478. XV. Cal. Iulii. Pontif. noſt. Anno 7.

a *Matth. 16.* b *Gal. 6.*

a *Cap. omnis utriusq; ſexus. de pœn. & remiſſ.*
b *Ioan. 14.*

FINIS LIBRI PRIMI.

# EXTRAVAGANTIUM COMMUNIUM,

## LIBER SECUNDUS.

## DE JUDICIIS.

### TITULUS I.

### CAPITULUM UNICUM.

*Decretalem, Super cathedram. quæ eſt in Cle. in cap. dudum. innovatam, jubet obſervari: neq; propter illam debent religioſi mendicantes eſſe moleſti & graves prælatis, neq; prælati ipſis religioſis. Etſi ſint aliquæ injuriæ, vel moleſtationes hinc inde factæ, Papa vult juſtitiæ complementum breviter exhiberi ſummariè, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, vel aliter, prout qualitas exceſſuum exigit: Non obſtantibus quibuſcunq; obſtaculis, quæ poſſent his obviare.*

Ioannes XXII.

FRequentes imò innumeroſæ quodammodo de diverſis mundi partibus venerabilium fratrum noſtrorum Epiſcoporum aliorumque ſuperiorum prælatorum, nec non dilectorum filiorũ, rectorum, curatorum, & parœcialium ſacerdotum querelæ, cõtra dilectos filios fratres prædicatorum & minorum ordinum, noſtrum & ſedis Apoſtolicæ excitarunt auditum, & clamoroſis inſinuationibus excitare & fatigare non ceſſant, quòd iidem fratres decretalem, dudum. editam à felicis recordationis Bonif. Papæ VIII. præd. noſt. quæ incipit, Super cathedram. ac per piæ memor. Clem. Pap. V. prædeceſſ. noſt. in Vienenſ. Conc. innovatam temerè obſervare non curant: ſed ipſam tranſgredi non timentes, in ejuſdem ſedis contemptum, animarum ſuarum periculum, & eorundem & eccleſiarum parœcialium præjudicium & gravamen. Intelleximus quoque, quòd plerunque præfatis dictorum prædicatorum & minorum, nec non eremitarum ſancti Aug. & Carmelitarum ordinum fratribus, in cujus ordinis dictorum eremitarum perſonis idem prædeceſſor Bonif. conſtitutionem prædictam, in qua tantùm de ipſis prædicatorum & minorum cavebatur ordinibus, per omnia voluit poſtmodum integraliter & inconcuſsè ſervari. Et ad quem prædictorum carmelitarum fratrum ordinem, nos ſubſequenter conſtitutionem eandem, quoad omnia in ea contenta, duximus extendendam: à prædictis Epiſcopis, prælatis, rectoribus, curatis, & ſacerdotibus, contra tenorem conſtitutionis prædictæ graves injuriæ atque moleſtiæ in diverſis partibus inferuntur. Nuper pro parte Vien. fratris noſtri Archiepiſcopi Burdegal. & dilectorum filiorum capitulorum majoris Burdegal. & aliarum eccleſiarum, prioratuum, conventuum, rectorum, curatorum, ſacerdotum, & vicariorum, parœcialium, ac clericorum, tam regularium, quàm ſecularium civitatis & diœceſis prædictarum, nobis extitit intimatum, quòd prædicti eorundem prædicatorum, minorum, eremitarum, & Carmelitarum ordinum fratres, contra tenorem decretalis ejuſdem, multa eiſdem & eorum ſingulis gravamina & injurias inferunt & jacturas. Quia igitur parum eſſet jura condere, niſi qui ea tueatur exiſtat: Nos volentes de fratrum noſtrorum conſilio decretalem prædictam, Super cathedram. irrefragabiliter obſervari: Diſcret. v. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrûm, per vos, ſeu alium, vel alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus eis conſervatores, ſeu judices deputati, tam eiſdem Archiepiſcopo, capitulis, prioribus, conventibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicariis, ac clero civitatis & diœceſis prædictarum, & eorum cuilibet adverſus prædictos, quàm econverſo eiſdem fratribus adverſus Archiepiſcopum, capitula, Prælatos, Priores, conventus, rectores, ſacerdotes, vicarios ad clerum, præfatos, & ſingulos eorundem efficacibus defenſionibus præſidio aſſiſtentes, ac facientes decretalem prædictam, quoad omnia ejus capitula, prout jacent, firmiter obſervari: non permittentes contra tenorem ipſius per memoratos fratres dictorum ordinum eiſdem Archiepiſcopis, capitulis, prælatis, prioribus, conventibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicariis, ac clero, vel alicui ſeu aliquibus eorundem, nec etiam prædictos Archiepiſcopum, capitula, prælatos, conventus, rectores, curatos, ſacerdotes, vicarios, ac clerum, ſeu aliquem, vel aliquos ipſorum eiſdem fratribus gravamina, ac injurias irrogari: Facturi ipſis hincinde, de quibuſcunque injuriis, moleſtationibus, gravaminibus, & damnis viciſſim illatis hactenus, & etiam in poſterum inferendis eiſdem contra tenorem conſtitutionis ejuſdem, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, ſummariè, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu judicii & figura, in aliis verò prout qualitas ipſorum exigit, juſtitiæ complementum: Moleſtatores autem & majores hujuſmodi, necnon contradictores quoſlibet & rebelles, quandocunque & quotieſcunque expedierit, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus quibuſcunque exemptionibus, ſpecialibus vel generalibus, tam fratribus & ordinibus prædictis, vel alicui ſeu aliquibus fratrum & ordinum eorundem, quàm præfatis Archiepiſcopo, capitulis, prælatis, prioribus, conventibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicariis, ac clero, ſeu ipſis

ipſorum alicui vel aliquibus, communiter vel diviſim, ſub quacunque forma vel expreſſione verborum ab eadem ſede conceſſis: ac ejuſdem Bonifacii, quo cavetur ne aliquis extra ſuam civitatem vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra dietam unam à fine ſuæ diœceſis ad judicium evocetur. Seu ne judices, & conſervatores à ſede deputati prædicta, extra civitatem & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunq; procedere, ſive alii vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam à fine diœceſis ejuſdem trahere præſumant: dummodo ultra duas dietas aliquis extra ſuam civitatem auctoritate præſentium non trahatur. Seu, quòd de manifeſtis injuriis, moleſtiis, & aliis, quæ judicialem indaginem exigunt (pœnis in eos ſi ſecus egerint, & etiam id procurantes, adjectis) conſervatores ſe nullatenus intromittant, quàm aliis quibuſcunque conſtitutionibus à Romano Pontifice, tam de judicibus delegatis & conſervatoribus, quàm perſonis ultra certum numerum per literas Apoſtolicas ad judicem non vocandis, aut aliis edictis, quæ noſtræ poſſent juriſdictioni, aut poteſtati, ejusque exercitio liberè quomodolibet obviare. Seu ſi tam eiſdem fratribus, vel eorum ordinibus, aut alicui, ſeu aliquibus fratrum & ordinum prædictorum, quàm Archiepiſcopo, capitulis, prælatis, prioribus, conventibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicariis, ac clero prædictis, vel aliquibus ipſorum, ſeu quibuſvis aliis communiter vel diviſim à præfata ſede ſit indultum, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra vel ultra, circa vel alio quocunque modo ad judicium evocari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi & de eorum perſonis, locis, hominibus, ordinibus, & nominibus propriis mentionem. Et quibuslibet aliis indulgentiis, ſeu privilegiis dictæ ſedis generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, noſtræ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri. Et de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum ſpecialem oporteat in noſtris literis fieri mentionem. Cæterùm judicibus, ſeu conſervatoribus quibuſcunque per literas Apoſtolicas ſub quacunque alia, quàm præſenti verborum forma vel expreſſione confectas, eiſdem prædictorum prædicatorum, minorum, eremitarum, ac carmelitarum ordinum fratribus, ſeu ipſis ordinibus communiter vel diviſim, ſuper damnis & injuriis, & aliis quibuſcunque rebus, ſeu negotiis aliàs deputatis, & ſubdelegatis eorum præſentibus & futuris auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus: ne aliquem ſeu aliquos auctoritate literarum papalium, prætextu ſeu occaſione quorumcunque damnorum vel injuriarum, ſive gravaminum, contra tenorem prædictæ conſtitutionis, Super cathedram. ipſis fratribus, ſeu eorum ordinibus antedictis communiter vel diviſim à quibuſcunque perſonis illatorum hactenus, & etiam inferendorum in poſterum coram ſe alicui deinceps ad judicium vel aliàs quoquo modo vocare, ſeu in cauſam aliquatenus trahere præſumant. Inhibitionem hujuſmodi non ſolùm ad futura, ſed etiam ad quovis modo adhuc pendentia, & incœpta negotia volentes extendi: ac decernentes præfatas literas & proceſſus eorum auctoritate quacunque habitos & habendos ad damna, gravamina, & injurias hujuſmodi contra tenorem dictæ conſtitutionis illata & inferenda (ut dictum eſt) deinceps aliquatenus non extendi: ac etiam irritum & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis per quoſcunque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: Vobis nihilominus injungentes, ut inhibitionem noſtram hujuſmodi ad dictorum judicum, ſeu conſervatorum & ſubdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuretis. Inſuper volumus & auctoritate Apoſtolica decernimus, quod quilibet veſtrûm proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus canonico, quodque à data præſentium ſit vobis & unicuiq; veſtrûm in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis cœptis & non cœptis præſentibus & futuris & præteritis, licitum procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cœpta fuiſſent, & juriſdictio veſtra, & cujuslibet veſtrûm in prædictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata extitiſſet: conſtitutione prædicta ſuper conſervatoribus & aliis quomodolibet in contrarium edita non obſtante. Datum Avinion. X. Cal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno II.

## DE DILATIONIBVS.

### *TITVLVS II.*

### CAP. VNICVM.

*Tramiſſo eleganti exordio, oſtenſis periculis, quæ proveniunt ex falſorum florenorum fabricatione, citantur peremptoriè fabricantes, data ſibi dilatione trium menſium, intra quos coram Papa compareant: aliàs contra ipſos, eorum abſentia non obſtante, procedetur, prout juſtitia ſuadebit.*

Ioannes XXII.

IN delictorum diverſorum nexibus ac tenebris involutos, plerunque trahit in majorum ſcelerum præcipitium moles præponderans peccatorum: nam etſi diverſos diverſa delicta coinquinent, ſunt tamen nonnulli, qui propriæ ſalutis immemores, delictis communibus & vulgaribus non contenti, ad profana & vetita prorumpentes, ſic damnata cupiditate lucrorum, ac inexhauſta eorum voragine devolvuntur, quòd dummodo ſuas ingluvies, ad quas inhiant, expleant, ſe lucris illicitis, imò jacturis ſpiritalibus temerè immergentes, honori Dei, & animarum ſaluti, ac ſacrorum canonum, & imperialibus edictis, & juribus communibus, capturas nefarias, & lucra illicita anteponunt. Sanè jamdudum ad noſtri apoſtolatus auditum multorum fide digna relatio ſæpius etiam repetita perduxit, & fama jam publica per facti evidentiam divulgata effecit notorium, nonnullos eſſe in Lombardiæ ſuperioris, & Marchiæ Ianuenſis partibus, qui licentiæ temerariæ laxatis habenis, licere ſibi præſumentes illicita, cudunt & fabricant, ſeu cudi & fabricari faciunt florenos auri, ſecundùm formam, & ſignum, & coinum ac circunferentias literarum, qui in civitate Florentiæ (à tempore cujus non extat memoria) cudi & fabricari ſunt ſoliti, & cuduntur & fabricantur etiam in præſenti. Et quamvis dicti floreni ad veram florenorum de Florentia ſimilitudinem fabricati, in vero & ſolito florenorum ejuſdem civitatis pondere communiter & bonitate auri, & vero florenorum valore deficiant, ipſi tamen (ſimulata eorum effigie) perſonas, ut plurimùm ſimplices, & quandoque etiam in hujuſmodi rebus expertas decipiunt: ipſaſque damnis rerum, & periculis perſonarum exponunt, dum pro veris florenis ipſos recipiunt. Cùm etiam præterea in talibus plurimi non habeant inter florenos & florenos tantæ ſimilitudinis peritiam diſcernendi: Nos itaque tantis & præcipuè animarum periculis affectu paterno occurrere cupientes, monemus omnes & ſingulos talium præſumptores, ipſis nihilominus diſtrictius inhibentes, quatenus deinceps à cuſione & fabricatione florenorum hujuſmodi ceſſent, realiter & effectualiter reſipiſcant. Nihilominus præſentis edicti peremptorii auctoritate citantes eoſdem, ac eorum ſingulos, ſub pœna privatio-

nis juris, ſi quod eis ſuper cudendis florenis competit, quam ipſos ceſſante juſto impedimento (ſi in exequendis mandatis noſtris hujuſmodi remiſſi ſeu negligentes fuerint) incurrere volumus ipſo facto: ut intra trium menſium ſpacium à data præſentium numerandum per ſe, vel per procuratorem idoneum Apoſtolico conſpectui ſe præſentent, propoſituri, quo jure ipſis florenos competat jus cudendi, ac exhibituri privilegium, ſi quod ſuper hoc habeant, vel jus aliud, ſi quod ſibi credant competere, oſtenſuri. Et nihilominus ſuper prædictis facturi, & recepturi, quod juſtitia ſuadebit: Intimantes eiſdem, quòd ſi non venerint, nos contra ipſos ſuper præmiſſis, & ea tangentibus procedemus, prout expedire viderimus, & ſuadebit juſtitia, ipſorum abſentia non obſtante. Vt autem hujuſmodi noſtra nunciatio atque citatio ad communem omnium notitiam deducatur, chartam ſive membranam, citationem atque monitionem hujuſmodi continentes, in majoris eccleſiæ Avinionenſis affigi oſtiis faciemus: Quæ proceſſum hujuſmodi ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo judicio publicabunt: ut prædicti moniti, & citati, & alii quicunque, qui ſua crediderint intereſſe, vel quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos proceſſus hujuſmodi non pervenerit, vel quòd ignoraverint eundem, cùm non ſit veriſimile, remanere, quoad ipſos, incognitum [a], vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avinion. 6. Calend. Decemb. Pontificatus noſt. Anno 9.

## DE DOLO ET CONTVMACIA.

### *TITVLVS III.*

### CAP. VNICVM.

*Citationes etiam extra dies ſolennes publicè factæ de mandato Papæ, in audientia literarum Apoſtolicarum, vel papali palatio affixæ januis majoris eccleſiæ loci, in quo Papa cum curia ſua degit, arctant citatum ac ſi ad eum perſonaliter deveniſſent. Reſtringitur tamen hæc extravagans ad illos, qui impediunt, ne ad eos poſſit citatio pervenire, vel quorum domicilium tutè adiri non poteſt, ut ca. 1. de jud. in Cle.*

Bonifacius VIII.

REM non novam aggredimur, neque viam inſolitam ambulamus, ſed anterioris juris calcatam veſtigiis, præſentis conſtitutionis indubitato roboramus ſuffragio, & inconcuſſo munimine ſtabilimus. Eſt ſiquidem jam ſancitum, quòd propoſitum publicæ citationis edictum eum arctet, qui impedit, aut facit etiam ſe celando, ne ad eum poſſit pervenire citatio, appareatque contumax, qui ſic agit. Quodque in albo prætoris hujuſmodi edicta propoſita ſuæ juriſdictioni ſubjectos arceant [a], & adſtringant magis, quam ſi voce præconia (quæ innoteſcit paucis) vel literis citarentur. Ius enim, quod talem modum citationis propoſuit, violenter præſumpſiſſe credendum eſt, ut quæ in eodem albo tot ipſius albi publicum locum frequentantium oculis paterent legenda, ad citati notitiam devenirent. Vnde ad præbendam omnibus eorum quæ ſanciuntur plenam lectionem & notionem, mandavit legem tabulis aut lapidibus ſculptam, ſanctiſſimæ eccleſiæ deſcribi porticibus & affigi. Præmiſſis igitur in debitam conſiderationem deductis, ac in lance ineffabilis rationis appenſis: nos, qui univerſis (diſponente Domino) præeſſe dignoſcimur, volentes per hanc novellam conſtitutionem aliquid circa prædicta ſtatutum expreſſius inveniri, declaramus de fratrum noſtrorum conſilio, & nihilominus hoc edicto perpetuò valituro firmamus, & ſtatuimus, ut citationes auctoritate Apoſtolica de quibuſcunque perſonis undecunque & ubicunque ſint, cujuſcunque ſtatus, dignitatis vel præeminentiæ, eccleſiaſticæ vel mundanæ, etiamſi imperiali vel regali fulgeant dignitate, præſertim ſi impediant, vel faciant per ſe vel per alios quoquo modo, ne citationes ipſæ ad eos perveniant, ex quacunque cauſa faciendo, ut citandorum domicilia ſive loca tutè vel liberè adiri non poſſint: cum (prout ſcriptum eſt) exiſtimare debeamus, in eo ne liceat, ubi eſt citatio facienda, perinde ad inſtar edictorum præfatorum propoſitorum in albo prætoris: etiam extra ſolennes dies in quibus Romani Pontifices ſunt facere conſueverunt generales proceſſus, publicè de nobis ſpecialiter, & ex certa ſcientia jubentibus, factæ in audientia literarum noſtrarum, aut in aula noſtri palatii poſtmodum affigendæ januis majoris eccleſiæ loci, in quo Romana communis omnium Chriſtianorum populationum reſidebit curia, ut cunctis poſſint patere, & in deferri citatis, ſic valeant ac arctent citatos poſt terminum lapſum, quem (conſiderata locorum diſtantia) volumus citationibus ipſis competentem apponi, ſicut ſi eos perſonaliter apprehendiſſent: Non obſtantibus aliquibus privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus aut ſpecialibus, quibuſcunque perſonis pontificali, imperiali, regali, vel alia eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitate præditis: aliiſque inferioribus eccleſiis, monaſteriis, locis, collegiis, & univerſitatibus in quacunque forma verborum conceſſis: per quæ talium citationum effectus poſſit quomodolibet impediri: etiamſi de ipſis, & eorum totis tenoribus de verbo ad verbum, aut de propriis nominibus perſonarum, monaſteriorum, eccleſiarum, locorum illorum, quibus conceduntur, vel eorum ordinibus, aut dignitatibus oporteat in noſtris literis fieri mentionem.

[a] *Occultum non præſumitur, quod omnibus publicatur.*

[a] *Fortaſſis legendum, arctent.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

# EXTRAVAGANTIUM COMMUNIUM,

## LIBER TERTIUS.

### DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

### *TITULUS I.*

### CAPITULUM UNICUM.

*Pramiſſa muſisæ artis plurima laude, cantorum laſciva melodia reprobatur, quia contra honeſtatem clericalem, quod ore cantabant, geſtibus ſimulabant. Et cantores ipſi tam exempti, quàm non exempti per octo dies ab officio ſuſpenduntur. Poſſet etiam hæc extravagans aptè locari ſub tit. de celeb. miſ.*

Joannes XXII.

DOcta ſanctorum patrum decrevit auctoritas, ut in divinæ laudis officiis, quæ debitæ ſervitutis obſequio exhibentur, cunctorum mens vigilet, ſermo non cespitet, & modeſta pſallentium gravitas placida modulatione decantet. Nam in ore eorum dulcis reſonabat ſonus. Dulcis quippe omnino ſonus in ore pſallentium reſonat, cùm Deum corde ſuſcipiunt, dum loquuntur verbis, in ipſum quoque cantibus devotionem accendunt: inde etenim in eccleſiis Dei pſalmodia cantanda præcipitur, ut fidelium devotio excitetur: in hoc nocturnum diurnumq; officium, & miſſarum celebritates aſſiduè clero ac populo ſub maturo tenore, diſtinctaque gradatione cantantur, ut eadem diſtinctione collibeant, & maturitate delectent. Sed nonnulli novellæ ſcholæ diſcipuli, dum temporibus menſurandis invigilant, novis notis intendunt fingere ſuas, quàm antiquas cantare malunt, in ſemibreves, & minimas eccleſiaſtica cantantur, notulis percutiuntur: nam melodias hoquetis interſecant, diſcantibus lubricant, triplis & motetis vulgaribus nonnunquam inculcant, adeò ut interdum antiphonarii & gradualis fundamenta deſpiciant, ignorent ſuper quo ædificant, tonos neſciant, quos non diſcernunt, imò confundunt: quum ex earum multitudine notarum aſcenſiones pudicæ, deſcenſionesque temperatæ, plani cantus, quibus toni ipſi ſecernuntur ad invicem obfuſcentur: currunt enim, & non quieſcunt, aures inebriant, & non medentur: geſtibus ſimulant, quod depromunt, quibus devotio quærenda contemnitur, vitanda laſcivia propalatur. Non enim inquit fruſtra ipſe Boëtius, laſcivus animus, vel laſcivioribus delectatur modis, vel eoſdem ſæpè audiens emollitur, & frangitur. Hoc ideò dudum nos & fratres noſtri correctione indigere percepimus: hoc relegare, imò prorſus abjicere, & ab eadem eccleſia Dei profligare efficacius properamus. Quocirca de ipſorum fratrum conſilio diſtrictè præcipimus, ut nullus deinceps talia, vel his ſimilia in dictis officiis, præſertim horis canonicis, vel cùm miſſarum ſolennia celebrantur, attentare præſumat. Si quis verò contra fecerit, per ordinarios locorum, ubi iſta commiſſa fuerint, vel deputandos ab eis in non exemptis, in exemptis verò per præpoſitos ſeu prælatos ſuos, ad quos aliàs correctio & punitio culparum & exceſſuum hujuſmodi, vel ſimilium pertinere dignoſcitur, vel deputandos ab eiſdem, per ſuſpenſionem ab officio per octo dies auctoritate hujus canonis puniatur. Per hoc autem non intendimus prohibere, quin interdum diebus feſtis præcipuè, ſive ſolennibus in miſſis, & præfatis divinis officiis aliquæ conſonantiæ, quæ melodiam ſapiunt, puta octavæ, quintæ, quartæ, & hujuſmodi ſupra cantum eccleſiaſticum ſimplicem proferantur: ſic tamen, ut ipſius cantus integritas illibata permaneat, ut nihil ex hoc de bene morata muſica immutetur: maximè cùm hujuſmodi conſonantiæ auditum demulceant, devotionem provocent, & pſallentium Deo animos torpere non ſinant. Actum & datum, &c.

a Eccleſ. 47.

### DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.

### *TITULUS II.*

### CAP. I.

*Cùm beneficia in curia vacantia idoneis debeant conferri perſonis, eorum collationem Papa ſibi reſervat. vide cap. 2. & 3. & cap. præſenti. eod. tit. lib. 6.*

Bonifacius VIII.

PIÆ ſolicitudinis ſtudio ducimur, ut dignitates, perſonatus, præbendæ, aliaque beneficia eccleſiaſtica, cum cura vel ſine cura, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur, perſonis conferantur idoneis a: per quas in eis debita impendantur obſequia, & divinorum cultus exerceatur ſolicitè in eiſdem. Inde fit, quòd nos hujuſmodi dignitates, perſonatus, præbendas, eccleſias, & alia eccleſiaſtica beneficia quæ apud ſedem eandem intra unum menſem à data præſentium hactenus in curia vacaverint computandum, & quæ ex nunc apud eam vacaverint in futurum, proviſioni ſedis ejuſdem auctoritate Apoſtolica reſervamus: Decernentes exnunc irritum & inane, ſi ſecus in hac parte ſcienter vel ignoranter, per quemcunque ſeu quoſcunque, Apoſtolica, vel alia quavis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergo, &c. Datum Later. 3 nonas Maji. Anno I.

a Vide Conc. Trid. Seſſ. 24. de reform. c. 12.

## CAP. II.

*Proviſiones ſub titulo commendæ factas de eccleſiis patriarchalibus, archiepiſcopalibus, epiſcopalibus, & monaſteriis ad petitionem Regum vel quorumcunq. magnatum, revocat.*

Clemens V.

EX ſupernæ providentia majeſtatis, cujus univerſa diſpoſitione reguntur, ad Apoſtolicæ præeminentiam dignitatis (licet inſufficientibus meritis) evocati, gregem dominicum noſtræ vigilantiæ creditum undique contemplamur: illumque ſalubri ſtudemus paſtoris more vigilis (quantum nobis ex alto permittitur) obſervantia cuſtodire, ut de illo poſſimus ad ipſius laudem, cujus exercemus vices in terris, dignam in extremo judicio reddere rationem. Ideoque nos diligens cura ſolicitat, continua pulſat inſtantia, & curioſa ſolicitudo perurget, ut circa fidelium ſtatum ſalubriter dirigendum ſic efficacibus ſtudiis & promptis operibus intendamus, quòd per noſtræ cooperationis miniſterium erga ſanctam matrem eccleſiam devotio filiorum concreſcat, ipſorum ceſſent gravamina, & tranquillitatis ei proveniat incrementum: quòd tunc rectè agere credimus, cùm moleſtis eventibus viam præcludimus, indirecta dirigimus, ſubtrahimus noxia, & ſalubria procuramus. Sanè pridem nos, licet inſufficientibus meritis, ad ſummum apoſtolatus apicem (ſicut Domino placuit) evocati, ab ipſo noſtræ promotionis exordio antiquæ notitiæ Regum, Prælatorum, magnatum, & aliorum nobilium perſonarum eccleſiaſticarum & ſecularium memores exiſtentes, ac ipſorum aliquibus, tum quia in terris morantes eorum gradum hujuſmodi promotionis habuimus, tum quia ſolitæ ad eos amicitiæ ſpecialibus affectibus ducebamur: Aliquibus verò ex aſſueta Romanorum Pontificum liberalitate, quam in ſuis exercere ſunt ſoliti novitatibus, volentes honoris & liberalitatis affluentia complacere, ad eorum importunas tamen & multiplicatas precum inſtantias, nonnullis clericis, & perſonis eccleſiaſticis, religioſis & ſecularibus, diverſorum ordinum, dignitatis, conditionum & ſtatuum, patriarchales, archiepiſcopales & epiſcopales eccleſias, ac monaſteria diſtincta paſtoribus, ſub commendæ, vel cuſtodiæ ſeu curæ vel guardiæ, aut adminiſtrationis titulo, nomineve notabili, duximus perpetuò, ad vitam ſeu ad certi temporis ſpatium committenda: ſuper his, an tales videlicet tantaſque gratias per nos fieri decuiſſet, variorum arduorum negotiorum multiplicitate diſtracti, uſque ad tempus, quo infirmitate ſatis periculoſa nos his diebus viſitavit omnipotens, nequivimus cogitare plenariè. Verùm in debilitate ipſius ægritudinis conſtituti, à negotiorum utcunque diſcuſſione ſemoti, ad hoc ſub diligenti examine direximus aciem noſtræ mentis, demumque proſpeximus evidenter, quòd eccleſiarum & monaſteriorum eorundem cura negligitur, bona & jura diſſipantur ipſorum, ac ſubjectis eis perſonis & populis ſpiritaliter plurimum & temporaliter derogatur, eiſque redundant ad noxam, quæ dicebantur cedere ad profectum: ac nedum ipſis, ſed etiam Romanæ matri eccleſiæ, quæ diſponente Domino ipſorum caput fore dignoſcitur & magiſtra, graviora inde futura timentur pericula. Nolentes igitur his tot & tantis diſpendiis ulterius cauſam relinquere, ſed volentes potius opportunum & debitum in hac parte remedium adhibere, omnes & ſingulas promiſſiones hujuſmodi, per nos (ut præmittitur) factas, quibuſcunque cujuſcunque ordinis, dignitatis, aut ſtatus, ſeu etiam ſanctæ Rom. eccleſ. Cardinalibus quocunque modo vel tempore factæ noſcantur, auctoritate Apoſtolica ex nunc ex certa ſcientia revocamus, caſſamus, & annullamus, & decernimus de cætero non habere aliquam roboris firmitatem. Nulli ergo, &c. Datum apud Piſatum Burdegalenſ. diœceſ. X. Cal. Martii, Anno 2.

## CAP. III.

*Beneficia majora & minora vacantia & vacatura, [illegible] in provincia Burdegalen. Clemens V. certis ex cauſis ſuæ diſpoſitioni reſervavit, cum appoſitione decreti.*

Clemens V.

ETſi in temporalium diſpoſitione bonorum habenda ſit diſcretionis cautela, præcipuè, ut ea dignè & laudabiliter diſponantur: in eccleſiaſticis tamen rebus multò fortius invigilare noſtra debet intentio, ut juxta perſonarum conditiones & ſtatus, ad divini nominis laudem, & ipſarum utilitatem provideatur ex meritis eccleſiaſticis perſonis: cùm juxta canonicas ſanctiones a nihil ſit, quod eccleſiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni aſſumantur ad regimen animarum. Hac igitur conſideratione moti ſpecialiter Burdegalen. eccleſiam, de qua licet immeriti ſumus noviter ad hunc ſtatum ſummi Apoſtolatus aſſumpti, & monaſterium ſanctæ crucis Burdegalen. ordinis ſancti Benedicti etiam vacans per obitum quondam fratris Gulielmi de Bombio Abbatis ejuſdem. Et generaliter patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales eccleſias, monaſteria, prioratus, & quoslibet perſonatus, dignitates vel officia, cujuſcunque ordinis & conditionis exiſtant, necnon canonicatus, præbendas, eccleſias cum cura vel ſine cura, & alia qualibet beneficia eccleſiaſtica quocunque nomine appellentur, quæ apud ſedem Apoſt. vacare noſcuntur ad præſens, & quæ tempore noſtri pontificatus tempore vacare contigerit in futurum: proviſioni, collationi & diſpoſitioni noſtræ & ſedis ejuſdem hac vice auctoritate Apoſtolica reſervamus. Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi quid contra hoc per quoſcunque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari: Conſtitutione Clement. IV. & Bonifac. VIII. Rom. Pont. prædeceſſ. noſt. & alia qualibet in contrarium edita non obſtante. Et quia plus timeri ſolet, quod ſpecialiter injungitur, quàm quod generaliter imperatur, hac reſervatione noſtra & decreto ligari volumus ignorantes. Et quia bullam noſtram non habemus ad præſens, ad cautelam præſentium & memoriam futurorem hujuſmodi reſervationem cum præmiſſi interpoſitione decreti ſcribi & in publicam formam redigi juſſimus per Bernardum Caprarii publicum notarium infra ſcriptum: quam etiam ſigilli (quo utebamur olim Burdeg. eccleſiæ præſidentes) fecimus appenſione muniri. Datum Burdeg. 2. Cal. Aug. Pontif. noſt. Anno 1.

## CAP. IV.

*Papa hic primò ambitionem & importunitatem quorundam religioſorum & ſecularium ſuper obtinendis pluribus beneficiis, [illegible] ſpenſative, qui inſufficientes quandoq. erant [illegible] cis, regnis & aliis locis diſtantibus recitans, [illegible] contingentes inconvenientias: & tandem ſtatuit, quod [illegible] ceptis Cardinalibus ac Regum filiis) qui ſuper plura [illegible] rum, quæ aliàs de jure non poterant obtinere, diſpenſationem [illegible] nent, unum cum cura, aliud ſine cura, poſſint a tempore [illegible] ligere intra menſem, & alia cum effectu dimittere [illegible] omnibus ſic diſpenſatis ſint ipſo jure privati. Et idem de beneficiis, in quibus jus eſt ad rem dum vacabunt, de pluribus [illegible] libus, injuſtè tamen & ſine diſpenſatione detentis, [illegible] timum retineant & omnia alia dimittant intra menſem, [illegible] omnibus ſint privati. Item vult quòd qui amodo talia [illegible] rint, dimiſſionem de primo faciant coram ordinario [illegible] lioquin ſint omnibus ipſo jure privati: quæ omnia ſic vacantia [illegible] ſpoſitioni Apoſt. ſedis reſervat, interpretans ordinarios [illegible] ſolos diœceſanos beneficiorum ſic dimiſſorum. Item hoc [illegible] lis beneficiis intelligi, in quibus quis per ſe vel vicarium [illegible] poralem curam animarum vel ſpiritualem juriſdictionem [illegible] de conſuetudine vel de jure. h. d. de Lau.*

a *In Conc. Later. ſub Innoc. IV. c. 26. refertur in c. nihil eſt. extr. de elect.*

Joannes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioan. XXII. *Epiſ. ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

Execrabilis a quorundam tam religioſorum quàm ſecularium ambitio, quæ ſemper plus ambiens, eò magis inſatiabilis creditur, quò ſibi amplius indulgetur, & improbitas importuna petentium à nobis & prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus non tam obtinuiſſe, quàm extorſiſſe plerunque noſcuntur, ut unus interdum etiam ad unum beneficium eccleſiaſticum minus idoneus, in diverſis eccl. nedum vicinis, ſed ab invicem longè diſtantibus, imò nonnunquam in diverſorum regnorum partibus ſituatis, plures quàm duas vel tres, aut plures etiam dignitates, vel perſonatus, officia ſeu prioratus, aut diverſa eccleſiaſtica beneficia curam animarum habentia poſſit diſpenſativè, cùm alias non liceret de jure communi, recipere, & ſimul licitè retinere. Vnde inter cætera inconvenientia infrà ſcripta naſcuntur, quòd videlicet interdum unus qui unum quamvis modicum vix officium implere ſufficeret, plurimorum ſibi vendicat ſtipendia, quæ multis literatis viris vitæ puritate ac teſtimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, poſſent abundè ſufficere, æqua diſtributione collata. Habentibus ipſa paratur vagandi materia, divini cultus minuuntur, hoſpitalitas in ipſis beneficiis debita non ſervatur: & dum non ſunt ſui in unaquaque regione rectores, eccleſiarum detrahitur commodis & honori, quæ carentes defenſorum auxilio in juribus ſuis & libertatibus multipliciter collabuntur: ruinis patent ædificia nobilia, quæ magnificentia extruxerat deceſſorum: Et (quòd amarius eſt dolendum) animarum cura negligitur, & vitiorum ſentibus fomentum periculosè præbetur. Nos itaque tot malis tantiſq; diſcriminibus occurrere cupientes, omnes & ſingulas diſpenſationes ſuper receptione ac retentione plurium dignitatum, perſonatuum, officiorum, prioratuum, aut beneficiorum, quibus cura ſit animarum annexa, ſub quacunque forma vel expreſſione verborum à nobis vel dictis prædeceſſoribus noſtris cuicunque perſonæ conceſſas (Cardinalibus tamen ſanctæ Roma. eccleſi. qui circa nos univerſali eccleſiæ ſerviendo ſingularum eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, ac Regum filiis, qui propter ſublimitatem eorum ac generis claritatem ſunt potioris prærogativa gratiæ attollendi, duntaxat exceptis) deliberatione ſuper hoc cum fratribus noſtris habita diligenti, de ipſorum conſilio & ex certa noſtra ſcientia, in forma ſubſcripta duximus taliter moderandas, quòd per moderamen noſtrum effrenatam circa eaſdem perſonas talium beneficiorum multitudinem refrenemus, ipſique impetrantes fructu diſpenſationum hujuſmodi totaliter non fruſtrentur. Statuimus itaque & de fratrum noſtrorum conſilio ordinamus, quòd obtinentes nunc ex diſpenſatione legitima pluralitatem hujuſmodi dignitatum, perſonatuum, officiorum, aut prioratuum ſeu beneficiorum, quæ aliàs abſque alia diſpenſatione legitima obtinere nequibant, unum tantùm ex dignitatibus, perſonatibus, officiis, prioratibus, eccleſiis vel beneficiis hujuſmodi, quibus cura immineat animarum, cùm dignitate, perſonatu, vel officio, prioratu, eccleſia vel beneficio ſine cura, quæ habere maluerint, prætextu diſpenſationis ſufficientis circa id eiſdem indultæ, poſſint licitè retinere: quæ tamen teneantur eligere intra menſem, numerandum à tempore notitiæ conſtitutionis iſtius. Cæteris beneficiis cum cura vel ſine cura, quæ ipſius diſpenſationis prætextu tenebant, & quæ aliter ante non poterant de jure abſque diſpenſatione aliqua licitè retinere, quæ nos extunc vacare decernimus, coram ordinariis ſub teſtimonio publico intra idem tempus verbaliter & realiter cu[illegible]ectu dimiſſis: abſque eo, quòd ad ill[illegible]unquam ſine nova collatione, ab eo qui facere poterit [illegible]acienda, redire, aut eorum adminiſtrationi ſe immiſcere præſumant. Alioquin tam his, quàm aliis omnibus beneficiis, quæ virtute hujuſmodi noſtri moderaminis retinere poterant, ut præfertur, ſint ipſo jure privati, & prorſus inhabiles ad ſimilia benficia obtinenda. Per hoc autem iis, qui dignitates, perſonatus, officia, prioratus, vel alia beneficia curam animarum habentia ex diſpenſatione, quæ jus tribuat, juxta noſtram moderationem præſcriptam obtinent, & alia ſimilia beneficia noſtrarum vel eorundem prædeceſſorum auctoritate literarum expectant, cum quibus eſt, ut illa cùm vacaverint recipere, & unà cum obtentis retinere licitè valeant, diſpenſatum, nolumus derogari, quin ea cùm vacaverint, intra dicti temporis ſpatium poſſint eligere, & dimiſſis aliis recipere in forma præſcripta, ac licitè retinere: pœnas ſimiles incurſuri, ſi hujuſmodi noſtræ contraire præſumpſerint ſanctioni. Porrò quia quorundam oculos ſic avaræ cupiditatis vitium excæcavit, quòd plura talia beneficia ſimul abſque diſpenſatione canonica retinere præſumunt: nos de illis præſenti decreto ſtatuimus, ut omnia & ſingula beneficia ſic detenta (illo tamen retento, quod ultimo receperunt, dummodo in eo ex collatione canonica competat jus eiſdem) intra tempus, ut præſcribitur, limitatum, verbo & facto ac ſine fraude, coram ordinariis ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Quòd ſi non fecerint, & illo ſint ipſo jure privati, in quo jus eis aliàs competebat, & inhabiles penitus ad quæcunque obtinenda eccleſiaſtica beneficia cenſeantur. Qui verò deinceps receperint dignitatem vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium, curam animarum habens annexam ſi antea ſimile beneficium obtinebant, illud quo ipſo jure (poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos omni dolo & fraude ceſſantibus, quo minus habeant, ſteterit) privati noſcuntur, abſque moræ diſpendio in ordinariorum manibus dimittere debeant, pari modo: Alioquin extunc ſint ipſo jure ſecundo privati, & nedum ad ſacros ſuſcipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcunque aliud eccleſiaſticum beneficium inhabiles reputentur. Quæ omnia & ſingula beneficia vacatura, ut præmittitur, vel dimiſſa, noſtræ & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, de ipſorum fratrum conſilio reſervamus: Inhibentes, ne quis præter Rom. Pont. quacunque ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de hujuſmodi beneficiis diſponere, vel circa illa per medium permutationis, vel aliàs innovare hoc quoquo modo præſumat. Nos enim ſi ſecus actum ſeu attentatum fuerit, irritum decernimus & inane. Cæterùm ordinarios intelligimus in caſibus ſupraſcriptis Epiſcopos, in quorum civitatibus vel diœceſibus conſiſtunt beneficia, ſeu aliquod eorum, quæ debent ſecundùm præmiſſa dimitti, aut ipſi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel eccleſiis cathedralibus vacantibus capitula earundem. Et hi de beneficiis, tam dimiſſis, quàm (ut præmittitur) perditis nos vel Apoſt. ſedem certificare ſtudeant, quamprimùm commodè poterunt indilatè, ut de illis ſalubriter diſponere valeamus. Quantum autem ad modificationem perſonatuum attinet antè fatam, illa duntaxat, & non alia beneficia eccleſiaſtica, quocunque nomine nuncupentur, curam habere cenſemus, quæ parœcias habent, in quibus eſt animarum cura annexa, non per vicarios perpetuos, ſed per rectores, aut miniſtros beneficiorum ipſorum, vel illorum temporales vicarios exercenda. Necnon etiam illa quorum miniſtris ratione beneficiorum hujuſmodi competit viſitare, inquirere, procurationes recipere, ſuſpendere, excommunicare, ſeu ab excommunicationis & ſuſpenſionis ſententiis abſolvere de conſuetudine, vel de jure, juribus aliis de animarum cura loquentibus in ſuo robore, quoad cætera, permanſuris. Nulli ergo omninò

a *Vide Conc. Trid. Seſſ. 7. de reform. c. 2. & 4. Seſſ. 24. de reform. cap. 17.*

hominum liceat hanc paginam noſtrorum moderationis ſtatutorum, conſtitutionum, reſervationis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinioni, Calend. Decembr. Pontif. noſt. Anno 2.

## CAP. V.

*Epiſcopatus Tholozanus, in reditibus plurimùm abundans, in novam metropolim, propter multiplices cauſas hic expreſſas erigitur, cui pro ſuffraganeis eccleſiis ſunt deputatæ quatuor villæ in novas civitates erectæ, adjecta cum illis eccleſia Apamiarum. Et quibus Epiſcopis & Archiepiſcopis prius ſuberant, quidq́, earum cuilibet pro reditibus ſit aſſignatum, hic exprimitur: & tandem cenſuræ eccleſiaſticæ in rebelles proferuntur. Adverte, quòd eccleſia de Vauro, & eccleſia de Mirapice, ſunt ſub eccleſia Tholozana tanquam ſuffraganeæ: licet de illis hic mentio nulla fiat. Vtilitas ex hoc capitulo habetur, quoniam cognoſcimus cauſas erigendi, & dividendi eccleſias, alias aliis ſubjiciendi, & alias ab aliis eximendi, & ad ſolum Papam hæc omnia ſpectare: cui ſingulari privilegio majores cauſæ majoraq́, negotia reſervantur. patet in cap. 1. de translata. Epiſc. cum ſuis concor.*

### Ioannes XXII.

SAlvator noſter, cujus nutui cuncta ſerviunt *a*, in agro mundi hujus meſſem multam aſpiciens, & operariorum raritatem attendens, Dominum meſſis rogandum eſſe, ut in illam operarios mitteret, cenſuit: & ipſe idem etiam exiens manè, veluti paterfamiliâs diligens, horis diei variis operarios in vineam ſuam miſit. Romanus itaque Pontifex, ſicut eodem Domino diſponente Vicarius ejus in terris eſſe dignoſcitur, ſic & ipſius actibus (in quantum ſinit humana fragilitas) ſe conformare tenetur. Vbi ergo ſuperexcreſcere meſſem, populi videlicet multitudinem, viderit, operarios debet opportunos adjicere, & juxta Propheticum verbum augere cuſtodiam: cuſtodes & cultores idoneos in dominicam vineam deſtinare. Sanè conſiderantes attentius, & intra pectoris clauſtra meditatione ſolicita revolventes, quòd in tanta multitudine populi, quanta fœcundavit altiſſimus civitatem & diœceſim Tholozanam, ſingulorum vultus nequibat (ut condecet) unicus paſtor inſpicere, aut alias partes boni paſtoris implere: quodque durum erat atque difficile, per talem latam & diffuſam diœceſim ad unum tantùm à perſonis eccleſiaſticis & mundanis recurſum haberi. Attendentes etiam, quòd licet Tholozanus epiſcopatus reditibus abundaret immenſis, non tamen ſupererat hucuſque memoria, quòd ex ſuorum opulentia copioſa redituum aliquid in eccleſia vel diœceſi Tholozana proveniſſet in divini cultus augmentum: imò ſic ex adipe prodierat & prodibat iniquitas, ut multo jam tempore luxus circa carnis deſideria, evectionum pompa, immenſitas clientelæ, immoderata diffluxio in parentes, ſumptus enormes, aut uſus extraordinarii ſibi vendicaſſent ibidem quaſi totum patrimonium crucifixi: & verendum erat ne præſul unicus Tholozanus incraſſatus *b* & dilatatus, & exceſſivis hujuſmodi opibus aliàs ſuperbus periculosè recalcitrans, Deum factorem derelinqueret, & à ſuo ſalutari recedens, pernicioſum exemplum in ſubditos derivaret. Penſantes quoque, quòd ſanctæ memoriæ Clemens Papa quintus, prædeceſſor noſter eodem etiam tempore, quo civitas & diœceſis antefatæ longè minus in populo, ac reditibus affluebant, tamen ex tunc benedicente Domino incredibiliter creverint in utroque, & jugiter creſcere dignoſcantur, ſpiritu beatæ conſiderationis inductus, ad diviſionem epiſcopatus ejuſdem firmiter, dum viveret, intendebat: licet morte præventus ſuum in hac parte nequiverit implere conceptum. Nos pium prædeceſſoris noſtri propoſitum in effectum volentes adducere, & tam diſſipare malum, quod prædictorum redituum copia exceſſiva produxit, quàm etiam cultum augere divinum, & ſpiritualem animarum profectum, quos (ſi juxta facultatis exigentiam & diffuſam latitudinem dictæ diœceſis ſufficiens numerus in eadem utilitate præſulum deputetur) a Deo provenire ſperamus, promovere ſalubriter intendentes. Præmiſſis & aliis ſuadentibus juſtis cauſis, ex certa noſtra ſcientia, de fratrum noſtrorum conſilio concordi, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ad laudem Dei, exaltationem eccleſiæ, fideliumque ſalutem, epiſcopatum ipſum dictamq́ue diœceſim Tholozanam Apoſtolica auctoritate dividimus in quinque diœceſes, quas per certos diſtingui limites faciemus: Volentes ac decernentes, quòd præter civitatem Tholozanam, quæ ſuam propriam & diſtinctam habebit diœceſ. certis finibus limitandam, ſubſcriptæ quatuor villæ, quarum quamlibet, eiſdem conſilio & auctoritate in civitatem erigimus, & civitatis vocabulo inſignimus: ſcil. de monte Albano, pridem de Caturcen. diœce. cui adjicietur certa pars dictæ quondam diœceſis Tholozanæ: ac ſancti Papuli, de Rivis, & de Lumberiis, de ipſa quondam Tholozana diœce. exiſtentes, IV. ſeparatas diœceſ. habeant ſuis limitibus diſtinguendas. Quodque beati Martini de monte Albano, ubi corpus ſancti Theodori confeſſoris dicitur eſſe reconditum, prædictæ civitatis montis Albani, & beati Papuli dictæ civitatis ſancti Papuli, Mariæ de Lumberiaco, civitatis præfatæ Lumberiacen. necnon beatæ Mariæ de Rivis eccleſia ipſius civitatis Rivenenſis, ſint de cætero & habeantur perpetuo eccleſiæ cathedrales. Et quia eccleſia Tholozana, ſicut ſublimiori ſtatu, & conditione potiori refulget, ſic & grandioris honoris titulis efferenda eſt, ipſam hucuſque ſuffraganeam eccleſiæ Narbonenſ. ac totam quondam diœceſ. Tholozanam de fratrum noſtrorum conſilio, & ex certa noſtra ſcientia, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ab omni juriſdictione, poteſtate, ac ſubjectione Archiepiſcopi, capituli & ejuſdem eccleſiæ Narbonenſis penitus eximentes, eam ad laudem divini nominis, & honorem eccleſiæ ſanctæ ſuæ, in archiepiſcopalem, ſeu metropolitanam erigimus, eamq́ue honoribus & inſigniis ſedis metropolitanæ decoramus: auctoritate Apoſtolica decernendo, ut ex nunc pro metropolitana eccleſia in perpetuum habeatur. Et quia etiam æquum eſt, ut ex quo de filia facta mater metropolitica ... tatis ſuſcepit inſignia, & ſuffraganearum congruum numerum filiarum, ac decentem provinciam habeat, ut ad judicium Archiepiſcopi Tholozani, qui pro tempore fuerit, omnes cauſæ ſuffraganeorum Epiſcoporum & perſonarum eccleſiaſticarum, ac civitatum ejuſdem provinciæ juxta ſacrorum ſtatuta canonum referantur. Nos præfatas IV. civitates & eccleſias cathedrales cum earum diœceſibus (ut præmittitur) diſtinguendis, necnon civitatem & eccleſiam Apamiarum cum ſua diœceſi, ex nunc ipſius eccleſiæ Tholozanæ ſuffraganeas, ac de provincia Tholozana in perpetuum fore decernimus: & illi jure metrop. ſubjicimus, & ſubjectas eſſe volumus. Prænominatas montis Albani, quæ de diœc. Caturcen. & Bituricen. provincia, & Apamiarum civitates & eccleſias, quæ de provincia Narbon. hactenus fuiſſe noſcuntur: necnon reliquas tres civitates & eccleſias ſancti Papuli, Rivenen. Lumberiacen. quæ ab olim de diœceſ. Tolazana fuerunt, cum earum diœceſ. conventibus, collegiis, ſive capitulis à juriſdictione, poteſtate, ac ſubjectione quacunque Bituricenſis & Narbonenſis Archiepiſcoporum, ac Caturcenſis, & quondam Tholozani, Epiſcoporum, capitulorum, & Abbatum atque conventuum, & ordinariorum quorumlibet aliorum

eccle-

a *Matth. 9.* b *Deut. 32.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eccleſiaſticorum, quibus quomodolibet fuerant hucuſque ſubjectæ, auctoritate præſentium perpetuò eximentes, de prædictorum conſilio, & plenitudine poteſtatis. De bonis autem, reditibus, proventibus, & juribus dicti quondam epiſcopatus Tholoza. ipſi Tholoza. decem millia, & ſingulis aliis prædictis eccleſiis (Apamiarum excepta, cui de ipſis bonis, reditibus & proventibus, juribus, ultra illa, quæ habere dignoſcitur, certam aſſignabimus portionem noſtris aliis literis diſtinguendam) ſingula quinque millia librarum Turonen. annui reditus, & perpetui proventus, quæ quidem unicuique illarum, ſuisque Pontificibus (dignitate ac onere, & circumſtantiis aliis attentè penſatis) debere ſufficere vidimus, præter reditus, proventus, & jura, quæ ad prædictas eccleſias, & conventus earum antea pertinebant, de quibus ad honorem Dei, & ipſarum eccleſiarum commodum intendimus ordinare: ex nunc auctoritate prædicta de conſilio ac plenitudine memoratis concedimus, donamus, ac etiam deputamus percipienda integraliter per ipſarum eccleſiarum præſules, qui pro tempore fuerint in rebus & locis cuilibet magis adjacentibus & vicinis, juxta diſtinctionem, ſeu limitationem diœceſium ſingularum, per alias noſtras literas faciendam. Interim tamen diſtinctione, ſeu limitatione prædicta pendente, volumus quod eorum quilibet ſummam eum contingentem pro rata accipiat annuatim de bonis, reditibus, proventibus, & juribus antedictis, per manus eorum, quos ad hoc providerimus deputandos. Reſiduum verò redituum, proventuum, & jurium ipſorum, quod (facta de illis, ut præmiſſum eſt, aſſignatione) ſupererit, necnon juriſdictionem ſpiritalem & temporalem, quæ ad dictum quondam epiſcopatum Tholoza. uſque ad tempus diviſionis hujuſmodi pertinebat, & quæ diſtinctione, ſeu limitatione poſt facta pendente faciemus per idoneas exerceri perſonas. Ac beneficia, etiamſi dignitates, perſonatus ac officia exiſtant (exceptis his, ad quæ quis per electionem aſſumitur, & in quibus, vel ad quæ auctoritate literarum Apoſtolicarum alicui, ſeu aliquibus jus eſt aliquod acquiſitum, quibus per id nullum volumus præjudicium generari) nunc & in antea uſque ad diſtinctionem diœce. vacatura diſpoſitioni noſtræ ac ſedis Apoſtolicæ de fratrum ipſorum conſilio reſervamus. Hæc igitur per dictæ ſedis prudentiam circumſpectam ſic ſtatuta ſalubriter & utiliter ordinata, perpetuis eſſe valitura temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes: auctoritate prædicta diſtrictius inhibemus, ne aliquis cujuſcunque præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi archiepiſcopali, vel epiſcopali, ſeu regia præfulgeat dignitate, hujuſmodi ordinationem Apoſto. reſervationem, & alia ſupradicta quovis modo turbare, ſeu quomodolibet impedire præſumat. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus, ſuper his à quoquam quavis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa ſcientia contrarium præſumpſerint, niſi intra octo dierum ſpacium poſt publicationem præſentium reſipuerint cum effectu, excommunicationis in perſonas, & interdicti in univerſitates, ac ſuſpenſionis in conventus, capitula ſive collegia, de conſilio & auctoritate prædictis ſententias promulgamus: à quibus non, niſi ad Romanum Pontificem abſolutionis beneficium (præterquam in mortis a articulo) valeant obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrarum diviſionis, voluntatis, conſtitutionum, erectionum, inſignitionum, exemptionum, decorationis, ſubjectionis, conceſſionis, donationis, deputationis, reſervationis, inhibitionis promulgationis, infringere, vel ei auſu, &c. Datum Avin. VII. Calend. Iulii, Pont. noſt. Anno I.

## CAP. VI.

*Impedientes epiſcopatus Tholozani erectionem in eccleſiam cathedralem, & ejus diviſionem in V. diœc. ultra pœnas in conſtitutione ſuperiori declaratas, perdunt feuda, & quæcunq; beneficia ſpiritualia & temporalia. Et ſi ſint perſonæ eccleſiaſticæ, efficiuntur inhabiles ad quæcunq; beneficia eccleſiaſtica.*

Idem.

NVper certis ex cauſis, quæ noſtrum & fratrum noſtrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, quondam epiſcopatum Tholozanum in archiepiſcopalem, ſeu metropolitanum ereximus eccleſiam: quatuor villas, quarum quamlibet inſignivimus vocabulo civitatis, quatuor cathedrales eccleſias creavimus: unam videlicet in villa montis Albani, quondam Caturcen. diœc. adjicienda ſibi certa parte quondam diœc. Tholoza. alteram in villa Lumberiaci, aliam in villa ſancti Papuli, & aliam in villa de Rivis & de Robeſtria quondam Tholo. diœc. Quas quidem eccleſias unà cum Apamiarum eccleſia, tanquam ſuffraganeas ſubjecimus ipſi metropolitanæ Tholozanæ eccleſiæ. De bonis quoque & reditibus dicti quondam epiſcopatus Tholozan. tam ipſi Tholozan. quàm prædictis eccleſiis ſuffraganeis certam portionem, quam unicuique illarum debere ſufficere vidimus, providimus aſſignandam: totali bonorum & redituum ipſorum reſiduo, diſpoſitioni noſtræ & ſedis Apoſtolicæ reſervato. Alia etiam circa præmiſſa fecimus, decrevimus, & ordinavimus ex certa noſtra ſcientia, de ipſorum fratrum concordi conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, diſtrictius inhibentes, ne quis cujuſcunque præeminentiæ, ordinis, conditionis aut ſtatus, etiamſi archiepiſcopali dignitate fulgeret, ipſam ordinationem noſtram impedire præſumeret vel turbare: ac decernentes extunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa ſcientia contrarium facerent, niſi reſipuerint cum effectu, intra octo dierum ſpacium poſt publicationem ordinationis ipſius excommunicationis in perſonas, interdicti in univerſitates, ac ſuſpenſionis ſententias in capitula, conventus, ſive collegia duximus promulgandas, prout hæc & alia in Apoſtolicis literis inde confectis plenius continentur. Verùm quia ipſa noſtra ordinatio eò efficacius & inviolabilius ſperatur ſervari, quò plurium & graviorum vallata fuerit adjectione pœnarum: Nos ad obſervationem inconcuſſam ipſius eò amplius anhelantes, quò evidentius in divini cultus augmentum, & ſalutem fidelium animarum noſcitur redundare, præfatis adjiciendo ſententiis, omnes & ſingulos ſcienter turbantes aut impedientes ordinationem eandem, aut aliqua in illa contenta: ſeu turbantibus vel impedientibus dantes conſilium, auxilium vel favorem, directè vel indirectè, publicè vel occultè, cujuſcunque ſint conditionis, dignitatis, ordinis, aut ſtatus, eccleſiaſtici vel mundani, etiamſi archiepiſcopali vel epiſcopali aut majori vel ſuperiori præfulgeant dignitate: niſi intra octo dierum ſpacium poſt publicationem præſentium ab hujuſmodi impedimento ſeu turbatione, ac impenſione conſilii, auxilii vel favoris reſipuerint cum effectu, feudis, locationibus, officiis & beneficiis quibuſcunq; ſpiritualibus & temporalibus, etiam ſi dignitates vel prælaturæ quævis fuerint, quæ ab eccleſiis ſeu in eccleſiis quibuſcunque obtinebunt, ſeu obtinent, ex certa noſtra ſcientia, & de ipſorum fratrum cõſilio, & Apoſt. plenitudine poteſtatis, privatos eſſe decernimus ipſo facto: & ſic liberè ipſa feuda, locationes vel officia aut beneficia ſpiritalia & temporalia, dignitates,

a *In articulo mortis nulla eſt caſuum reſervatio: atq; adeò omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de caſuum reſervat.*

& prælaturæ ad ipſas, ad quas ſpectant, revertantur eccleſias, & devolvantur ad rectores, capitula ſeu collegia earundem, quòd de illis pro ſua voluntate diſponant: & ad dignitates & prælaturas per electionem aut alium modum licitum idoneas perſonas aſſumant. Perſonasque eccleſiaſticas, quæ culpabiles fuerint in præmiſſis, inhabilitamus ad quæcunque eccleſiaſtica beneficia obtinenda. Nulli ergo omninò hominum, &c. Datum Avinion. IV. No. Aug. Pont. noſt. Anno 1.

## CAP. VII.

*Executores quatuor dantur, ad pœnas ſuperiores ſolenniter publicandas.*

Idem *Bartholomao electo Narbo. diœce. Aguelmo de Blavia Engelimen. Eduen. Archid. & magiſtro Berengario de Lagris Lemovicen. & Narbo. eccleſiarum canonico.*

NVper ex certis cauſis, quæ noſtrum & fratrum noſtrorum animos, ad id rationabiliter induxerunt, &c. (ut ſupra proxi. uſque ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda.) Quocirca diſcretioni veſtræ, per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus privationem & inhabilitationem noſtram hujuſmodi vos omnes, ſeu tres, vel duo, ſive unus ex vobis, per vos vel alium, ſeu alios, in eccleſiis & ſolennibus locis & aliis, de quibus & quoties expedire videritis, ſolenniter publicetis: ne quiſquam valeat circa id ignorantiam allegare. Datum Avinion. II. Idus Nov. Pont. noſt. Anno 8.

## CAP. VIII.

*Diſpenſat cum quodam Abbate, ut Epiſcopus poſſit eſſe: licet defectum patiatur in ordinibus & ætate. Ex hac & ſequenti cognoſcimus cauſas & formas diſpenſandi. Quæcunq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. ad Rom. 15.*

Idem *Arnoldo electo Lumbanen.*

NVper ex certis rationabilibus & manifeſtis cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, civitatem Lumbanen. olim villam de Lumbanis, tunc intra Tholozanæ diœceſ. limites conſtitutam, qui locus inſignis, ac multiplici commoditate dotatus exiſtit, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, per literas noſtras, ſub certa forma in civitatem ereximus, civitatisque vocabulo duximus decorandam: ſtatuentes ac etiam decernentes, ut eccleſia Abbatiæ illius loci de Lumban. ordinis ſancti Auguſtini extunc haberetur & exiſteret cathedralis: ac deinde volentes eidem eccleſiæ de paſtore idoneo ſalubriter providere, in te Abbatem ejuſdem eccleſiæ, virum utique literarum & literarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate decorum, diſcretionis & conſilii maturitate conſpicuum, direximus oculos noſtræ mentis, teque (non obſtante defectu ætatis & ordinum, quem pateris, cùm tonſuratus modò in clericum, & in XXVII. ætatis tuæ anno, vel circà, conſtitutus eſſe dicatis, ſuper quo tecum gratiosè duximus diſpenſandum) de fratrum noſtrorum conſil. ipſi eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo. Vnde licet nondum ſit tibi munus conſecrationis impenſum, nec Apoſtolicas literas promotionem tuam hujuſmodi continentes (cùm illas non habeas) poſſis oſtendere. Nos tibi, ut (conſtitutione feli. recor. Greg. Pap. VIII. præd. noſt. & quælibet alia ſuper hoc in contrarium edita, nequaquam obſtante) poſſis ejuſdem Eccleſiæ Lumban. & quorumcunque bonorum ipſius adminiſtrationem accipere, ipſamque adminiſtrationem liberè exercere, auctoritate præſentium indulgemus. Contradictis, &c. Datum Anno 4. ut ſuprà.

## CAP. IX.

*Hortatur quendam in multis commendatum, ut curam paſtoralem adminiſtret in eccleſia, quæ de novo fuerat in cathedralem erecta. hic autem invenies multa notatu digniſſima, quæ debeant lectores ad devotionem accendere.*

Idem *venerabili fratri Bertrando Epiſcopo montis Albani, ad univerſalis eccleſiæ regimen aſcendum divina diſpenſatione vocato.*

AD cujuslibet ſtatus eccleſiæ aciem ſolicitæ conſiderationis extendimus, paſtorales partes officio vigilanti adhibentes, ut earum ſingulæ paſtoribus gubernentur idoneis, & providis rectoribus diſponantur. Quorum diſpenſatione provida, & providentia circumſpecta (illius cooperante clementia, qui verè paſtor & rector agnoſcitur) ſpiritualium & temporalium proficiant incrementis. Nuper ſiquidem ex certis & rationabilibus cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, civitatem olim villam montis Albani, tunc intra limites Caturcen. diœc. conſtitutam, qui locus inſignis exiſtit, ac ubertate multiplici hominum & rerum exuberat, de fratrum noſt. conſi. & Apoſt. plenitudine poteſtatis, civitatis vocabulo duximus decorandam: ſtatuentes ac etiam decernentes, ut eccleſia monaſterii illius loci montis Albani monaſterii caſa Dei ad Rom. eccl. nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Claremoten. diœce. tunc immediatè ſubjecta, extunc haberetur & exiſteret eccleſia cathedralis; poſtmodum verò de celeri ac ſalubri proviſione ipſius eccleſiæ montis Albani, ut ſponſi ſolatio lætetur, ſolicitè cogitantes, ac volentes illum eidem præficere in paſtorem, de quo certam haberemus notitiam, quòd eum clara morum inſignia redimirent, nec eſſet dubia ejus charitas, circa plebem ſuo regimini committendam, & in cujus fiducia conſiſteret ſalubriter ſecuritas ſubditorum. Ad te nunc monaſterii prædicti Abbatem, quem literarum ſcientia præditum, vitæ & morum honeſtate decorum, diſcretionis & conſilii maturitate conſpicuum, in temporalibus providum, in ſpiritualibus circumſpectum, nobis & fratribus noſtris placida tua converſatio continuata, diu apud ſed. Ap. approbavit, direximus oculos mentis noſtræ: quibus omnibus debita meditatione penſatis de perſona tua, nobis & eiſdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum fratrum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis eidem eccleſiæ montis Albani providimus, præficientes eidem ſanctæ eccleſiæ teipſum in paſtorem, tibi curam & adminiſtrationem illius in ſpiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi poſtmodum faciendo, per venerabilem Frat. no. Berengarien. Epiſcopum Tuſculan. munus conſecrationis impendi: Firma ſpe fiduciaque tenentes, quòd eadem eccleſia monaſterii Albani (dominica aſſiſtente clementia) per tuæ circumſpectionis & induſtriæ ſtudium fructuoſum ſervabitur à noxiis & adverſis, & ſpiritualibus & temporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur Dei jugum, tàm leve collis humilium, quàm ſuave, ac dilectione paſcendum: ſuſcipe gregem ejus, ſuper quem noctis vigilias dilectus ſolicitè, & cominuſque cuſtodit, ut liber non pateat aditus invaſori, & dominus inſuſpicabili hora venturus, ſi te invenerit ſic agentem, curſu conſummato, qui tuo labori proponitur, & [illegible]horum fide ſervata, quæ tuæ ſolicitudini committuntur, te repertum fidelem in modico, ſupra multa conſtituet, ac in dilecta gaudiorum ſuorum tabernacula introducet. Datum, &c. Anno 4.

## CAP. X.

*Declarat, an collector fructuum primi anni, omnium beneficiorum eccleſiaſticorum vacantium & vacaturorum, uſque ad certi temporis ſpacium deputatorum, pro camera Apoſt. oneribus [illegible] levius ſupportandis, poſſit cum obtinentibus beneficia [illegible] & altaria dotata cadant ſub tali reſervatione, &c.*

Idem *Hugoni de Mirabello canonico Ebredun. collectori fructuum primi anni, &c.*

Poſtulaſti

POſtulaſti per Apoſtolicæ declarationis evidentiam edoceri, quid tibi ſuper dubiis infrà ſcriptis circa commiſſam tuæ induſtriæ recollectionem fructuum prædictorum (aliàs præbendarum, aut beneficiorum) imminentibus ſit agendum. Tuæ itaque conſultationi breviter reſpondentes, te ſcire volumus beneplaciti noſtri eſſe ſuper fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in ſolutione decimæ juxta verum taxata valorem, quòd illum nequaquam excedunt, cum obtinentibus hujuſmodi beneficia, prout melius & utilius diœceſanis locorum (in quibus hujuſmodi beneficia fuerint, quorum conſilia in hac parte requiras) & tibi videbitur, valeas convenire. Nos enim ipſorum diœceſanorum, & tuam conſcientiam ſuper his oneramus. Licet autem quotidianæ diſtributiones, per nos fuerint à perceptione fructuum prædictorum excluſæ, hoc tamen volumus de diſtributionibus ipſis intelligi, quæ dantur eis, qui horis interſunt: ſic quòd illæ, quæ ſolvuntur his, qui ſunt in civitate vel loco præſentes, quamvis horis non interſint eiſdem, non ſint ab onere dictæ recollectionis immunes. Porrò declarationem illam factam per nos in deputatione ſeu reſervatione fructuum prædictorum, ut videlicet non extendatur ad vicarias ſeu capellanias, ut plurimum à decedentibus inſtitutas ad miſſas pro ipſis decedentibus celebrandas, certis conſtitutis reditibus Presbytero inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis certis feudis uſuaticis ſeu cenſibus, ut capellanus inibi celebrare debeat pro dotantium animabus certis vicibus, ſingulis ſeptimanis, & in eccleſia cathedrali horis intereſſe divinis, dummodo valor annuus ipſorum altarium ſummam XX. lib. Turonen. non excedat. Alioquin includantur in deputatione ſeu reſervatione prædictis. Vbi verò præbenda fuerit in decima pro tanto taxata, quòd parum poſſet canonico hebdomadario (cui certum pro illa ſervitium imminet in eccleſia faciendum) poſt perceptionem taxationis hujuſmodi remanere: volumus quòd de taxatione ipſa pro hujuſmodi ſervitii onere portionem aliquam congruam prædicto hebdomadario dimittas, pro jam dicta camera noſtra reſiduum percepturus. Cæterùm præbendas illorum, qui taxationem decimæ ſolvere recuſantes abeſſe velle ſe ſimulant, ut taxationem ipſam diminuere compellantur: ne per illorum abſentiam hujus perceptione taxationis frauderis, quaſi nil de præbenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, niſi ſaltem in loco vel in civitate præſentes, quum tamen eccleſiæ fabrica tales præbendas ex integro percipere dignoſcatur: declaramus ſub deputatione ſeu reſervatione comprehendi præfata: ut videlicet eas juxta deputationis noſtræ modum percipere valeas, canonicorum ipſorum abſentia non obſtante. Ridiculum enim eſſet, ut eadem fabrica potiori quàm nos privilegio in talibus uteretur. De illis denique, qui licet per multos menſes tenuerint eccleſias vel præbendas, nihil tamen ſe percepiſſe aſſerunt ex eiſdem, cùm juxta conſuetudinem patriæ prædeceſſores eorum teſtati fuerunt de bonis illarum, propter quod ipſi obtinentes tales eccleſias tibi ſatisfacere nequeunt de fructibus antedictis: nihilominus offerentes, quòd tandiu fructus eccleſiarum ipſarum percipias, donec tibi fuerit inde plenariè ſatisfactum: placet nobis & volumus, ut ſi eſt ita, oblationi hujuſmodi condeſcendas. per hoc tamen non intendimus conſuetudinem approbare prædictam. Datum Avinion. V. Idus Octob. Pontificatûs noſtri Anno 2.

## CAP. XI.

*Cum Romanus Pontifex pro eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus fructus beneficiorum vacantium usq; ad certum tempus reſervaſſet, circa illam reſervationem plurima ambiguitates orta ſunt, quas hic ſolvit.*

### Idem.

CVm nonnullæ eccleſiaſticæ perſonæ in cathedralibus eccleſiis canonicatus, præbendas, dignitates, perſonatus, & officia, ac alia beneficia eccleſiaſtica obtinentes, revocare conentur in dubium, an fructus, reditus, & proventus primi anni beneficiorum eccleſiaſticorum etiam vacantium, & quæ in diverſis orbis partibus uſque ad triennium vacare contingeret, quos pro eccleſ. Rom. neceſſitatibus per noſtras ſub certa forma literas duximus reſervandos, juxta tenorem literarum ipſarum cameræ noſtræ ſolvere teneantur: præſertim cùm archiepiſcopales & epiſcopales eccleſiæ, ac regulares abbatiæ ab hujuſmodi ſolutione fructuum (ut dicunt) in dictis literis eximantur: Nos dubitationem hujuſmodi amputare volentes, auctoritate Apoſt. declaramus, quòd cùm ſub appellatione archiepiſcopalis vel epiſcopalis eccleſiæ, aut regularis abbatiæ, hujuſmodi præbendæ, dignitates, perſonatus, & officia nequaquam intelligantur, nec etiam includantur prædictis: necnon & præbendarum, & officiorum monachorum, monaſteriorum regularium, ac reditus abbatiarum ſeu Abbatum earundem, quæ in beneficiis eccleſiaſticis aſſignantur, diſtinctos fructus, reditus & proventus includi in deputatione prædicta, & dictæ cameræ juxta prædictarum literarum tenorem debere perſolvi: ac id idem ſuper ſolutione omnium fructuum, redituum, & proventuum commendatariarum, curtuum ſeu grangiarum, monaſteriorum, domorum, & locorum conventualium, quæ pro beneficiis eccleſiaſticis (ut prædicitur) conceduntur (niſi duntaxat in fructibus illorum, quæ ſunt forſan excepta) declaramus & præcipimus obſervari. Præterea cùm in aliquibus eccleſiis tam cathedralibus, quàm aliis, panis & potus pro quotidianis diſtributionibus ipſarum eccleſiarum canonicis & perſonis de præbendarum ipſarum corporibus pro die quolibet deputetur: & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecuniæ ſumma, & aliquando alterum pro altero pro ſingulis menſibus vel hebdomadis etiam canonicis ſtudiorum cauſa aut aliàs pro eorum negotiis, de licentia capitulorum eccleſiarum ipſarum, ab eccleſiis eiſdem abſentibus exhibeantur, & etiam perſolvantur: declaramus auctoritate prædicta illam bladi quantitatem, & pecuniæ ſummam, quæ pro quolibet menſe vel hebdomada dictis canonicis (ut prædicitur) miniſtrantur, non debere pro quotidianis diſtributionibus computari, ſed illa tantùm, quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis & nocturnis horis diſtribuuntur ſine fraude. Adjicimus inſuper declarationi prædictæ, quòd ſi obtinenti curatum beneficium, aliud ſibi conſimile collatum fuerit, vel etiam in poſterum conferatur, poſt ſecundi beneficii pacificam poſſeſſionem adeptam, & fructuum perceptionem ipſius, nihil de fructibus ejuſdem primi beneficii (niſi forſan ſuper hoc diſpenſatione canonica ſit munitus) percipere poſſit: ſed pro dicta camera noſtra juxta formam dictarum literarum recipiantur, & etiam exigantur. Vbi verò fructuum, redituum & proventuum beneficiorum eccleſiaſticorum non reperiretur certa taxatio: declaramus auctoritate prædicta, quòd fructus, reditus & proventus beneficiorum hujuſmodi cùm vacare contigerit, per medium dividantur, quorum medietas recipiatur pro camera prædicta, reliquam verò medietatem ille pro ſua ſuſtentatione percipiat, qui beneficium hujuſmodi dignoſcitur obtinere. Grangias autem, & alia loca Ciſtercien. ordinis & aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores ſeu cuſtodes, vel adminiſtratores ponuntur ad tempus, & removentur ad voluntatem ſuperiorum ſuorum, eorumque fructus, reditus & proventus auctoritate declaramus eadem in deputatione prædicta, ac literis noſtris ſuper illa confectis aliquatenus non includi. Nulli ergo omninò, &c. Datum Avinion. Nonis Ianuar. Pont. noſt. Anno 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### CAP. XII.

*Fructus amborum beneficiorum, quibus quandoq́ beneficiatus privatur, cameræ Apoſtolicæ deputantur.*

Idem.

CVm nonnullæ eccleſiaſticæ perſonæ revocare conentur in dubium, an ſi obtinenti dignitatem, vel aliud beneficium eccleſiaſticum, cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo caſu, quo ambo beneficia ipſa ſucceſſivè vacare contingit, eorundem amborum fructus primo anno, quo vacant, ratione deputationis fructuum, redituum & proventuum eccleſiaſticorum tunc vacantium, & quæ uſque ad certum tempus vacare contingeret, quos pro eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus relevandis per noſtras literas duximus deputandos, noſtræ cameræ debeantur. Nos ambiguitatem hujuſmodi removere volentes, auctoritate Apoſtolica declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, reditus & proventus (cùm utrumque ipſorum vacet) pro eadem camera debere percipi & haberi. Nulli ergo, &c.

### CAP. XIII.

*Diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervantur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium, ſi moriantur in locis ultra duas dietas legales ab ipſa curia non diſtantibus.*

Benedictus XII.

AD regimen eccleſiæ generalis, quanquam immeriti, ſuperna diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſideriis, ut debemus, quòd per noſtræ diligentiæ ſtudium ad quarumlibet eccleſiarum & monaſteriorum regimina, & alia beneficia eccleſiaſtica juxta divinum beneplacitum, & noſtræ intentionis effectū, viri aſſumantur idonei, qui præſint, & proſint committendis eis eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis prælibatis. Præmiſſorum itaque conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis aliis rationalibus cauſis, nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, omnes patriarchales, archiepiſcopales & epiſcopales eccleſias, & etiam monaſteria, prioratus, dignitates, perſonatus & officia, necnon canonicatus & præbendas, & eccleſias, cæteraque beneficia eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, ſecularia & regularia, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ conſueverint ſeu debuerint per electionem ſeu quemvis alium modum aſſumi, nunc apud ſedem Apoſtolicam quocunque modo vacantia, & in poſterum vacatura, necnon per depoſitionem, vel privationem, ſeu translationem, aut muneris conſecrationis ſuſpenſionem, per felicis recordationis Ioan. Pa. XXII. præd. no. ſeu ejus auctoritate factas, & per nos ſeu auctoritate noſtra in antea faciendas ubilibet. Necnon ſi forſan tempore jam dicti prædeceſſoris aliqui in concordia vel diſcordia electi, vel poſtulati fuerint, quorum electio caſſata ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renunciatio, & admiſſa per ipſum prædeceſſorem, vel auctoritate ipſius extiterint, ſeu quorum electorum, vel poſtulatorum, & in antea eligendorum ſeu poſtulandorum ac renunciantium electionem caſſari, vel poſtulationem repelli, aut renunciationem admitti per nos, vel auctoritate noſtra contingeret apud ſedem prædictam, vel alibi ubicunque. Ac etiam per obitum cardinalium ejuſdem eccl. Rom. ac officialium dictæ ſedis: videlicet camerarii, Vicecancellarii, notariorum, auditorum literarum contradictarum, & Apoſtolici palatii cauſarum auditorum, correctorum, & ſcriptorum literarum Apoſtolicarum, ac pœnitentiarii præfatæ ſedis, ac abbreviatorum, nec non commenſalium, & aliorum quorumlibet Capellanorum ſedis ejuſdem, & etiam quorumcunque legatorum ſive nunciorum, ac in terris eccleſiæ Romanæ rectorum, & theſaurariorum, per dictum Ioan. prædeceſſorem, vel nos ſpecialiter deputatorum ſeu miſſorum hactenus, vel à nobis deputandorum, aut mittendorum in poſterum: nunc vacantia & in antea vacatura, ubicunque dictos legatos, vel nuncios ſeu rectores aut theſaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis. Necnon quorumlibet pro quibuſcunque negotiis ad Romanam curiam venientium, ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta curia ultra duas dietas legales non diſtantibus jam forſan obierint, vel eos in antea mori contigerit de hac luce. Ac etiam ſimili modo quorumcunque curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quacunque cauſa ad quævis loca ſecedentium, ſi eos antequam ad dictam curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem curia (ut præmittitur) non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem, jam forſitan deceſſiſſe, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoveri; nunc per obitum hujuſmodi vacantia, & in poſterum vacatura. Rurſus monaſteria, prioratus, decanatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, præbendas, & eccleſias, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, ſecularia & regularia, cum cura vel ſine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiam ſi ad illa perſonæ conſueverint & debuerint per electionem aut quemvis alium modum aſſumi, quæ promoti per dictum prædeceſſorem, vel ejus auctoritate ad patriarchalium, archiepiſcopalium, & epiſcopalium eccleſiarum, necnon monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc vacantia. Et qui per nos ſeu auctoritate noſtra in poſterum ad eadem regimina promovendi tempore promotionis hujuſmodi obtinebunt. Necnon etiam, quæ per aſſecutionem pacificam quorumcunque prioratuum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum & præbendarum eccleſiarum, & beneficiorum aliorum per nos, vel eundem Ioan. prædeceſſorem, ſeu auctoritate literarum noſtrarum, vel ipſius Ioan. prædeceſſoris collatorum, & conferendorum in poſterum, nunc vacantia, & in antea vacatura (plena ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis cum fratribus noſtris collatione præhabita, & matura deliberatione ſecuta) ordinationi, diſpoſitioni, & proviſioni noſtræ (donec miſerationis divinæ clementia nos univerſalis eccleſiæ regimini præſidere conceſſerit) de ipſorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica reſervamus decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis, & quolibet eorum per quoſcunque, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Rom. Pontif. editis, quatenus obſiſtere poſſent ſuperius enarratis articulis, vel alicui ſive aliquibus eorundem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ reſervationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinion. 3. Idus Ianuarii, Pontificatus noſtri Anno 1. M. CCCXXXV.

### CAP. XIV.

*Beneficia quæcunq́ ſint diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata per ſpecialem reſervationem ſunt affecta: ita quod illorum collatio non valeat, ſi per alium à Romano Pontif. fuerit facta.*

Paulus Venetus Papa II.

AD Romani Pontificis providentiam, & circumſpectionem providam ſpectare dignoſcitur, dubia [illegible]ris (ex quibus lites graves oriuntur indies) ſuæ declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate, & temporum conditione inſpectis) conſpexerit in Domino ſalubriter expedire. Cùm itaque nonnulli Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, per diverſas eorum conſtitutiones, quas ſuo tempore duntaxat du-

ra-

re voluerunt, quæcunq; beneficia eccleſiaſtica, quæ ſui, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ viventium & tunc exiſtentium cardinalium familiares continui commenſales obtinebant, & inpoſterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitum cardinalium eorundem vel aliàs receſſiſſent: nec non illa, quæ etiam fructuum & proventuum cameræ apoſtolicæ debitorum collectores, & qui ipſorum prædeceſſorum temporibus ſua officia exercerent, uniti ſuccollectores durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibuſcunq; locis vacaverint, cum irritantis appoſitione decreti, & deinde prædeceſſoribus ipſis ſublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter utriuſque juris interpretes etiam officiales Romanæ curiæ ſæpenumero hæſitatum extiterit, an beneficia hujuſmodi, propter reſervationem & decretum prædicta reſervata vel affecta, remanſerint: ita quòd nullus præter Romanum Pontif. de illis diſponere potuerit ſive poſſit: reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Ac cùm propter ambiguitatem hujuſmodi, variis quoque juriſperitorum opiniones & diſcrepationes ipſas, adverteremus, plerunque pro reſervatione & affectione præmiſſis, interdum verò econtrà pronunciatum & definitum fore. Nos qui vigilis more paſtoris ſuper his maturo providendum eſſe conſilio non indignè cenſuimus: & propterea in ſingulis cauſis ſuper quibuſvis beneficiis Eccleſiaſticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus, uſq; ad noſtrum beneplacitum ſuperſedere mandavimus: cupientes quemadmodum noſtro incumbit officio, dubiis hujuſmodi finem imponere, ſubditorum obviare diſpendiis, & (ne lites fiant penitus immortales) de opportuno remedio providere: Felicis recordationis Vrbani V. Greg. IX. Bonifac. VIII. Romanorum Pontificum, etiam prædeceſſorum noſtrorum, qui ad ſubmovenda altercationum fomenta & ambiguitates hujuſmodi lucidandas, declarationes ſimiles per ſuas literas ediderunt, veſtigiis inhærendo, ac providè conſiderantes, effectum per reſervationem manuſque appoſitionem eorundem prædeceſſorem in dictis beneficiis in eſſe productum, per obitum ipſorum nequaquam cenſeri debere revocatum. Romani quoque Pontificis manus appoſitionem prædictam tantæ efficaciæ tantæque virtutis exiſtere, ut etſi literæ apoſtolicæ ſuper proviſionibus beneficiorum, aut de providendo mandatis, in quibus decretum & reſervatio hujuſmodi apponuntur, ex aliqua cauſa ſuum debitum non ſortiantur effectum: facultatem tamen providendi de beneficiis taliter ſervatis quibuſcunque aliis fuiſſe ademptam hujus perpetuæ & irrefragabilis conſtitutionis edicto de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Roma. Eccleſ. cardinalium conſilio omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, ſecularia, & cujuſvis ordinis regularia, etiamſi præpoſitatus, canonicatus, præpoſituræ, & præbendæ, dignitates perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint: etiamſi ad illa conſueverint, qui illis præficiuntur per electionem aſſumi, eisq; cura immineat animarum (ut præmittitur) reſervata, & per Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros canonicè intrantes in poſterum reſervanda, ac etiam quovis modo vacantia & in antea vacatura: per hujuſmodi reſervationem & decretum remanſiſſe & remanere ſemper affecta: nullumque de illis (cùm primùm vacare contigerit) præter eundem Romanum Pontificem ea vice quovis modo diſponere potuiſſe ſive poſſe, harum ſerie decernimus, & pariter declaramus. Quod tam in pendentibus etiam per appellationem, quàm in futurum ſuper eiſdem beneficiis (ut præmittitur) reſervatis committendis cauſis, per dilectos filios magiſtros capellanos noſtros, cauſarum pallatii apoſtolici auditores, atque alios quoſcunque delegatos & judices ubilibet inviolabiliter obſervari, & ſecundùm præmiſſa, nec aliter ſententiari & definiri volumus atque mandamus eis & eorum cuilibet, quavis alia ſuper præmiſſis interpretandi facultate ſublata: Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, declarationis, voluntatis, mandati & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Rom. apud ſanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ M. CCCCLXVII. Cal. Septemb. Pontif. noſt. Anno 3.

## NE SEDE VACANTE ALIQVID INNOVETVR.

### TITVLVS III.

### CAP. VNIC.

*Papa volens providere divino cultui & miniſtris ejuſdem, & occurrere diſpendiis, quæ ipſis quotidie imminent propter occupationes vacantium eccleſiarum primi anni, quæ competunt ex diverſis titulis aliquibus eccleſiis ſeu perſonis: ſtatuit quòd quando talis occupatio imminebit in beneficiis, quæ conſueverunt in decima ſolutione taxari, collectores ipſorum annalium ſint contenti ipſa ſumma, pro qua conſuevit dari decima, ſi ipſam eligendam duxerint, totali reſiduo penes eum, cui collatum eſt beneficium, remanente: vel dimiſſa eidem ſumma prædicta, poſſint dictum reſiduum ſibi aſſumere, dum tamen alterum intra X. dies dicti eligant collectores: aliàs poſt X. dies ipſorum optio in beneficiatum tranſeat ipſo jure. In non taxatis autem fructus decimabiles illius anni dividantur per medium, & utriq; eorum medietas tribuatur: ita quod ſi alter dimidia noluerit contentari, ipſa in volentem tranſeat ipſo jure: Et ſi quicquam aliquis contra dictam ordinationem receperit, pœnas hic contentas incurrat.*

Ioannes XXII. *Epiſcopo ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

SVSCEPTI regiminis nos cura ſolicitat, ut quæ in eccleſiis non abſque diſpendio miniſtrorum & cultus detrimento divini ſervari videamus: per appoſitionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cùm itaque in nonnullis eccleſiis obſervetur, & à longis retroactis temporibus fuerit obſervatum, quòd fructus a primi vel ſecundi, aut alterius cujuſque ſequentis anni beneficiorum vacantium in eiſdem, defuncto vel fabricæ, aut eccleſiis vel perſonis habentibus annalia de conſuetudine, privilegio, vel ſtatuto applicetur in totum: ita quòd illi, qui hujuſmodi beneficia canonicè obtinent, & ad quos aliàs de jure fructus ipſi ſpectare deberent, nihil inde percipiunt: unde illud inconveniens ſequitur, quòd commodè nequeunt ad impendendum ſervitium debitum reſidere in eccleſiis, in quibus beneficiati exiſtunt. Nos de illo ſuper his remedio providere volentes, per quod hi & illi in fructuum perceptione prædictorum participent, & eccleſiæ debitis ſervitiis non fraudentur: præſenti decreto ſtatuimus de fratrum noſtrorum conſilio, quòd illi, qui fructus prædictos ſibi hactenus integrè vendicabunt ex privilegio, de conſuetudine vel ſtatuto, nihil exinde ultra ſummam, pro qua unumquodque beneficiorum ipſorum conſuevit in decimæ ſolutione taxari, prætextu cujuſvis privilegii, conſuetudinis vel ſtatuti quovis modo percipiant: ſed ipſius ſummæ perceptione duntaxat ſint omninò contenti, totali reſiduo prædicta

a *Vide extravagantem Pii V. Pontificis maximi, incip. Durum nimis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

obtinentibus beneficia remanſuro: niſi forſan illi, qui fructus eoſdem ſoliti fuerint, (ut præfertur) cum integritate percipere, pro ſe mallent ipſum habere reſiduum, & obtinentibus ipſa beneficia ſummam dimittere memoratam, quo caſu percipiendi quod maluerint illis relinquimus optionem: ſic quòd intra X. dies poſtquam ſciverint beneficia ipſa vacare, ii, quibus annalia ipſa debentur ex privilegio, conſuetudine vel ſtatuto, aut ipſorum annalium collectores, quam partem habere voluerint, an ſcilicet decimæ taxationem, vel illa dimiſſa reſiduum (nulla ſubhaſtatione præmiſſa) eligere teneantur. Quam electionem ſi intra dictos X. dies non fecerint, ut eſt dictum, extunc ad eum, cujus eſt beneficium hujuſmodi, optio vel electio tranſeat ipſo jure. Et hoc in eccleſiis & partibus illis, in quibus beneficia majora & alia quantum ad ſolutionem decimæ ſunt taxata, volumus obſervari. In illis verò partibus & eccleſiis, in quibus decimarum taxatio non eſt facta, ſervetur, quòd fructus & obventiones beneficii tunc vacantis, quod in decima ſolvere conſuevit, per medium dividantur; quorum medietatem habeat is, cui annalium per alterum de prædictis modis perceptio eſt conceſſa: reliquam verò medietatem percipiat ille, cui beneficium eſt conceſſum pro ſuſtentatione ſua, & aliis eccleſiæ oneribus ſupportandis. Quòd ſi alter de prædictis prædicta medietate voluerit eſſe contentus, altero contentari nolente, pars volentis ipſo jure tranſeat ad nolentem, & volens fructus & obventiones illius beneficii percipiet univerſos, eidem beneficio congruè faciens deſerviri, ac ejus ſupportans onera conſueta. Et ſi quicquam aliquis prædictorum ultra præmiſſa perceperit, illudque his, ad quos pertinebit, intra menſem non reſtituerit cum effectu, eo ipſo ſi Epiſcopus vel ſuperior prælatus fuerit, à pontificalibus & ingreſſu eccleſiæ noverit ſe ſuſpenſum: Si autem capitulum, univerſitas vel collegium, eccleſiaſtico interdicto ſe noverit (donec prædicta cum integritate reſtituerit) ſubjacere. Si verò aliqua ſingularis perſona eccleſiaſtica vel mundana id fecerit, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto, à qua, niſi reſtitutione præmiſſa (præterquam in mortis articulo) minimè abſolvatur: non obſtantibus quibuſcunque privilegiis vel indulgentiis, aut contrariis conſuetudinibus, contrariis ſtatutis, juramento, confirmatione ſedis Apoſtolicæ, aut alia quacunque firmitate vallatis. Quæ omnia quoad hæc auctoritate Apoſtolica revocamus, caſſamus, & irritamus, & nullius deinceps eſſe volumus firmitatis. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, revocationis, caſſationis, & voluntatis infringere, vel ei, &c. Si quis, &c. Datum, Avin. Calend. Novemb. Pontif. noſtri Anno 2.

## DE REBUS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS.

### TITULUS IV.

### CAP. UNIC.

*Bonorum eccleſiaſticorum alienatio non tenet, & alienantes & recipientes ſunt excommunicati, prælatiſq; diverſis diverſa pœna imponuntur.*

Paulus Venetus *Papa II.*

AMBITIOSÆ [a] cupiditati, illorum præcipuè, qui divinis & humanis affectati, damnatione poſtpoſita, immobilia & precioſa mobilia Deo dicata, ex quibus eccleſiæ, monaſteria & pia loca reguntur, illuſtranturque, & eorum miniſtri ſibi aſimoniam vendicant, profanis uſibus applicare, aut cum maximo illorum ac divini cultus detrimento exquiſitis mediis uſurpare præſumunt, occurrere cupientes: Omnium rerum & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſionem, hypothecam, locationem & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus à jure permiſſis, ac de rebus & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc eccleſiarum evidenti utilitate, ac de fructibus & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia, hac perpetuò valitura conſtitutione præſenti fieri prohibemus, prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innovamus, in ſuo nihilominus robore permanſuris. Si quis autem contra hujus noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis & rebus ejuſdem quicquam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio & infeudatio hujuſmodi nullius omninò ſint roboris vel momenti. Et tam qui alienat, quàm is qui alienatas res & bona prædicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat. Alienanti verò bona eccleſiarum, monaſteriorum, locorumque piorum quorumlibet inconſulto Rom. Pont. aut contra præſentis conſtitutionis tenorem, ſi pontificali vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus eccleſiæ ſit penitus interdictus. Et ſi per ſex menſes immediatè ſequentes, ſub interdicto hujuſmodi animo (quod abſit) perſeveraverit induratus, lapſis menſibus eiſdem è regimine & adminiſtratione ſuæ eccleſiæ vel monaſterii, cui præſidet in ſpiritualibus & temporalibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores verò prælati, commendatarii, & aliarum eccleſiarum rectores beneficia vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliiſque eccleſiaſticis cum cura & ſine cura ſecularibus & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienarunt duntaxat, ipſo facto privati exiſtant, illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur, poſſintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis (illis exceptis qui propterea privatæ fuerint) liberè de jure conferri: niſi aliàs diſpoſitioni Apoſt. ſed. ſint ſpecialiter aut generaliter reſervata. Nihilominus alienatæ res & bona hujuſmodi ad eccleſias, monaſteria & loca pia, ad quæ ante alienationem hujuſmodi pertinebant, liberè revertantur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis & innovationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, Anno Do. incarn. M.CCCC.LXVIII. Cal. Mart. Pont. noſt. Anno 4.

## DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

### TITULUS V.

### CAP. I.

*Contractus emptionis & venditionis annui cenſus cum [illegible] ne revenditionis declaratur hîc non eſſe uſurarius. Et in ſine mandatur, quòd hujuſmodi bulla publicetur.*

Martinus V. *venerabilibus fratribus Trevirin. & Lubicenen. ac Almicen. Epiſ.*

REgimini [a] univerſalis eccleſiæ, quanquam immeriti diſponente Domino præſidentes, curis angimur aſſiduis, ut juxta creditæ nobis diſpenſationis officium, ſubditorum quorumlibet [illegible] quieti (quantum nobis ex alto conceditur) [illegible]

a Vide Conc. Trid. Seſſ. 25. de reform. c. 11.

a De materia hujus extravagantis vide gloſſ. & [illegible] c. conqueſtus. de uſur. & Butrium & Imolam in ca. [illegible] empt. & vend. Anch. conſil. 30. incip. Dubitari ſolet. [illegible] ſi cautio. de fide inſtr. & Sot. l. 6. de Iuſt. & jur. q. 5. art. 3.

Et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore, ne litium anfractum, ſeu ſcandalorum parturiant fomentum, noſtro moderamine declarentur. Sanè petitio dilectorum filiorum univerſorum cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum civitatis & diœceſ. Vratislavien. nobis exhibita continebat, quòd à centum annis citra, & ſupra, & à tanto tempore, & per tantum tempus, cujus contrarii memoria hominum non exiſtit: in eiſdem civitate & diœc. ac partibus aliis vicinis, quædam conſuetudo rationabilis obſervata, præſcripta, ac moribus utentium approbata, ad communem hominum utilitatem introducta fuiſſet. Pro quibus princeps, baro, miles, civis, ſive oppidanus partium earundem, cùm hoc expedire videbatur, melius pro tunc non valentes ſibi conſulere, perſonæ eccleſiaſticæ, aut ſeculari collegio, aut univerſitati, oppido vel civitati, ſuper bonis ſuis, dominiis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus, & hæreditatibus vendere conſuevit, & vendidit annuos cenſus unius vel plurium marcarum, aut groſſorum Pragenſium nummi Polomæi, & pagamenti conſueti: ad rationem, & pro qualibet marca annui cenſus X. XI. XIII. XIV. marcæ, aut plus vel minus, ſecundùm temporis qualitatem, prout ipſi contrahentes tunc inter ſe convenerant, ipſi venditori tunc integraliter in pecunia numerata ſolvi conſueverant, bonis in ipſo contractu tunc expreſſis, pro ipſius cenſus annui exolutione in perpetuum obligatis. Et ſemper in ipſis contractibus expreſſe ipſis venditoribus data fuit facultas atque gratia, quòd ipſum annuum cenſum in toto vel in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab ipſis emptoribus receperunt, quandocunque vellent, liberè abſque alicujus requiſitione, contradictione, vel aſſenſu poſſent extinguere & redimere, ac ſe ab ipſius cenſus ſolutione extunc penitus liberare. Sed ad hoc hujuſmodi cenſus venditores inviti nequaquam per emptores cogi vel adſtringi valerent: etiam ipſis poſſeſſionibus & bonis obligatis penitus interemptis ſeu deſtructis. Fuitque, & eſt talis contractus emptionis & venditionis per Epiſcopos Vratislavien. pro tempore exiſtentes, & eorum officiales, necnon per diverſos dominos temporales locorum & terrarum, in quibus cenſus hujuſmodi conſtituti exiſtunt, tanquam licitus & communi utilitati deſerviens, ſæpius confirmatus pariter & approbatus. Quodque etiam ſuper hujuſmodi cenſibus plurima beneficia eccleſiaſtica, collegia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus & officia, vicariæ, altaria numero plus quàm duo millia, de expreſſo conſenſu & voluntate dominorum temporalium, ſub quorum territoriis dicta bona obligata conſiſtunt, erecta, dotata, & fundata, authenticis eorundem dominorum temporalium literis ſigillis ſigillatis & roborata fore noſcuntur. Quodque etiam venditores eorundem cenſuum ſe nonnunquam ad ipſorum cenſuum ſolutionem, pœnis & cenſuris eccleſiaſticis ordinariorum locorum ſponte & liberè ſubmiſerunt: ſicuti etiam aliqui eorum tractu temporis compulſi fuerunt, & compelli conſueverunt. Tamen nonnullis ex venditoribus ipſis in arcum pravum converſi, cupientes cum alterius pecunia locupletari, hujuſmodi cenſus hucuſque per eos ante liberè, & abſque ulla contradictione ſolutos eiſdem emptoribus, tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus ſolvere contradicunt & recuſant, confingentes hujuſmodi emptionis & venditionis contractus fore & eſſe uſurarios & illicitos: ipſos emptores eccleſiaſticos & ſeculares, necnon collegia, canonicatus, & præbendas, & dignitates, perſonatus & officia, vicarias & altaria, ac beneficia hujuſmodi ipſorum annuorum cenſuum ſpoliant perceptione, & detinent ſpoliatos, in animarum ſuarum periculum, eorumq; emptorum præjudicium, damnum & gravamen. Et propterea, an contractus emptionis & venditionis hujuſmodi liciti exiſtant, à nonnullis hæſitatur. Quare pro parte earundem cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum civitatis & diœ. Vratislavien. nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut an contractus hujuſmodi liciti vel illiciti cenſeri debeant declarare, & aliàs eis in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: Quia etiam ex relatione dilecti filii noſtri Guilielmi tituli ſancti Marci Presbyteri Cardinalis, cui negocium hujuſmodi cum peritorum conſilio commiſimus examinandum: comperimus contractus hujuſmodi juridicos, & juxta determinationem doctorum licitos fore. Ad hujuſmodi ergo ambiguitatis tollendum dubium in præmiſſis, præfatos contractus, licitos, & juri communi conformes, ac ipſorum cenſuum venditores, ad illorum ſolutiones (remoto contradictionis obſtaculo) obligari, aucto. Apoſt. tenore præſentium ex certa ſcientia declaramus: Non obſtantibus præmiſſis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Volentes, quòd prædictæ literæ noſtræ debitum ſortiantur effectum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrûm, per vos, vel alium ſeu alios, præfatis emptoribus in præmiſſis opportuni favoris præſiduum efficaciter impendentes, dictaſque literas, ubi, quando & quoties expedire videritis, auctoritate noſtra ſolenniter publicantes, faciatis eadem auctoritate eiſdem emptoribus, vel ipſorum procuratoribus eorum nominibus, per venditores, ſeu debitores cenſuum hujuſmodi de præfatis cenſibus juxta contractuum & conventionum inter ipſos habitorum formam & tenorem, plenam & debitam ſatisfactionem impendi. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtan. ſi aliquibus communiter vel diviſim à ſe. Ap. ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſunt, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ, apud ſanctos Apoſt. 6. Nonas Iul. Pontific. noſt. Anno 8.

## CAP. II.

*Contractum quendam emptionis & venditionis præcedenti ſimilem declarat eſſe juri conſonum, & ab uſuris alienum. Et tandem jubet præſentem bullam cunctis manifeſtari.*

Calixtus III. *Epiſco. Magdeburgen. Nurembergen. & Halberſtaden. eccleſiarum Decanis.*

REgimini a univerſalis eccleſiæ quanquam immeriti diſponente Domino præſidentes, curis angimur aſſiduis, ut juxta nobis crediti diſpenſationem officii ſubditorum quorumlibet paci & quieti (quantum nobis ex alto conceditur) intendamus. Et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore (ne litium anfractus exinde, ſeu ſcandala proveniant) debito (prout juſtitia perſuaſerit) declarationis noſtræ miniſterio ſopiantur. Sanè pro parte venerabilis fratris noſtri Ioannis Epiſcopi Mersburgen. & dilectorum filiorum univerſi cleri civitatis & diœceſis Mersburgen. nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd licet à tanto tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, in diverſis Alimaniæ partibus, pro communi hominum utilitate, inter habitatores & incolas partium earundem talis inoleverit, hactenuſque obſervata fuerit legitimè præſcripta, ac moribus utentium & ordinariorum permiſſione, & plerunque expreſſa ratificatione approbata conſuetudo: Quòd ipſi habitatores & incolæ, ſive illi ex eis, quibus id pro

a Vide Doct. in proxima præcedenti extravaganti citatos.

ſuis ſtatu & indemnitatibus expedire viſum fuerit, ſuper eorum bonis, domibus, agris, prædiis, poſſeſſionibus, & hæreditatibus annuos marcarum flore. ſeu groſſorum monetæ in partibus illis currentis, reditus ſeu cenſus vendentes pro ſingulis ex marcis florenis ſive groſſis hujuſmodi ab eis, qui illas, vel illos, ſive reditus ſive cenſus ipſos emerint, certum competens precium, in numerata pecunia ſecundùm temporis qualitatem, prout ipſi videntes & ementes in contractibus ſuper his inter ſe firmaverunt, & recipere ſoliti fuêre, illa ex domibus, terris, agris, prædiis, poſſeſſionibus, & hæreditatibus prædictis, qui in hujuſmodi contractibus expreſſi fuerunt, prædictorum ſolutione redituum & cenſuum efficaciter obligantes, in illorum vendentium favorem. Hoc adjecto, quòd ipſi pro rata, qua hujuſmodi per eos receptam dictis ementibus reſtituerent in toto vel in parte pecuniam, à ſolutione redituum ſeu cenſuum hujuſmodi reſtitutam pecuniam contingentium liberi forent penitus & immunes. Sed iidem ementes, etiamſi bona, domus, terræ, agri, poſſeſſiones, & hæreditates hujuſmodi proceſſu temporis ad omnimodæ deſtructionis ſive deſolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipſam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamen hæſitationis verſatur ſcrupulus, an hujuſmodi contractus liciti ſint cenſendi. Vnde nonnulli illos uſurarios fore prætendentes, occaſionem quærunt reditus & cenſus hujuſmodi ab eis debitos non ſolvendi. Quare pro parte Epiſcopi & cleri prædictorum, aſſerentium, quòd in talibus hic emptis cenſibus & reditibus, fructus, reditus & proventus plurium eccleſiarum, monaſteriorum, hoſpitalium, & eccleſiaſticorum beneficiorum civitatis & diœceſis, ac partium prædictarum, necnon ferè omnes quotidianæ diſtributiones, quæ in pleriſque ex eccleſiis ipſis divinis intereſſentibus miniſtrari ſolent, conſiſtere noſcuntur: nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper his Apoſtolicæ ſedis declarationis oraculum impartiri & adjicere paterna dilectione curaremus. Nos igitur hujuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, & factas ex commiſſione felicis recordationis Martini Papæ quinti prædeceſſoris noſtri deſuper examinationem, & ejuſdem prædeceſſoris noſtri declarationem attentius perſtringentes, ſuisque veſtigiis inhærentes, ad omne ſuper his ambiguitatis tollendum dubium præfatos contractus licitos, jurique conformes, & vendentes eoſdem ad ipſorum ſolutionem cenſuum & redituum, juxta dictorum contractuum tenores (remoto contradictionis obſtaculo) efficaciter teneri auctoritate Apoſtolica præſentium ſerie declaramus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, M. CCCCLV. pridie Nonas Maji, pontificatus noſtri Anno primo. Volentes itaque, quòd prædictæ literæ debitum ſortiantur effectum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrûm, per vos vel alium, ſeu alios, dictis præpoſito, decano, capitulo, ac aliis beneficiatis, opportunæ defenſionis præſidio aſſiſtentes, dictaſque literas (ubi & quando, ac quoties expedire videritis) auctoritate noſtra ſolenniter publicantes faciatis, & eadem auctoritate per venditores ſeu debitores redituum & cenſuum hujuſmodi dictis emptoribus, ſeu illis, quibus ipſorum redituum & cenſuum ſolutio præſtanda fuerit, de eiſdem cenſibus & reditibus juxta contractuum & conventionum ſuper his habitorum formam & tenorem, plenam & debitam ſatisfactionem impendi, contradictores verò per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim à ſe. Apo. indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Datum ut ſuprà.

## DE SEPVLTVRIS
### TITVLVS VI.
### CAP. I.

*Corpora defunctorum exenterantes, & ea immaniter decoquentes, ut oſſa à carnibus ſeparata ferant ſepelienda in terram ſuam, ipſo facto ſunt excommunicati.*

Bonifacius VIII.

DEteſtandæ feritatis abuſum, quem ex quodam more [a] horribili nonnulli fideles inſipienter proſequuntur, nos piæ intentionis ducti propoſito, ne abuſus prædicti ſævitia ulterius corpora humana dilaceret, menteſque fidelium horrore commoveat, & perturbet auditum, dignè decrevimus abolendum. Præfati namque fideles hujus ſuæ improbandæ utique conſuetudinis vitio intendentes, ſi quiſquam ex eis genere nobilis, vel dignitatis titulo inſignitus, præſertim extra ſuarum partium limites debitum [b] naturæ perſolvat, in ſuis vel alienis remotis partibus ſepultura electa, defuncti corpus ex quodam impiæ pietatis affectu truculenter exenterant, ac illud membratim, vel in fruſta immaniter concidentes, ea ſubſequenter aquis immerſa exponunt ignibus decoquenda. Et tandem (ab oſſibus tegumento carnis excuſſo) eadem ad partes prædictas mittunt ſeu deferunt tumulanda. Quod non ſolùm divinæ majeſtatis conſpectui abominabile plurimum redditur, ſed etiam humanæ conſiderationis obtutibus extat vehementiùs abhorrendum. Volentes igitur (prout officii noſtri debitum exigit) illud in hac parte remedium adhibere, per quod tantæ abominationis, ſævitiaque immanitatis & impietatis abuſus penitus deleatur, nec extendatur ad alios: Apoſt. auctoritate ſtatuimus & ordinamus, ut cùm quis cujuſcunque ſtatus aut generis ſeu dignitatis extiterit, in civitatibus, terris, ſeu locis, in quibus catholicæ fidei cultus viget, diem de cætero clauſerit extremum, circa corpora defunctorum hujuſmodi abuſus vel ſimilis nullatenus obſervetur, nec fidelium manus tanta immanitate fœdentur. Sed ut defunctorum corpora ſic impiè ac crudeliter non tractentur, deferantur ad loca, in quibus viventes elegerint ſepeliri, vel in civitate, caſtro, vel loco, ubi deceſſerint, vel loco vicino eccleſiaſticæ ſepulturæ tradantur ad tempus, ita quòd demum incineratis corporibus, aut aliàs ad loca, ubi ſepulturam elegerint, deportentur & ſepeliantur in eis. Si enim ſi prædicti defuncti executor vel executores, aut familiares ejus, ſeu quivis alii cujuſcunque ordinis, conditionis, ſtatus, aut gradus fuerint, etiamſi pontificali dignitate præfulgeant, aliquid contra hujuſmodi noſtri ſtatuti & ordinationis tenorem præſumpſerint attentare, defunctorũ corpora ſic inhumaniter & crudeliter pertractãdo, vel faciendo pertractari, excommunicationis ſententiam (quam exnunc in ipſos proferimus) ipſo facto noverint incurſuros: à qua non niſi per Apoſtolicam ſedem (præterquam in mortis articulo) [c] poſſint abſolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus illud cujus corpus ſic inhumanè tractatum fuerit, eccleſiaſtica careat ſepultura. Nulli ergo, &c. Datum Laterani. XI. Cal. Martii, Pont. noſt. Anno 6.

### CAP. II.

*Super prædicationibus, confeſſionibus & ſepulturis, ponitur hoc cap. ut tollat contentiones, quæ olim erant inter curatos et ...*

a *Al. modo.* b *Mori, eſt naturæ debitum ſolvere.* c *V. de Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 7. de caſuum reſervat.*

per

*parte, & Iacobitas, & Chordigeros ex altera. Hoc cap. licet fuiſſet ſublatum per extravagantem, Inter cunctas. quæ eſt infrà de privil. eſt tamen hodie innovatum per Clem. Dudum. De ſepult.*

Bonifacius VIII.

SVper cathedram præeminentiæ paſtoralis divina diſponente clementia conſtituti, etſi multis & arduis, quæ in amplum Romanæ curiæ alveum undique confluunt quaſi torrens, prægravemur negotiis, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis diſtrahamur: circa id tamen ferventibus votis intendimus, vacamus inſtantius, ac operoſæ ſtudium ſolicitudinis impartimur, ut ad divini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & profectum fidelium animarum (præciſis radicitus diſſidiorum vepribus, & litigiorum anfractibus omninò ſubductis) inter eccleſiarum antiſtites, ad curiam & regimen gregis dominici deputatos, cæteraſque perſonas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exæſtuet, invaleſcat concordiæ unitas, animorum identitas perſeveret. Scimus enim & ex evidentia facti colligimus, quòd non niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor; nec ignoramus, quòd diſſenſiones & ſcandala pravis actibus aditum præparant, rancores & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præbent. Ab olim ſiquidem inter prælatos & rectores, ſeu ſacerdotes, ac clericos parœcialium eccleſiarum per diverſas mundi provincias conſtitutos ex una parte, & prædicatorum & minorum ordinum fratres ex altera (pacis æmulo ſatore zizaniæ procurante) gravis & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata, ſuper prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum confeſſionibus audiendis, pœnitentiis injungendis eiſdem, & tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipſorum eccleſias ſive loca noſcuntur eligere ſepulturam. Nos autem (pii patris more laudabili) moleſtè ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactæ conſiderationis examen, ac intra pectoris clauſtra ſollicitè revolventes, quàm ſit plena periculis, quàm onuſta diſpendiis, quamque in divinæ majeſtatis conſpectu reddatur exoſa diſcordia ſupradicta. Et propterea intendentes paternæ ſolicitudinis ſtudio illam prorſus evellere, ac omnimodè ſubmovere, nullis unquam futuris temporibus favente Domino ſuſcitandam: grandi quoque deſiderio cupientes, ut hujuſmodi negotium, quod potiſſimè inſidet cordi noſtro, finem ſalubrem & celerem per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtudium conſequatur: diligenti cum fratribus noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorem Dei, & exaltationem catholicæ fidei, quietum ſtatum partium prædictarum, ac ſalutis animarum fidelium incrementum, de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in eccleſiis & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant clero & populo prædicare ac proponere verbum Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua locorum prælati prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolenniter prædicari, in qua prædicare ceſſabunt, præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit, ac licentia ſpeciali. In ſtudiis autem generalibus, ubi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent, diebus illis, quibus prædicari ſolenniter conſuevit, ad funera etiam mortuorum, & in feſtis ſpecialibus ſive peculiaribus eorundem fratrum, poſſint iidem fratres & liceat eis liberè prædicare: niſi fortè illa hora, qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Epiſcopus vel prælatus ſuperior clerum ad ſe generaliter convocaret, aut ex aliqua ratione vel cauſa urgente clerum ipſum duceret congregandum. In eccleſiis autem parœcialibus fratres illi nullatenus audeant vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, niſi fratres prædicti à parœcialibus ſacerdotibus invitati fuerint vel vocati; & de ipſorum beneplacito & aſſenſu, ſeu petita licentia fuerit & obtenta, niſi Epiſcopus vel prælatus ſuperior, per eoſdem fratres prædicari mandaret. Statuimus etiam & ordinamus auctoritate prædicta, ut in ſingulis civitatibus & diœceſibus, in quibus loca fratrum ipſorum conſiſtere dignoſcuntur, vel in civitatibus & diœceſibus locis ipſis vicinis, in quibus loca hujuſmodi non habentur, magiſtri priores provinciales prædicatorum, aut eorum vicarii & generales & provinciales miniſtri, & cuſtodes minorum ordinum prædictorum, ad præſentiam prælatorum eorundem locorum ſe conferant, per ſe vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putaverint, humiliter petituri, ut fratres qui ad hoc electi fuerint in eorum civitatibus & diœceſibus confeſſiones ſubditorum ſuorum confiteri ſibi volentium audire liberè valeant, & hujuſmodi confitentibus (prout ſecundùm Deum expedire cognoverint) pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorundem. Ac deinde præfati magiſtri, priores, provinciales, & miniſtri ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas ſufficientes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas, atque peritas, ad tam ſalubre miniſterium & officium exequendum: quas ſic ab ipſis electas repræſentent, vel faciant præſentari prælatis, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in civitatibus & diœceſibus eorundem hujuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones confiteri ſibi volentium audiant, imponant pœnitentias ſalutares, & beneficium abſolutionis impendant, prout ſuperius eſt expreſſum: extra civitates & diœceſes, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, & non per provincias deputari, confeſſiones nullatenus audituræ. Numerus autem perſonarum aſſumendarum ad hujuſmodi officium exercendum eſſe debet, prout univerſitas cleri & populi, ac multitudo vel paucitas exigit eorundem. Et ſi iidem prælati petitam licentiam confeſſionum hujuſmodi audiendarum conceſſerint, illam præfati magiſtri, miniſtri, & alii cum gratiarum recipiant actione: dictæque perſonæ ſic electæ commiſſum ſibi officium exequantur. Quòd ſi fortè jam dicti prælati quenquam ex dictis fratribus præſentatis eiſdem ad hujuſmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum; eo amoto vel ſubtracto loco ipſius ſimiliter eiſdem præſentandus prælatis poſſit & debeat alius ſurrogari. Si verò iidem prælati præfatis fratribus ad confeſſiones (ut præmittitur) audiendas electis hujuſmodi exhibere licentiam recuſarint, nos ex nunc ipſis, ut confeſſiones ſibi confiteri volentium liberè liciteque audire valeant, & eiſdem pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem beneficium abſolutionis impartiri, gratiosè concedimus, de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. Per hujuſmodi autem conceſſionem nequaquam intendimus perſonis ſeu fratribus ipſis, ad id taliter deputatis, poteſtatem in hoc impendere ampliorem, quàm in eo curatis vel parœcialibus ſacerdotibus eſt à jure conceſſa, niſi forſan eis eccleſiarum prælati uberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter ducerent faciendam. Hujuſmodi quoque ſtatuto, & ordinationibus noſtris adjicimus, ut fratres dictorum ordinum in eccleſiis vel locis ſuis, ubilibet conſtitutis, liberam (ut ſequitur) habeant ſepulturam: videlicet, quòd omnes ad eam recipere valeant, qui ſepeliri elegerint in locis & eccleſiis memoratis. Verùm, ne parœciales eccleſiæ, & ipſarum curati ſive rectores, qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramenta, quibus noſcitur de jure competere, prædicare, ſeu proponere verbum Dei, confeſſiones audire fidelium, debitis & neceſſariis beneficiis defraudentur, cùm operariis mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apoſtolica conſtituimus & ordinamus eadem, ut dictorum ordinum fratres de obventionib. omnibus tam funeralibus,

quàm quibuſcunque & quomodocunque relictis, diſtinctè vel indiſtinctè, ad quoſcunque certos vel determinatos uſus, de quibus etiam quarta ſive canonica portio dari, ſive exigi non conſuevit, vel non debet de jure, necnon de datis vel qualitercunque donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis vel dantis, de qua deceſſerit, quomodocunque, directè vel indirectè, fratribus ipſis, vel aliis pro eiſdem, quartam partem (quam auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus) parœcialibus ſacerdotibus & eccleſiarum rectoribus ſeu curatis largiri integrè teneantur, facturi & curaturi, quòd nec alii, nec aliis, à quibus quarta hujuſmodi minimè deberetur, ad ipſorum fratrum utilitatem vel commodum hujuſmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedent, ſeu quod in morte, vel ab infirmis hujuſmodi dandum vel donandum fratribus ipſis exiſteret, in eorundem dantium vel donantium ſanitate, ſibi dari vel donari procurent: In quibus per ipſos vitandis eorum intendimus conſcientias onerare, ut ſi (quod abſit) per fratres ipſos dolo vel fraude quicquam in hac parte agi fortaſſe contigerit (præter id quod eos propterea dictis ſacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri volumus) etiam directa ratio in extremi judicii examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem hujuſmodi nihil valeant parœciales, rectores, curati & prælati exigere ſupradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere ſint adſtricti, neque ad id à quoquam poſſint aliqualiter coërceri. Nos etenim (ut in cunctis æqualiter & pacificè favente Domino procedatur) univerſa privilegia, gratias, indulgentias verbo, ſeu ſcripto ſub quacunque forma, vel expreſſione, ſeu conceptione verborum, à nobis, vel prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, cuicunque ordinum prædictorum conceſſa, necnon conſuetudines, conventiones, ſtatuta & pacta in quantum ſunt præmiſſis, vel alicui præmiſſorum contraria, ea penitus revocamus, vacuamus, caſſamus, & irritamus, quinimò caſſa, vel vacua, & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis. Cæterùm univerſos eccleſiarum prælatos, cujuſcunque præeminentiæ, ſtatus, vel dignitatis exiſtant, ac ſacerdotes parœciales, & curatos, ſive rectores prædictos præſentium tenore rogamus, & hortamur attentè, nihilominuſque eis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus pro divina & Apoſtolicæ ſedis reverentia prædictos ordines & profeſſores eorum habentes affectu benevolo commendatos, fratribus ipſis non ſe difficiles, graves, duros, aut aſperos, ſed potius favorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales ſe ſtudeant exhibere: ſic eos in prædicationis officio, & propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis ſupradictis, tanquam cooperatores eorum idoneos, & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuosè admittere non omittant: ut proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum ſalutis incrementa felicia procurentur. Nec ipſos lateat, quòd ſi ſecus ab eis agi fortaſſe contigerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ ordines & profeſſores eoſdem ubere favore proſequitur, & gerit in viſceribus charitatis, contra eos non immeritò turbaretur, nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc proviſionis opportunæ remedium adhiberet, ipſoſque nihilominus cæleſtis indignatio principis digna pro meritis rependentis, cujus obſequia fratrum ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minimè præteriret. Nulli ergo omninò, &c.

## DE DECIMIS.

### TITVLVS VIII.

### CAP. VNIC.

*Cùm Bonifacius decimam certis ex cauſis hic in principio expreſſis ab eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis [illegible] multa dubia circa illam ſuborta ſunt, quæ [illegible] nifeſtantur, vide textum cum gl. in [illegible] vagans in multis declaratur.*

Bonifacius VIII. *collectori decimæ.*

DEclarationes, quas in negotio decimæ per [illegible] nuper impoſitæ pro proſecutione guerræ & negotii regni Siciliæ contra hoſtes, de eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis per totam Italiam & [illegible] conſtitutis, volumus obſervari (cujus quidem decimæ in illis partibus te ſuperintendentem ſeu collectorem [illegible]mus deputandum) tales ſunt: De reditibus & proventibus leproſariarum, domorum Dei, & hoſpitalium pauperum, qui in uſus leproſorum, infirmorum & pauperum convertuntur, decima non ſolvetur. Moniales etiam aliæque regulares perſonæ, quarum redditus & proventus eccleſiaſtici adeò ſunt tenues & exiles, quòd de illis ſuſtentari non poſſunt, ſed pro habendo vitæ ſuæ ſuſtentationem neceſſe habent publicè mendicare, & eleemoſynas publicè petere, dictam decimam non perſolvent. Seculares quoque clerici, quorum eccleſiaſtici reditus, & proventus annui ſummam ſeptem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non [illegible]. Si verò una perſona plura habeat beneficia, quorum nullum per ſe acceptum dictam ſummam ſeptem florenorum auri annuatim attingat, ſimul tamen collectis [illegible]nimis proventibus ſummam memoratam [illegible], quotquot, vel quantumcunque modica fuerint, de [illegible]bus & ſingulis decima perſolvetur, ſed non [illegible] pitantiis monachorum. Similiter de iis, quæ à Chriſti fidelibus relinquuntur eccleſiis, ut ex eis [illegible]tur reditus. Item de xeniis prælatis & aliis perſonis eccleſiaſticis liberaliter factis, decima non ſolvetur. Solventium decimam electioni ſeu arbitrio committimus, utrum ipſam velint ſolvere per totum tempus, quod durabit decima, pro rata proventuum, quos ſinguli annis dicti temporis ipſos percipere contigerit, an per ipſum tempus pro rata communis æſtimationis proventuum eorundem. Sed una via electa non licebit alicui variare ad aliam revertendo. Et fiat & redigatur per collectores in ſcriptis electio hujuſmodi expreſſè in prima ſolutione decimæ ſupradictæ: alioquin juxta æſtimationem communem per totum tempus ſolvere tenebuntur. Declaramus autem, quòd ii, qui elegerint ſolvere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant proventus beneficiorum ſuorum, quæ perſonalem reſidentiam non requirunt, & ſolvant decimam pro ſolo pretio, quod receperint de eiſdem: [illegible] men contra hoc in fraudem decimæ nihil [illegible]tur. Sed eccleſiaſtica perſona, quæ in eccleſia ſua, vel beneficio (quod reſidentiam perſonalem requirit) non reſidet, ſed facit in eodem per firmarium vel vicarium deſerviri, deputando ipſi vicario vel firmario certam ſuorum proventuum portionem: non de vicariatus ſeu firmarii portione, ſed de univerſis ipſius eccleſiæ vel beneficii proventibus decimam exhibebit. Declaramus etiam, quòd de ſylvis ſeu nemoribus, quæ non conſueverunt vendi, nil ſolvetur, niſi fortè aliquid de illis venditum fuerit durante decima: & tunc æſtimabitur quantum valere debent annui reditus partis venditæ, ſecundum aſſiſiam, quæ conſuevit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus ſituatum fuerit, & de ſola æſtimatione decima perſolvetur, & non de eo quod perciperetur de dictis ſylvis ſeu nemoribus, quæ vendi non conſueverunt, niſi fortè vendantur durante decima: qui tunc ſolvetur ex venditione paſcuagii ſeu herbagii, aut alterius conſimilis proventus eorundem nemorum & ſylvarum. Et ſi non vendantur hujuſmodi paſcuagia & ſimilia, non ſolvetur decima

de his: ita tamen, quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. Idemque de paſcuis, herbagiis, & conſimilibus obventionibus ſylvarum volumus obſervari. De ſtagnis & piſcariis decima ſic ſolvetur, videlicet quòd fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerunt, ad quantitatem precii ex ipſa venditione ultima recepti: ut precio diviſo in partes ſecundùm annorum terminum, durante decima, ſolvatur decima ipſa de tot partibus precii ex ipſa venditione recepti, quot fuerunt anni prædicti: ut ſi fortè ſunt quinque anni elapſi, ex quo fuerat ſtagnum venditum, & tunc vendatur pro centum florenis, fiant de precio quinque partes, & pro tribus annis, quibus durabit decima, ſolvetur ipſa decima de tribus partibus precii tantùm, videlicet LX. florenorum, & multiplicabuntur, & minuentur partes precii prout plures & pauciores fuerint dicti anni. De piſcariis autem fluminum & lacuum, & venationibus ſi vendantur, & ſylvis cæduis, idem quod de ſtagnis fiet. De piſcibus ſtagnorum, vel beluis garenarum, quos pro uſu vel eſu ſuo conſumi, vel ſine fraude donari contigerit, decima non ſolvetur. Et quia nonnulli obtinent à monaſteriis & eccleſiis, prioratus, grangias, domos, reditus, penſiones & cenſus, in ſolvenda de his decima credimus diſtinguendum: videlicet, an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur, ſive hoc ſit conceſſum per ſedem Apoſtolicam, ſive per ipſorum monaſteriorum vel eccleſiarum perſonas, de illorum proventibus ſolvetur decima. Cùm autem obtinentur talia ex contractu, puta ad penſionem, vel firmam annuam, in qua non eſt facta gratia obtinenti, ſed in hoc uterque contrahentium ſtuduit conditionem ſuam facere meliorem: perceptores penſionis vel firmæ de ipſa penſione vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante vel poſt conceſſionem hujus decimæ ad vitam propriam emit proventus prioratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecunia, ita quòd in hoc ei ſcienter gratia non eſt facta, conſiderabitur quantum æſtimatione communi valent annui proventus, prioratus, grangiæ, domus terrarum ſeu redituum hujuſmodi: & ſecundùm hoc ab illis, quorum eſt horum proprietas, qui inde precium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur. Si autem in his gratia facta ſit obtinentibus, quia ſcienter pro minori precio, quàm valeant, ſunt talia vendita, vel locata, ipſi obtinentes, & non monaſterium vel eccleſia de illo, in quo gratia facta eſt ipſis, & de reliquo, illi, quorum eſt proprietas, decimam exhibebunt. Si autem perſonis aliquibus pro juſta mercede ſeu remuneratione laboris vel obſequii præſtiti vel præſtandi talia ſunt conceſſa, ii, quorum eſt illorum proprietas in decimatione proventuum ſuorum, etiam horum proventus meritò numerabunt, & de illis (ſicut de aliis, quos pro certis ſuis utilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quòd ſi hæc per illos, qui ea obtinebant, in alios ſunt translata (quia res tranſit cum onere ſuo) etiam circa illos, quæ prædiximus, ſervabuntur. Nec deducentur expenſæ, quæ pro monachis (qui in talibus prioratibus, grangiis ſeu domibus, in beneficium ſeu ex mera gratia conceſſis, ex pacto teneri debent) fieri dignoſcuntur. Expenſæ autem illorum monachorum vel perſonarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis ſeu domibus ad juſtam firmam ſeu penſionem conceſſis, ſive determinatè, ſive non, æſtimabuntur æſtimatione communi, & talem æſtimationem monaſterium vel eccleſia, cujus illorum eſt proprietas, cum ſuis proventibus decimabit. Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non perſolvent: ſed qui eis præſtant hujuſmodi victualia, in decimatione ſuorum proventuum & redituum numerabunt, & ſolvent decimam de eiſdem. De illis autem procurationibus, quas prælati in pecunia numerata ritè percipiunt ab antiquo, & quas perciperent, etiamſi non viſitarent, decimam præſtare tenentur. Prælatus autem, qui procurationem (quam ſine viſitatione potuit de jure percipere in pecunia numerata) remittit, quia remittit quod ſibi debetur, & de quo ſolviſſet decimam, ſi recepiſſet illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si verò procurationem, quam tantùm in victualibus licet percipi, fortaſſe remittit, perſona eccleſiaſtica, cui remiſſio facta eſt, hujuſmodi victualia cum aliis proventibus ſuis, cùm ſolvet decimam, æſtimabit: cùm etiam ſi non eſſet remiſſa, hoc facere teneretur. In ſolvendo decimam ſupradictam ſolæ expenſæ neceſſariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur arando, colendo, & colligendo fructus, ſine quibus non poſſunt inde fructus percipi, deducentur. Expenſæ autem, quæ fiunt in caſtrorum cuſtodibus, cùm fiunt extra rem, vel etiam in ædificiis conſtruendis vel conſervandis nullatenus deducentur: ſic ut nec illæ, quæ in villis tuendis fierent in guerris ſeu etiam cavalcatis. De iis quoque, quæ conſiſtunt in juriſdictione, mero imperio, regalibus, atque ſimilibus, ſolvetur decima deductis ſalariis moderatis, quæ ante conceſſionem decimæ conſueverunt ſolvi judicibus & officialibus, ſimilibusque perſonis, ſine quibus juriſdictio, & cætera ſimilia nequeunt expediri: ita tamen, quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expenſæ officialium, judicum & conſimilium perſonarum factæ in veſtibus ſive victualibus minimè deducentur, ſicut nec aliæ expenſæ ſimiles factæ circa familiam prælatorum. Ratione autem æris alieni, quo perſona ſolvens decimam obligata conſiſtit, nihil de decima minuetur, etiamſi certæ res eccleſiaſticæ propter hoc à quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis, & de molendinis decima præſtabitur. Solvetur autem de oblationibus, ſive fiant pro benedictione nubentium, ſive pro exequiis mortuorum, necnon de proventibus ſingulorum prælatorum, & de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoque ſibi & aliis perſonis eccleſiaſticis non perſonarum, ſed eccleſiarum, vel officiorum ratione relictis, decima perſolvetur. Pro decima ſupradicta non exhibetur pecunia, niſi illa communiter curreret de mandato domini terræ, & quæ eſt moneta in locis, in quibus conſiſtent fructus & reditus unde decima perſolvetur, nec aliqui pecuniam cambire cogentur eandem. Sed ſi ex probabilibus ſeu veriſimilibus præſumptionibus apparuerit, quiſquam penſatis ejus proventibus minus debito notabiliter de decima perſolviſſe, ita quòd ſuper hoc meritò ſuſpectus debeat reputari: ex officio noſtro per viros idoneos deputandos à nobis faciemus inquiri ab illis, qui ſuper hoc ſcire valeant veritatem, videlicet de conſilio diœceſani Epiſcopi, vel alicujus deputandi ab ipſo, ſi ſit ejus ſubditus, & non aliter, ſi Epiſcopus ipſe vel deputatus ab eo commodè poſſit haberi: & tunc demum, & non prius ille, cujus proventus fuerint taliter æſtimati, pro eo quòd minus ſolverit, etiam nominatim excommunicabitur: ſi ejus contumacia exegerit, & viſum fuerit expedire. Epiſcopi autem & Abbates cæteræque perſonæ eccleſiaſticæ, honorabiles non ſuſpectæ, propriæ conſcientiæ relinquantur: ita, quòd ſufficiat quoad tales excommunicationis ſententia, quæ in nullo modo ſolventes, vel ſcienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipſius decimæ ſolutionem generaliter proferetur. Super his autem fiet compulſio per cenſuram eccleſiaſticam, prout nobis & illi cui hoc committendum duxerimus, viſum fuerit expedire. Proferatur autem (ſi expediens viſum fuerit) excommunicatio generaliter vel ſpecialiter in eos, qui contra ſolutionem decimæ, vel ſuorum æſtimationem proventuum, cùm fuerit facienda, fraudem vel malitiam ſcienter duxerint adhibendam.

Fiet autem ſolutio decimæ non ex ipſis rebus, quæ percipiuntur de proventibus, ſed in pecunia numerata.

Solvetur autem decima illis quos ad hæc contigerit deputari.

Rector parœcialis, qui urgente neceſſitate eccleſiæ, puta quia ipſe reſidendo perſonaliter in eadem per ſe non ſufficeret ipſi curæ, propter multitudinem parœcianorum vel diviſionem parœciæ ſuæ, ſed neceſſe habet unum vel duos vel plures Capellanos conducere, & eis propter victum ſalarium conſtituere, ſalarium hujuſmodi poterit in decimæ ſolutione deducere: ſed ratione victus Capellanorum ipſorum aliquid non deducet.

Quòd ſi in diverſis civitatibus & diœceſib. diverſa beneficia obtineantur, de unoquoque beneficio in civitate vel diœceſi, in qua illud fuerit, decima perſolvetur.

De eleemoſynis verò ſeu oblationibus datis ad opus fabricæ, maximè de his oblationibus, quæ in civitatibus & aliquibus caſtris & locis dictarum Provinciarum in certis feſtivitatibus in candelis & aliis conſueverunt dari & offerri, ad opus fabricæ deputatis, decima non ſolvetur.

Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui conſortiales dicuntur: interdum per clericos, quæ ad opus conſortii reducuntur, & quæ offeruntur ut luminaria in eccleſia, cruces & calices fiant & reparentur, & etiam ex illis pauperibus ſubveniatur, & ſepeliantur corpora pauperum defunctorum. Prælati autem & clerici exules, cujuſcunque conditionis aut dignitatis exiſtant, de ſuis proventibus eccleſiaſticis decimam perſolvent. Illæ quoque expenſæ, quæ fiunt pro foſſatis & aliàs pro terris ædificandis, ut uberiores fructus producant, & illæ, quæ fiunt in conſervandis & raparandis ædificiis molendinorum, domorum, ſeu apothecarum & ſimilium, & ex quibus fructus & penſiones recipiuntur, & niſi repararentur, fructus ex eis percipi non valerent, de decima hujuſmodi minimè deducentur. Nec etiam illæ, quæ fiunt pro cuſtodia caſtrorum, quamvis fiant majores ſolito.

Inſuper de oblationibus minutiſſimis, quas percipiunt eccleſiaſticæ perſonæ ratione eccleſiarum ſuarum, pro ſepulturis & dandis pœnitentiis, decima perſolvetur. Et quia non occurrit nobis, quin quotidianæ diſtributiones proventus eccleſiaſtici ſint, de diſtributionibus quæ dantur in horis canonicis præſentibus, debere ſolvi decimam declaramus.

Illi quoque, qui deputati fuerint ad collectionem decimæ, cum eis qui debent ſolvere decimam, de aliqua certa ſumma ſolvenda pro decima, nequeunt convenire.

De fructibus arborum & hortorum ſolvetur decima.

De his autem, quæ conſumuntur uſu vel eſu animalium, ſi ſint eccleſiarum, ſolvetur decima, deductis expenſis neceſſariis, quæ fiunt pro cuſtodia: ſi verò ſunt perſonarum, decima non ſolvetur.

Tu ergo in his ſolum Deum & juſtitiam pro præmiſſis præ oculis habens, ex prædictis declarationibus in decidendis hujuſmodi dubitationibus, quæ pro parte leviter decidi poterunt, confirmationem accipias: ſuper majoribus verò deciſionem Apoſtolici oraculi expectes.

Volumus quoque, & præſentium tibi auctoritate mandamus, ut in unamquamque perſonam eccleſiaſticam deputatarum tibi partium, cujuſcunque ordinis, conditionis, vel dignitatis exiſtat, quæ decimam ipſam nullo modo vel non integrè ſcienter, aut non ſecundùm verum valorem fructuum ſuorum perceptorum, ſive non in terminis conſtitutis exhibuerit, ſeu in illorum exhibitione malitiam commiſerit ſive fraudem, excommunicationis ſententiam auctoritate noſtra promulgeas. Et etiam in ſingulos, qui ſcienter impedimentum præſtiterint, directè vel indirectè, publicè vel occultè, quominus decimæ prædictæ ſolvantur. Et omnes & ſingulos, qui hujuſmodi ſententias latas incurrerint, per te & alios, & ſingulis diebus dominicis & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, uſque ad ſatisfactionem condignam excommunicatos publicè nuncies, & facias ab omnibus publicè evitari. Aggravaturus alias manus tuas contra ipſos, prout proterviam & contumaciam exigere videris eorundem: quòd ſi ſatisfacere decreverint, poſt plenam & integram ſatisfactionem ab hujuſmodi excommunicatione juxta eccleſiæ formam abſolvas eoſdem, & diſpenſes cum eis ſuper irregularitate, ſi taliter ligati non abſtinuerint à divinis: Proviſo hactenus, quod contra decimam hujuſmodi non ſolventes nullatenus ſine ſpeciali mandato Apoſtolicæ ſedis invocetur brachium ſeculare: Quodq; ad vaſa ſacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaq; bona mobilia ad cultum deputata divinum, vel ad privilegia eccleſiarum & monaſteriorum, aliorumque locorum eccleſiaſticorum, ipſius occaſione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagniæ Cal. Octobr. Pont. noſt. Anno 7.

## DE REGVLARIBVS ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

### TITVLVS VIII.

### CAP. I.

*Religioſi mendicantes, ſub excommunicationis pœna prohibentur convolare ad religionem non mendicantium, quocunq; quaſi abire, quam ipſo facto incurrunt, tam recepti, quam recipientes, quacunq; licentia non obſtante. Quid juris ſit de jam receptis, ſubd.*

Martinus IV.

Viam ambitioſæ cupiditatis religioſis, poſſimè mendicantibus præcludere cupientes, ad alios ordines, præſertim monaſticos (fictis tamen coloribus aſſerentibus ob frugem melioris vitæ, aut arctioris obſervantiæ) tam ſancti Benedicti, quàm Ciſtercienſis, Camaldulenſis, Vallis umbroſæ, canonicorum regularium ſancti Auguſtini, vel aliorum monaſticorum ordinum convolare nitentibus, licentiam à ſede Apoſtolica ſeu legatis aut nunciis ejuſdem ſedis ad transferendum ſe de mendicantium ordinibus ad alios ordines, præſertim ea ratione (ut veriſimile eſt, prout facti evidentia docet) ut liberius degant, dignitatesque & beneficia monaſtica conſequi valeant, & ex certis aliis cauſis honeſtati non conſonis obtinentibus. Ac volentes etiam conſervationi ordinum mendicantium providere: auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia tenore præſentium declaramus & etiam decernimus: ſtatuentes, quòd de cætero nullus religioſus ordinum mendicantium quorumcunque, cujuſcunque gradus, ſtatus, conditionis, vel religionis exiſtat, quantumcunque & qualitercunque poſſit & debeat virtute cujuſcunque licentiæ, etiam indulti Apoſtolici ſeu pœnitentiarii noſtri curam gerentis, vel alia quavis auctoritate haſtenus, etiam per literas Apoſtolicas facultatum quarumvis tam legatorum vel nunciorum ſedis Apoſtolicæ, quam alia auctoritate, maximè de transferendis fratribus, aut aliquibus, præſertim ordinum mendicantium, profeſſoribus in genere vel in ſpecie ab ordinibus hujuſmodi mendicantium, ſub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi per aliquos etiam ſuperiores ordinis, ſeu monaſterii, aut loci monaſtici, ſeu alias in monachum vel in fratrem alicujus ex ordinibus monaſticis ſupradictis vel aliis expreſſis (ordine Carthuſienſium duntaxat excepto) ſub pœna excommunicationis, quam tam recipientes quàm recepti ipſo facto incurrunt. Et quam ex nunc prout extunc contra quemlibet tranſgreſſorem quomodolibet in præmiſſis, ſcientia & auctoritate antefatis proferimus in his ſcriptis. Et à nemino, niſi duntaxat à Roma. Pontif. (præterquam in mortis

in mortis articulo a) excommunicati hujuſmodi poſſint abſolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus ſecus facta non teneant, & nullius exiſtant efficaciæ vel momenti: Decernentes etiam & volentes, quòd ſi quis hactenus virtute cujuſvis licentiæ ſeu mandati hujuſmodi fuiſſet receptus ad aliquem monaſticum ordinem, & habitum conſuetum geſtari per monachos talis ordinis ſuſcepiſſet, ſive profeſſionem emiſerit ſive non, ſub dicta pœna teneatur in monaſterio, in quo receptus fuerit (etiamſi beneficia eccleſiaſtica ſeu rectorias eccleſiarum quarumvis obtineat) ſtare in ejus totali ordinatione, & in hujuſmodi ordine monaſtico altiſſimo deſervire. Si quis autem prætextu hujuſmodi licentiæ vel ſine habitu vel cum habitu vagando incederet, monitione prævia teneatur & debeat intra terminum XV. dierum à die monitionis hujuſmodi computandorum ad ejus religionem vel ordinem, unde cum licentia vel ſine licentia receſſerat, remeare. Quòd ſi efficere neglexerit, poſt ipſum terminum tanquam notorius apoſtata excommunicatus in omnibus & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari, etiam per invocationem auxilii brachii ſecularis, quoties fuerit opportunum. In futuris autem nullus ex profeſſoribus alicujus ex ordinibus mendicantium hujuſmodi in aliquem monaſticum ordinem (Carthuſienſium duntaxat excepto) poſſit aut debeat per quemcunque recipi vel admitti, virtute alicujus licentiæ vel indulti, abſque ſedis hujuſmodi licentia ſpeciali, ſub dictis pœnis, & nihilominus ſecus facta non teneant ipſo jure. Hujuſmodi licentiis & indultis, necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, & mendicantium ordinum prædictorum, etiamſi de illis ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum in noſtris literis mentio habita foret, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, decreti, ſtatuti, prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Seben. 4. Cal. Aug. Pont. noſt. Anno 1.

## CAP. II.

*Religioſi ſine ſui ſuperioris licentia ultra mare euntes, ſunt ipſo facto excommunicati, nec ibi ſunt ad prædicationem vel divinorum celebrationem admittendi.*

Ioannes XXII.

AD noſtrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quòd nonnulli religionis geſtantes habitum, ſed à veritate religionis omninò vacui, & à modeſtia penitus alieni, ad partes quandoque tranſmarinas ſe transferant, in quibus pauci fideles reſpectu infidelium commorantur. Et ut illi decipere facilius ſimplicium animos, ac ipſos & alios in errores præcipitare ſeu retinere valeant, ſub ovilla veſte, ac humilitatis habitu lupinum animum occultantes, per doctrinas ſuas reprobas & erroneas fidelium mentes, quantum in eis eſt, corrumpere ſatagunt: In ipſis partibus periculum nimium ſpargere non omittunt, necnon & os ſuum ponentes in cœlum, lingua eorum falſidica tranſeunte ſuper terram, S. Rom. eccle. detrahere conſtitutionibus, & alia multa à fide devia in ſuis ſermonibus & ſecretis collocutionibus evomere inſanis auſibus non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculoſa ſuſcitantur ſcandala, paratur ſimplicibus laqueus, ipſique talium præſumptores de hæreſi vehementer arguunt ſe ſuſpectos. Nos itaque tantis obviare periculis paternæ diligentiæ ſtudiis cupientes, univerſis & ſingulis religioſis cujuſcunque conditionis, religionis, ordinis, vel ſtatus exiſtant, de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictius auctoritate præſentium inhibemus, ne ipſorum aliquis abſque ſuperioris ordinis ſui licentia, ſibi per ipſi' literas patentes conceſſa, de cætero ad partes ſe transferat antedictas. Superioribus ipſis nihilominus injungentes, ne quibuſvis ſui ordinis fratribus (niſi duntaxat viris literatis, providis & expertis) hujuſmodi licentiam impartiri præſumant. Nos enim quoſcunque præſumentes contrarium quovis modo, excommunicationis ſubjacere ſententiæ volumus ipſo facto. A qua nullus ab alio, quàm à Rom. Pont. poſſit (niſi duntaxat in mortis articulo) abſolutionis beneficium obtinere. Cæterùm univerſis eccleſiæ prælatis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiẽdo, præſentium tenore mandamus, quatenus nullos religioſos ad partes ſe transferentes prædictas, niſi per patentes ſuperioris ſui ordinis literas, de licentia ſpeciali ſe illuc transferendi ſibi conceſſa, prælatis eiſdem fecerint plenam fidem, in civitatibus ſuis & diœceſibus ac locis & terris aliis ad prædicationis officium, vel divinorum celebrationem admittant: ſed ipſos potius velut apoſtatas capiant, ſeu capi faciant, eos carcerali cuſtodiæ (donec de dicta licentia ſpeciali modo prædicto ſibi conſtiterit) detinendo. Et nihilominus ſi quos religioſos approbare, quæ ſedes Apoſt. reprobavit, vel quæ alias ſunt fidei obvia in ſuis prædicationibus ſeu ſecretis collocutionibus dogmatizare perſenſerint: ut tales (quibuſcunque ceſſantibus privilegiis) poſſint licitè capere, & carcerali cuſtodiæ, ſicut ſuos poſſent ſubditos mancipare, licentiam impartimur. Et inſuper tenore præſentium mandamus eiſdem, ut de præmiſſis ſummariè, ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu judicii & figura, per ſe vel alium ſeu alios, ſe ſolerter & fideliter ſtudeant informare, quoſque de prædictis, ſeu eorum aliquo receperint eos eſſe, juxta ſtatuta canonum in aliorum exemplum caſtigare pœnis debitis non poſtponant. Non obſtantibus exemptionibus, & aliis quibuſcunque privilegiis, literis Apoſtolicis eiſdem religioſis, vel eorum ordinibus ab eadem ſede conceſſis, vel in poſterum concedendis: etiamſi de illis plena & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum in præſentibus ſit habenda. Quæ quantum ad prædicta, vel aliquod eorundem eiſdem in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo, &c. Datum Avinion. VI. Idus Maji, Pont. noſt. Anno 9.

# DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

## TITVLVS IX.

## CAP. VNIC.

*Licet beguinarum ſtatus ſit propter multas rationes per Clementem V. reprobatus, permittitur tamen mulieribus fide dignis, quæ nec ſunt culpabiles, nec ſuſpectæ, ſub habitu beguinarum vivere: nec ſunt tales per ordinarios moleſtandæ. Vide cap. 1. eod. tit. in Clemen.*

Ioannes XXII.

RATIO recta non patitur, ut innocentes ad paria cum nocentibus judicentur. Sanè feli. rec. Clemens Papa V. prædeceſſ. noſt. cùm de mulieribus, quæ beguinæ vulgariter nuncupantur, nonnulla ei fuiſſent præcipuè de Alemaniæ partibus inſinuata ſiniſtra, & præſertim quòd earum quædam de ſumma Trinitate & divina eſſentia diſputarent, & prædicarent, ac circa articulos fidei, & eccleſiaſtica ſacramenta opiniones catholicæ fidei contrarias introducerent, & multorum ſimplicium animas in diverſos errores inducerent: ex his & aliis frequenter de illis auditis habens eas non indigna ratione ſuſpectas, in illas, quæ ſtatum hujuſmodi noviter aſſumptum ſectarentur ulterius, aut quæ illum de novo aſſumerent, excommunicationis ſententiam promulgavit. Verùm quia in multis

a Vide Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 7. de caſuum reſervatione.

mundi partibus plurimæ ſunt mulieres, quæ ſimiliter vulgò beguinæ vocatæ, ſegregatæ, quandoque in parentum, aut ſuis, interdum verò in aliis, aut conductis ſibi communibus domibus inſimul habitantes, vitas deducunt honeſtas, eccleſias de nocte frequentant, diœceſanis locorum, & parœcialium eccleſiarum rectoribus reverenter obediunt, curioſitatem diſputandi, aut auctoritatem, ſeu temeritatem potius prædicandi, nullo modo ſibi uſurpant, nec ſe vel alias ſeu alios quoslibet præmiſſis opinionibus, erroribusque involvunt: nec ulla ſuper his eſt aut fuit hactenus nota ſeu ſuſpicio contra eas, quæ ipſas diſſimiles à luce ſua conſtringeret, ut nullis earum, quæ perpetuam fortè Domino continentiam devoverunt, occaſio præbeatur ad lapſum: & ne periculis, damnis, & ſcandalis plurimis, quæ proinde veriſimiliter ſequerentur, pro proviſione eccleſiæ moderna occupentur: beguinas hujuſmodi inculpabiles (ut præmittitur) nec ſuſpectas ſub prohibitione & abolitione præmiſſis (quia de ipſis prædeceſſor noſter præfatus nullatenus ſenſiſſe dignoſcitur) de fratrum noſtrorum conſilio declaramus & volumus non includi: Locorum ordinariis nihilominus injungentes, ut eas ſub prætextu hujuſmodi nullatenus moleſtari permittant. Et ſi quid forſitan ex hoc in bonis aut juribus à quibuſcunque contra eos attentatum eſt hactenus, vel attentari contigerit in futurum, per illos prædictos ordinarios auct. no. in ſtatum reduci debitum volumus: Invocato (ſi opus fuerit) auxilio brachii a ſecularis. Cæterùm ſtatum beguinarum hujuſmodi, quas eſſe permittimus (niſi de his per ſedem Apoſtolicam aliter ordinatum extiterit) nullatenus ex præmiſſis intendimus approbare. Locorum autem ordinarios, & alios, ad quos prædicta ſpectabunt, curam pervigilem & ſolicitudinem debitam præcipimus adhibere, ne præmiſſarum ſequentes invia, & ipſarum actus temerarios imitando, præmiſſis erroribus, & diſputationum & prædicationum temeritatibus ſe involvant: eas, quæ contra prædicta præſumpſerint, per cenſuram eccleſiaſticam (appellatione poſtpoſita) compeſcendo. Porrò mulieres, quodcunque nomen habentes, quæ de illis, ex quibus prohibitio præceſſerit, culpabiles ſe reddiderint, aut meritò notabiles vel ſuſpectas eſſe, ſi ſtatum vel habitum quoquo modo mutaverint, verè ſub prædicta decernimus remanere cenſura: & taliter contra eas, per illos, ad quos pertinuerit, procedi volumus & mandamus, quòd ab errore demore revocatæ, non ultra inficiant ſanas oves.

## DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, ET PROCURATIONIBUS.

### TITVLVS X.

### CAP. VNICVM.

*Taxat procurationes, pabula charitatis, & ſubſidium charitativum. Salvat privilegia, conventiones, conſuetudines, & præſcriptiones, & indemnitatem pauperum: inhibet contravenire, punit tranſgreſſores, & eorum familiares, &c. Et locari debet ſub rubrica, de cenſibus, & procurationibus.*

Benedictus XII. *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

VAs electionis Paulus Apoſtolus egregius prædicator, ſe, & eos qui ſecum erant, propriis manibus exhibebat, ut pſeudo & ſubdolis operariis ſub prædicationis ſpecie lucra ſectantibus locum præcluderet, & his, quos ipſe paſcebat pabulo verbi Dei, non exiſteret oneroſus. Sanè licet circa modeſtiam in exigendis procurationibus obſervandam à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſalubria emanaverint inſtituta, quia tamen (ſicut experientia docet) nonnulli prælatorum, necnon diœceſis nuntiorum, vel legatorum Apoſtolicæ ſedis, de quibus nullam faciunt mentionem expreſsè, ſic ſe reddiderunt & reddunt in dictarum procurationum exactionibus oneroſos, ut oppreſſi ſubditi hujuſmodi onera nequeant ſupportare, & victum longi temporis brevis hora conſumat. Nos attendentes, quod parentes debent theſaurizare filiis, non delitiis faſtidioſis eorum ſubſtantiam abſorbere: ac cupientes pro diverſitate dominum viſitantium prælatorum & Provinciarum, ac eccleſiaſticarum etiam facultatum, certum modum ſufficientem viſitantibus, & ſupportabilem viſitatis in præmiſſis fore de cætero obſervandum: de fratrum noſtrorum conſilio præſentis conſtitutionis edicto ſtatuimus, quod cùm in Franciæ, Navarræ, Majoricarum regnis, ac terris, Provinciis, & partibus adjacentibus, & in vicinis eiſdem, necnon in Delphinatu, Burgundiæ, Sabaudiæ, Provinciæ, & Forcalquerii comitatibus, Archiepiſcopi & Epiſcopi, ac alii prælati & perſonæ eccleſiaſticæ, quibus id de jure vel conſuetudine competit, ſuos ſubditos perſonaliter viſitabunt: Iidem Archiepiſcopi à ſuis, vel ſuffraganeorum ſuorum cathedralibus eccleſiis pro procuratione unius diei, ſive in victualibus, ſive à volentibus in pecunia, ultra trecentorum: à monaſteriis verò & aliis eccleſiis, vel prioratibus ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium vel conventum duodecim vel plurium perſonarum, ultra ducentorum ac quinquaginta. Ab habentibus vero paucarum perſonarum collegium ſeu conventum, & quibuſvis aliis eccleſiis, prioratibus & locis, ultra ducentorum. Epiſcopi verò ab eccleſiis cathedralibus, ultra ducentorum. A monaſteriis verò & eccleſiis aliis, ac prioratibus ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium vel conventum duodecim vel plurium perſonarum, ultra ducentorum quinquaginta. Ab habentibus verò paucarum perſonarum collegium ſeu conventum, & quibuſvis aliis eccleſiis, prioratibus & locis, ultra ducentorum. Epiſcopi verò ab eccleſiis cathedralibus, ultra ducentorum. A monaſteriis verò & eccleſiis aliis ac prioratibus ſecularibus vel regularibus, collegium habentibus duodecim vel plurium perſonarum, ultra centum & quadraginta. Ab habentibus verò perſonarum collegium paucarum, & quibuslibet aliis eccleſiis, prioratibus & locis, ultra centum & quadraginta. Abbates quoque à monaſteriis vel prioratibus habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, ultra centum. Ab aliis quoque habentibus minus collegium, ac eccleſiis, prioratibus & locis quibuſcunque, ultra lxxx. Archidiaconi quoque, ultra xxxv. Archipresbyteri quoque, ultra viii. Turonen. argenti valorem recipere non præſumant. Si verò præfati Archiepiſcopi, prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ ex privilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: Iidem Archiepiſcopi à ſuis & aliis cathedralibus eccleſiis, ultra centum & xx. à monaſteriis verò & eccleſiis aliis, à prioratibus ſecularibus & regularibus, habentibus collegium duodecim, vel plurium perſonarum, ultra centum. Ab habentibus verò minus collegium, & quibuslibet aliis eccleſiis, prioratibus & locis, ultra lxxx. Epiſcopi etiam ab eiſdem eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, atque locis, ultra lxxx. Abbates, ultra lx. Archidiaconi, ultra xxx. Turonen. argenti valorem non recipiant quoquo modo. In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ, Scotiæ, & Sueciæ regnis, terris, ac Provinciis, & partibus eiſdem adjacentibus Archiepiſc. & Epiſc. alii quoque prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ, cùm (ut præmittitur) perſonaliter viſitabũt, iidem Archiep. & Epiſc. etiamſi pri-

mates

a *Brachium ſeculare poteſt quandoq. ab eccleſia invocari. c.1. de off. ord. in antiq.*

mates exiſtant, à ſuis, vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus, & perſonis earum pro procuratione unius diei, ſive in victualibus, ſive à volentibus in pecunia, ultra trecentum & viginti. A monaſteriis verò & aliis eccleſiis, prioratibus, ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, ultra CC. & LX. ab aliis verò monaſteriis, eccleſiis, ſeu prioratibus minus collegium habentibus, aliis quoque eccleſiis, prioratibus & locis, ultra ducentorum & viginti. Epiſcopi etiam à cathedralibus eccleſiis, ultra ducentorum & viginti. A monaſteriis verò & aliis eccleſiis & prioratibus, ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, ultra C. & LXXX. Ab habentibus verò collegium minus, & quibuslibet aliis eccleſiis & prioratibus atque locis, ultra centum & quinquaginta. Abbates inſuper à monaſteriis, prioratibus, ſeu eccleſiis habentibus collegium XII. vel plurium perſonarum, ultra centum. Ab habentibus verò minus collegium ac eccleſiis, prioratibus, & aliis locis quibuslibet, ultra LXXX. Archidiaconi verò, ultra quinquaginta. Archipresbyteri etiam, ultra decem Turonen. argenti valorem recipere non præſumant. Si verò iidem Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati, ac perſonæ eccleſiaſticæ ex privilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata, dicti Archiepiſcopi, etiamſi primates exiſtant, ab hujuſmodi eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, atque locis, ultra centum. Epiſcopi, ultra octoginta. Abbates ultra LX. Archidiaconi, ultra XXX. Turon. argenti valorem pro procuratione qualibet unius diei recipere non præſumant. In Caſtellæ quoque, Legionis, Aragoniæ, & Portugalliæ regnis & dominiis, terris & provinciis Regum Caſtellæ, Aragoniæ, & Portugalliæ, & partibus adjacentibus etiam vicinis eiſdem, excepto Sardiniæ & Corſicæ regno, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati, ac perſonæ eccleſiaſticæ, cùm (ut præmittitur) perſonaliter viſitabunt, iidem Archiepiſcopi à ſuis & ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus, pro procuratione unius diei, ſive in victualibus, ſive à volentibus in pecunia ultra centum & quadraginta: à monaſtariis verò & eccleſiis aliis, ac prioratibus ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, ultra centum & viginti. Ab habentibus verò minus collegium, aliiſque eccleſiis, prioratibus atque locis, ultra centum. Epiſcopi etiam à cathedralibus eccleſiis ultra centum: à monaſteriis verò & prioratibus ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, ultra LXXX. Ab habentibus verò minus collegium, aliiſque eccleſiis, prioratibus & locis, ultra LX. Abbates etiam à monaſteriis vel prioratibus habentibus collegium XII. vel plurium perſonarum, ultra quinquaginta. Ab habentibus minus collegium, & quibuslibet illis eccleſiis, prioratibus & locis, ultra XL. Archidiaconi verò, ultra vigintiquinque. Archipresbyteri verò, ultra quinque Turonen. argenti valorem recipere non attentent. Si verò proximè nominati Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, ex privilegio Apoſtolico, per alios viſitare & procurationes recipere poſſint, in pecunia numerata; Iidem Archiepiſcopi, ab eiſdem ſuis & ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis, ultra LXXX. A monaſteriis verò & eccleſiis aliis, ac prioratibus ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, ultra LX. Ab habentibus verò minus collegium, & quibuſlibet aliis eccleſiis, prioratibus ſive locis, ultra quinquaginta. Epiſcopi etiam ab eiſdem eccleſiis monaſteriis, prioratibus ſive locis, ultra XL. Abbates verò, ab eorum monaſteriis, prioratibus, eccleſiis ſive locis, ultra XXX. Archidiaconi verò, ultra XX. Turon. argenti valorem recipere non attentent. In Apuliæ verò, Calabriæ, terræ laboris, Siciliæ, Lombardiæ, Tuſciæ, Sardiniæ, Corſicæ, & cæteris aliis Italiæ partibus, necnon Sclavoniæ, Achajæ, Cypri, & cæteris regnis, inſulisque & aliis provinciis & partibus omnibus ultramarinis, & etiam tranſmarinis, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi ac prælati alii & perſonæ eccleſiaſticæ conſiſtentes, cùm (ut præmittitur) perſonaliter viſitabunt: Iidem Patriarchæ & Archiepiſcopi à ſuis vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus pro procuratione unius diei, ſive in victualibus, ſive à volentibus in pecunia, ultra LX. A monaſteriis verò & eccleſiis aliis, ac prioratibus ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium perſonarum, ultra quinquaginta. Ab habentibus verò minus collegium, & quibuslibet aliis eccleſiis, prioratibus atque locis, ultra quadraginta. Epiſcopi etiam à cathedralibus eccleſiis, ultra quinquaginta: à monaſteriis verò, aliiſque eccleſiis, & prioratibus ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, ultra quadraginta. Ab habentibus verò minus collegium, & eccleſiis aliis, ſeu prioratibus vel locis quibuslibet, ultra triginta. Abbates verò à ſuis monaſteriis vel prioratibus, ſimile collegium vel majus habentibus, ultra viginti. Ab habentibus verò minus collegium, & quibuslibet aliis eccleſiis, prioratibus atque locis, ultra ſexdecim, Archidiaconi ultra decem Turonen. argenti valorem non audeant recipere quoquo modo. Si verò Prælati, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & perſonæ eccleſiaſticæ proximè nominati, ex privilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: dicti Patriarchæ ſeu Archiepiſcopi ab eiſdem ſuis vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus, ultra quadraginta. A monaſteriis quoque & eccleſiis aliis, ac prioratibus, ſecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, ultra triginta. Ab habentibus verò minus collegium, & eccleſiis aliis, prioratibus, ſive locis, & ſubditis quibuſcunque, ultra vigintiocto. Epiſcopi quoque à ſuis cathedralibus, & quibuslibet aliis eccleſiis, monaſteriis, prioratibus atque locis, ultra viginti. Abbates etiam ultra decem, necnon Archidiaconi ultra quinque Turon. argenti valorem recipere non præſumant. Ita, quòd expenſæ ſeu ſumptus univerſi, ſeu taxatio pecuniaria hujuſmodi procurationis totius diei, videlicet in pecunia, vel victualibus & neceſſariis aliis, prædictam ſummam vel valorem aliquatenus non excedat: nec ultra dictas ſummas vel taxationes ſeu valores earum prætextu cujuſvis conſuetudinis, vel aliàs, vel ab ipſis prælatis vel familiaribus earundem quicquam exigere vel recipere liceat etiam à volentibus, quando ex conventione vel conſuetudine minus ſolvere conſueverint, quòd propter prædicta non plus ſolvant. Illud quoque quod de Archidiaconis ſuperius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in decanis, præpoſitis, aliiſque perſonis eccleſiaſticis ſuperius non expreſſis, quibus viſitationis officium & procurationis receptio ex privilegio ſedis Apoſtolicæ, vel de jure ſeu conſuetudine competere dignoſcuntur: Decanis ruralibus duntaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus Archipresbyteri nominantur, circa quos in receptione hujuſmodi procurationis, id quod ſuprà ſtatutum eſt de aliis Archipresbyteris, volumus obſervari. Noſtræ tamen intentionis exiſtit, quòd ſi ex conventione, vel conſuetudine, tam eccleſiæ cathedrales, quàm collegiatæ & aliæ quælibet ſeculares, ac etiam monaſteria, prioratus conventuales, & loca alia quævis eccleſiaſtica, earumque capitula, collegia ſeu conventus, rectores etiam & perſonæ, prælatis quibuſvis ſuis viſitantibus (ut præfertur) minus debeant, vel conſueverint, quàm per nos ſuperius eſt ſtatutum, ad ſolvendum ultra conventionem vel conſuetudinem hujuſmodi nullatenus adſtringantur, ſed ſuper his circa eos conſuetudo & conventio hujuſmodi obſerventur. Hujuſmodi

etiam moderationes & taxationes ad prælatos quoslibet, qui prætextu cujuſvis conſuetudinis in monaſteriis, ſive locis aliis eccleſiaſticis gratis recipiantur ad pabulum charitatis, extendimus & etiam prorogamus: proviſo nihilominus, quòd in locis quibuslibet, ſecundùm quod major vel minor rerum copia fuerit in eiſdem, necnon juxta majorem vel minorem perſonarum & evectionum numerum hujuſmodi viſitantium, expenſarum majorum vel minorum debita moderatio teneatur: ita tamen, quòd majores expenſæ non excedant ſummam ſuperius limitatam. Inſuper prædictis omnibus Archiepiſcopis, primatibus, Epiſcopis, & aliis ſuperius nominatis viſitantibus, ne ultra conventionem vel conſuetudinem hujuſmodi circa perſonas, & loca ubi fuerint, nec ultra moderationes & taxationes prædictas, quicquam præſumant recipere, diſtrictius nihilominus inhibemus. Volentes etiam conſtitutionem præſentem pœnæ adjectione juvari, ſtatuimus, quòd ſi dicti viſitantes per ſe vel (ſi ex privilegio eis competat) per alios viſitationis officium exercuerint, & procurationes receperint (ut præfertur) ipſi vel familiares eorum ultra taxationes prædictas, aliquid ſcienter exegerint, vel receperint etiam à volente, duplum ejus, quod ipſi iidem prælati, vel eis ſcientibus aut ratum habentibus eorum familia, taliter exegerint vel receperint, intra duos menſes poſt receptionem ſeu ſcientiam hujuſmodi eccleſiis, monaſteriis, & aliis locis à quibus illa receperint, reſtituere teneantur. Si verò dictis prælatis per alios viſitantibus, ii, qui pro eis viſitationibus officium exercebunt, per ſe vel alios ultra moderationes ſeu taxationes prædictas quicquam exegerint, ſeu receperint etiam à volentibus: duplum ejus, quod ultra receperint, eccleſiis & monaſteriis vel locis aliis, à quibus id receptum fuerit, intra præfatum terminum reſtituere teneantur. Alioquin extunc dicti prælati, qui ultra moderationes & taxationes prædictas, ſeu conventionem vel conſuetudinem, hujuſmodi receperint in pecunia numerata, duplum ipſum eiſdem eccleſiis, monaſteriis, ſive locis ultra dictum tempus reſtituere differentes, ingreſſum eccleſiæ ſibi noverint interdictum. Ii verò pro dictis prælatis viſitationem hujuſmodi (ut præmittitur) exercentes, ab officio & beneficio noverint ſe ſuſpenſos: quouſque gravatis eccleſiis, monaſteriis, ſive locis de hujuſmodi duplo plenariam ſatisfactionem impendant. Adjicientes conſtitutioni præſenti, quòd ſi quis de familia prælati perſonaliter viſitantis, aliquid ultra moderationes & taxationes præfatas per ſe vel alios prælato ignorante, nec ratum habente receperit ab eccleſiis, monaſteriis, & locis aliis viſitatis, duplum ejus, quod ultrà receperit, de ſuo proprio intra duos menſes poſt receptionem hujuſmodi eccleſiis, monaſteriis, & locis aliis, à quibus illa receperit, reddere teneatur: Alioquin extunc recipiens, ſi clericus fuerit, tam diu ab officio & beneficio ſit eo ipſo ſuſpenſus: Si verò laicus, tamdiu ingreſſum eccleſiæ ſibi noverit interdictum, & à communione Euchariſtiæ ipſo facto noverit ſe ſuſpenſum, donec de duplo hujuſmodi gravatis eccleſiis, monaſteriis, ſive locis ſatisfecerit cum effectu: Nulla eiſdem ultra moderationes & taxationes prædictas recipientibus in his donantium remiſſione, liberalitate, vel gratia valitura. Cæterùm moderationes & taxationes hujuſmodi in illis locis volumus obſervari, in quibus id fieri poterit ſecundùm eccleſiæ, monaſterii, vel loci alterius facultates. In aliis autem tantam præcipimus modeſtiam adhiberi, quòd per hæc, quæ ad exonerationem locorum eccleſiarum ſtatuendam providimus, non doleant ſe gravari: nec per hoc dicti prælati exigendi amplius quàm ipſi ſubditi pati poſſint indultam ſibi exiſtiment poteſtatem. Præmiſſis quoque adjiciendo ſtatuimus, quòd ſi dicti prælati, vel aliquis eorum ex Apoſtolica indulgentia, vel conſuetudine, ſeu de jure, petant ſibi ab eccleſiis, monaſteriis, & locis aliis, eorumque capitulis, collegiis, vel conventibus, reſtibus, ſeu perſonis moderativum, ſeu charitativum ſubſidium exhiberi: non poſſint à ſingulis eccleſiis, monaſteriis, ſive locis pro ſubſidio hujuſmodi ultra petere, vel recipere (etiam à volentibus) niſi quantum aſcenderent ſingulæ procurationes, in pactum per nos ſuperius moderatum, quas iidem prælati poſſent recipere, quando ex privilegio per alium viſitarent. Porrò Turonen. prædictos, tales fore intelligimus, quòd XII. ipſorum valeant unum florenum auri boni puri, & legalis ponderis cunii Florentini. Per conſtitutionem autem hujuſmodi nolumus, quòd prædicti prælati, vel alii, quibus viſitationis officium, & procurationum receptio ex privilegio ſedis Apoſtolicæ, vel aliàs de conſuetudine vel de jure, competere dignoſcuntur, jus viſitandi, ſeu procurationes recipiendi, ſibi valeant vendicare. Nec per conſtitutionem eandem aliis conſtitutionibus ſuper præmiſſis, per prædeceſſores noſtros dudum editis, quoad alia contenta in eis, aliquatenus derogetur. Inſuper Abbates Ciſtercien. ordinis, ſua monaſteria viſitantes, ſub præſenti conſtitutione noſtra nolumus comprehendi, cùm ſuper his per aliam conſtitutionem noſtram duxerimus ſpecialiter providendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum conſtitutionis, interdicti, inhibitionis, adjectionis, & præcepti ac voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinion. XV. Calen. Ianuarii, Pontificatus verò noſtri Anno 2.

## DE CELEBRATIONE MISSARVM.

### TITVLVS XI.

### CAP. VNIC.

*Narratis perturbationibus plurimis, quæ eccleſiæ præſertim per hæreticos inferuntur, ordinat Romanus Pontifex, quòd dum miſſæ celebrantur, in quibus devotius oratur, certæ preces hic expreſſæ ad Deum effundantur. Et ut Chriſtiani ad id ſint promptiores, viginti dies indulgentiarum cunctis hoc facientibus elargitur. Adverte, quòd ſub hoc tit. aptè potuiſſet locari extravagans Deſiderabiliter, quæ eſt ſuprà de vita & honeſt. cler. ut ibi tractatum eſt.*

Ioannes XXII.

DISCIPVLORVM Chriſti a geſta nos inſtruunt, ut in pelago hujus mundi procella ſurgente, ad divinum confugium recurrere debeamus. Ea quidem commotione maris adeò grandi facta, ut fluctus naviculam in quam IESVM ſequentes intraverant, operirent, Chriſtum dormientem vocibus excitarunt ſupplicibus, & adverſus ingruentes tempeſtatis impetus ab eo ſalutis præſidium poſtularunt. Cùm itaque catholicam eccleſiam, quæ congregationem à fidelium comprehendit, videamus (quod dolentes referimus) pacis æmuli, zizaniorumque ſatoris malitia procurante, diſcordiarum flatibus concitatam, earumque fluctus adeò elevatos, quòd quaſi operiant ipſam totam: ſchiſmaticos & hæreticos inſuper eccleſiam ipſam cernamus, & ſchiſmaticos impugnare ferociter, ac ut inconſutilem Domini tunicam ſcindant, multipliciter laborare. Cùm fratribus noſtris deliberatione præhabita diligenti, expediens (imò neceſſarium potius) æſtimamus, ut ad illum, qui ad dexteram Patris reſidet in excelſis, qui caput eſt congregationis ejuſdem, cuique poteſtas omnis, tam in cœlo, quàm in terra noſcitur tradita, eique venti & maria obſecundant c, levemus cum manibus corda noſtra

a *Luc. 8.* b *Vide Turrecrem. in ſumma de eccleſ. l. cap.* ... c *Luc. 8.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

noſtra, ipſumque devotis pulſantes precibus, apud eum ſedulis orationibus inſiſtamus, ut inſurgentes præmiſſæ fremitus tempeſtatis, quæ quaſi univerſorum Chriſticolarum regna concutit, ſubditos contra dominos violato fœdere erigit, hæreticis & ſchiſmaticis ac rebellibus eccleſiæ Dei, inſurgendi contra ipſam, ejuſque jura uſurpandi, inſania damnabili auſum pandit, flatus ceſſare, fluctusque prædictos quieſcere ſua faciat omnipotenti virtute: Cordaque hæreticorum, ſchiſmaticorum, aliorumque rebellium ad Dei eccleſiæ unitatem ac devotionem inclinet & habilitet, vel forſan cum præmiſſis pertinaciter intendant perſiſtere, ipſorum elidat ſuperbiam, eorumque obſtinatam malitiam ſuæ virtute dexteræ conterat & proſternat. Corda quoque ſubditorum ad eorum ſuperiores, & eorum ſuperiorum convertat ad ſubditos, ipſoſque diſſidentes in concordiæ unitate conciliet, confirmet: ſicque det ipſis ſuperioribus præſidere, quod ſic regnent, ut dirigantur, eorumque regimen cedat ſubditis ad ſalutem perpetuam, quietem & pacem: nobiſque ipſe, cujus providentia in ſui diſpoſitione non fallitur, modos & vias aperiat, per quos hoc, quod in votis gerimus, efficaciter promovere poſſimus. Et quia in miſſarum ſolenniis ad Deum conſueverunt preces effundi devotius, de eorundem frat. con. ordinamus, quòd in ſingulis miſſarum celebrationibus poſt dictum à celebrante Pater noſter, reſponſioneque ſecuta, antequam in miſſa ulterius procedatur, illud Canticum, Lætatus *a* ſum in iis quæ dicta ſunt mihi, totum, cum Gloria Patri, religioſis clericis & aliis literatis præſentibus cum devotione dicentur *b*. Et primò dicatur Kyrie Eleiſon, Chriſte Eleiſon, Kyrie Eleiſon, Pater noſter. Et poſt iſti verſiculi ſubſequantur, Domine ſalvos fac Reges. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te. Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. Et Rege eos, & extolle illos uſque in æternum. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum, Et cum ſpiritu tuo.

Collecta.

Eccleſiæ tuæ, quæſumus Domine, preces placatus admitte: ut deſtructis adverſitatibus & erroribus univerſis, ſecura tibi ſerviat libertate. Per Dominum noſtrum.

Hoſtium noſtrorum, quæſumus Domine, elide ſuperbiam: eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Benedicat celebrans conſequenter. Nos autem Chriſti fideles ad exequendum ſupradicta promptius donis volentes ſpiritualibus animare, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, tam his celebrantibus, quàm ipſis aſſiſtentibus obſervantibus ſupradicta, quàm aliis preces tunc devotas Deo fundentibus, pro præmiſſis diebus, & miſſis ſingulis, quibus hæc fecerint, XX. dies de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, de injunctis ſibi pœnitentiis relaxamus. Nulli ergo, &c. Datum XII. Cal. Iulii. Anno 12.

## DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

## TITVLVS XII.

### CAP. I.

*Qui conceptionem immaculatæ virginis devotè celebrabunt, in eodem feſto, & ejus octavis officio intererunt, tales tribuuntur indulgentiæ, quales conſequuntur Chriſti fideles in corporis Chriſti ſolennitate.*

Sixtus IV.

CVM præexcelſa meritorum inſignia, quibus Regina cœlorum virgo Dei genitrix glorioſa ſedib. prælata æthereis, ſyderibus quaſi ſtella matutina prærutilans devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, & intra pectoris arcana revolvimus, quòd ipſa (utpote via miſericordiæ, mater gratiæ & pietatis, amica humani generis, conſolatrix pro ſalute fidelium, qui delictorum onere gravantur,) ſedula oratrix, & pervigil ad Regem quem genuit, intercedit: Dignum, quin potius debitum, reputamus univerſos Chriſti fideles, ut omnipotenti Deo, pro cujus providentia ejuſdem virginis humilitatem ab æterno reſpiciens, pro reconcilianda ſuo auctori humana natura, lapſu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam ſui unigeniti habitaculum Sancti Spiritus præparatione conſtituit: ex qua carnem noſtræ mortalitatis pro redemptione populi ſui aſſumeret, & immaculata virgo nihilominus poſt partum remaneret: de ipſius immaculatæ virginis mira conceptione gratias & laudes referant, & inſtituta propterea in Dei eccleſia, miſſas, & alia divina officia dicant, & illis interſint: indulgentiis & peccatorum remiſſionibus invitare, ut exinde fiant ejuſdem virginis meritis, & interceſſione divinæ gratiæ aptiores. Hac igitur conſideratione inducti, ejuſdem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, auctoritate Apoſtolica hac in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus & ordinamus, quòd omnes & ſinguli Chriſti fideles utriuſque ſexus, qui miſſam & officium conceptionis ejuſdem virginis glorioſæ, juxta piam, devotam, & laudabilem ordinationem dilecti filii magiſtri Leonardi de Nogarolis clerici Veronenſis notarii noſtri & quæ deſuper à nobis emanavit miſſæ & officii hujuſmodi inſtitutionem, in die feſtivitatis Conceptionis ejuſdem virginis Mariæ, & per octavas ejus devotè celebraverint, & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorſus indulgentiam, & peccatorum remiſſionem conſequantur, quam juxta fœlicis recordationis Vrbani *a* IV. in Concilio Vienenſi approbatæ *b*, ac Martini V. & aliorum Romanorum Pontificum, prædict. noſtr. conſtitutiones, conſequuntur illi, qui miſſam & horas canonicas in feſto corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV Chriſti à primis veſperis, & per illius octavas juxta Romanæ eccleſiæ conſtitutionem celebrant, dicunt, aut miſſæ officio & horis hujuſmodi interſunt: præſentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ, M. CCCC LXVI. 3. Cal. Martii, Pont. noſt. Anno 6.

### CAP. II.

*Excommunicationem ipſo facto incurrunt prædicatores, aſſerentes divam virginem in peccato mortali fuiſſe conceptam: qui etiam dicunt, quòd feſtum Conceptionis ejus celebrantes, graviter peccant. Et vult præſentem conſtitutionem in locis populoſis publicari.*

Idem *in eadem materia.*

GRave *c* nimis gerimis, & moleſtum, cùm ſiniſtra nobis de quibuſdam eccleſiaſticis perſonis referuntur: Sed in eorum qui ad evangelizandum verbum Dei ſunt deputati exceſſibus prædicando commiſſis, eò gravius provocamur, quò illi periculoſius remanent incorrecti. Cùm facilè deleri nequeant, qui multorum cordibus ſic publicè prædicando diffuſius & damnabilius imprimuntur errores: Sanè cùm S. Rom. eccleſ. de intemeratæ ſemperque virginis Mariæ conceptione publicè feſtum ſolenniter celebret, & ſpeciale ac propriū ſuper hoc

a Pſal. 121. b *In aliis legitur, dicant.*

a *Hanc conſtitutionem Vrbani habes inſertam in Cle. I. de reliquiis, & veneratione ſanctorum.* b *Fortè approbatam.* c *Vide Conc. Trid. Seſſ. 5. in decreto de peccato orig. § ult. & extravagantem Pii V. Pont. max. incip. ſuper ſpeculam Domini. ubi hoc ſtatutum confirmatur & approbatur.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

officium ordinaverit: nonnulli (ut accepimus) diverſorum ordinum prædicatores in ſuis ſermonibus ad populum publicè per diverſas civitates & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non ceſſant, omnes illos, qui tenent aut aſſerunt eandem glorioſam & immaculatam Dei genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos: ejuſdem immaculatæ conceptionis officium celebrantes, audienteſque ſermones illorum, qui eam ſine hujuſmodi macula conceptam eſſe affirmant, peccare graviter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt: ex quorum aſſertionibus & prædicationibus non levia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & majora meritò exoriri formidantur indies. Nos igitur hujuſmodi temerariis auſibus, ac perverſis aſſertionibus ac ſcandalis, quæ exinde in Dei eccleſia exoriri poſſunt (quantum nobis ex alto conceditur) obviare volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia, hujuſmodi aſſertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent, eos, qui crederent aut tenerent, eandem Dei genetricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſervatam fuiſſe, propterea alicujus hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut hujuſmodi officium conceptionis celebrantes, ſeu hujuſmodi ſermones audientes alicujus peccati reatum incurrere, utpote falſas & erroneas, & à veritate penitus alienas; editoſque deſuper libros prædictos id continentes, quoad hoc auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reprobamus & damnamus. Ac motu, ſcientia, & auctoritate prædictis ſtatuimus, & ordinamus, quòd prædicatores verbi Dei, & quicunque alii, cujuſcunque ſtatus, gradus, aut ordinis ac conditionis fuerint, qui de cætero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populum, ſeu aliàs quomodolibet affirmare, hujuſmodi ſic per nos improbatas & damnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, poſtquàm de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant: à qua ab alio, quàm Rom. Pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Item motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus, ſimili pœnæ ac cenſuræ ſubjicientes eos, qui auſi fuerint aſſerere, contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen vel peccatum incurrere mortale: cùm nondum ſit à Rom. eccleſ. & Apoſtolica ſede deciſum, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, quibus communiter vel diviſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam ac expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Et ne de præmiſſis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus, quòd locorum ordinarii requiſiti præſentes literas in eccleſiis conſiſtentibus in eorum civitatibus, & ſuarum diœceſum, & locis inſignibus, dum major ibi multitudo populi ad divina convenerit, ſermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit, deferre, etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd earundem literarum tranſumpto a manu publici notarii confecto, & authentico alicujus prælati eccleſiaſtici ſigillo munito, ubique ſtetur, prout ſtaretur eiſdem originalibus literis, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ reprobationis, damnationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum Rom. apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ, 148[illegible], prid. Non. Sept. Pont. noſt. Anno 12.

## DE IMMUNITATE ECCLESIARUM.

### TITULUS XIII.

### CAP. UNIC.

*Decretalis, Clericis laicos, eod. tit. lib. 6. habet locum tantum quoad laicos tallias à clericis exigentes, & dantes illis auxilium, & non quoad ſolventes: præcipit deinde Lateran. & generalia concilia diligenter obſervari.*

Benedictus XI.

QUOD b olim per feli. recor. Bonifacium Papam VIII. præd. noſt. contra laicos, exigentes ſeu recipientes à clericis & eccleſiaſticis perſonis tallias, decimam vel aliam quotam ſeu quantitatem aliquam de proventibus bonorum ſuorum, aut eccleſiarum: necnon adverſus ſolventes, aut promittentes, vel conſentientes ſe ſoluturos, pœnis adjectis ſtatutum eſt, quantum ad pœnas ipſas ex cauſa de conſilio fratrum noſtrorum reſtringimus ad exigentes tantummodo, & ad exigendum dantes auxilium, conſilium vel favorem: non autem quoad eaſdem pœnas in ſolventibus aut recipientibus à ſponte dantibus deinceps vendicet ſibi locum. Cæterum attendant ſolicitè eccleſiarum prælati, & alii clerici Lateran. conſilium, quod in hujuſmodi ſubventionibus ſolum caſum neceſſitatis, aut communis utilitatis, ubi laicorum ad id non ſuppetant facultates, deliberatione provida noſcitur excepiſſe: & deinde generale ſtatuiſſe concilium, propter quorundam imprudentiam, etiam in hoc caſu Rom. Pont. (cujus intereſt communibus providere utilitatibus) primitus conſulendum. Attendant igitur caveant, ne prædictorum conciliorum tranſgreſſores exiſtant, aliquid in caſu prædicto, & multò magis ſi caſus ipſe non ſubſit, quoquo modo vel titulo inconſulto Rom. Pont. occaſione ſubventionum dictarum concedendo laicis, vel etiam promittendo: Alioquin tanquam canonum, & tam ſolennium conciliorum temerarii tranſgreſſores, quas proculdubio (Deo propitio) idem infliget Pontifex, graviſſimas pœnas poterunt meritò formidare. Nulli ergo omninò hominum, &c.

PAſtoralis cura ſolicitudinis ſuper cunctas populi Chriſtiani nationes, invigilare remediis ſubjectorum, eorundem periculis obviare, ac ſcandala removere compellit. Sanè quoniam ex conſtitutione felicis recordationis Bonifac. &c. ut in Clem. I. eod. tit.

a *Inſtrumentum ex originali tranſſumptum quandoque facit plenam fidem.* b *vide c. 1. eod. tit. in Clem. cum notatis ibid. per Dd.*

FINIS LIBRI TERTII.

# QUARTUS LIBER VACAT,

NB. QUI SEQUITUR, LIBER QUINTUS EST.

EXTRA-

# EXTRAVAGANTIUM COMMUNIUM,

## LIBER ~~QUARTUS.~~ Quintus

## DE SIMONIA.

### TITULUS I.

### CAPITULUM PRIMUM.

*Paſtus vel jocalia exigentes, & etiam dantes pro religionis ingreſſu, ſi ſint ſingulares perſonæ, excommunicationis: ſi conventus vel capitulum, ſuſpenſionis ſententias ipſo facto incurrunt: cujus utriuſq; vinculi abſolutio ſoli Papæ reſervatur: aliis pœnis in ſuo robore duraturis, niſi ingredientes aliquid ſponte, & ſine pactione obtulerint. Quid de perſonis jam tali labe fœdatis, & bonis ſic receptis faciendum ſit, tandem patefacit.*

Urbanus IV. *aliàs,* V.

SAnè *a*, ne in vinea Domini, noſtræ (licet inſufficientibus meritis) commiſſa cuſtodiæ, naſcentes vepres & ſpinæ adeò convaleſcant, quòd ſperatam fructificationem ipſius valeant impedire, diligentiæ noſtræ incumbit officio, ut illas extirpare radicitus ſolerti ſtudio procuremus. Sanè multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nonnullis eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, & aliis locis religioſis, tam virorum, quàm mulierum ordinum, regionum & partium diverſarum deteſtabilis, & à canonibus reprobata ſervatur abuſio, quòd cum perſonæ aliquæ recipiuntur ab eis ad obſervantiam regularem ipſæ temeritate præſumptuoſa paſtus ſeu prandia capitulis & conventibus ipſarum eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, & locorum, aut pecunias, aut jocalia, ſeu res alias ipſis eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, & locis, ſeu præſidentibus eis, ex ſtatuto ſeu conſuetudine, quæ corruptela eſt potius dicenda, tribuere compelluntur: Ex quibus decori eccleſiaſticæ & immaculatæ religioni detrahitur. Quamplures etiam, tam execratione hujuſmodi criminis, quàm expenſarum onere à ſacræ religionis propoſito retrahuntur: Ipſæque eccleſiæ, monaſteria, & loca famulantium Deo conſueta numeris remanent deſtituta, & in multorum mentibus fidelium ſcandalum generatur. Nos igitur huic morbo peſtifero cupientes congruam adhibere medelam, & aliis pœnis in talia præſumentes inflictis à jure, in ſuo robore duraturis, pœnam adjicere graviorem: univerſis Abbatibus, prioribus, decanis, præpoſitis & magiſtris, necnon abbatiſſis & prioriſſis, aliiſque prælatis, quovis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcunque etiam eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, domorum & locorum quorumlibet religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quàm non exemptorum, quocunque nomine cenſeantur, ac capitulis & conventibus & ſingularibus perſonis eorum, tenore præſentium auctoritate Apoſtolica (quamvis ſit eis à jure inhibitum) diſtrictius inhibemus, ne tam à maribus quàm à mulieribus, volentibus ingredi eorum religionem, eccleſias, monaſteria, prioratus, domos ſeu loca, in earundem perſonarum receptione, aut ante vel poſt illam, quoſcunque paſtus, prandia ſeu cœnas, pecunias, jocalia, aut res alias, etiam ad uſum eccleſiaſticum, ſeu quemvis pium uſum alium deputata, vel deputanda, directè vel indirectè petere vel exigere quoquo modo præſumant. Sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu & veſtitu ſicut alias perſonas ſuarum eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, domorum, & locorum ſyncera charitate pertractent. Illa duntaxat quæ perſonæ ipſæ ingredientes purè & ſpontè, & plena liberalitate, omnique pactione ceſſante dare vel offerre eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, domibus, & locis hujuſmodi voluerint, cum gratiarum actione licitè recepturi. Nos enim, qui ſecus egerint, ſi ſint ſingulares perſonæ tam dantes, quàm accipientes hujuſmodi, excommunicationis: ſi capitulum vel conventus fuerit, ſuſpenſionis ſententiis eoipſo decernimus ſubjacere: A quibus (præterquam in mortis articulo) abſolvi nequeant abſque ſed. Apoſt. licentia ſpeciali. Cæterùm perſonis illis utriuſque ſexus, quæ jam labe hujuſmodi ſunt fœdatæ, earum providentes ſaluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus quòd per ſuos locorum diœceſanos hac vice duntaxat à crimine hujuſmodi & nota infamiæ inde contracta auctoritate Apoſtolica abſolvantur: canonica proinde ipſis pœnitentia ſalutari impoſita, de qua ipſorum diſcretioni videbitur expedire: & demum cum ipſis, ut in earum eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, dignitatibus, & locis licitè valeant remanere, miſericorditer diſpenſetur. Inſuper ergo perſonas illas, quæ in præmiſſis recipiendo aliqua contra canonicas ſanctiones peccaſſe noſcuntur, volentes nos reddere gratioſos: omnia recepta hujuſmodi ſi ad communem uſum monaſteriorum ſeu locorum eorum ſunt applicata, ea ad dictum uſum licitè concedimus retineri. Si vero ad ſpecialem uſum Abbatis ſeu abbatiſſæ, prioris aut prioriſſæ, aut alterius ſingularis perſonæ retineantur, illa venire præcipimus in communi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, conceſſionis, & præcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si

a *Vide ca. non ſatis. cap. cùm in eccleſiæ corpore. & c. Veniens. cum ibi notatis, extr. de ſimon. adde B. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad quartum argumentum.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum 2. Nonas menſis Aprilis, Pontificatus noſtri Anno 1.

### CAP. II.

*Omnes ſimoniaci cujuſcunq; dignitatis aut ſtatus, ſunt ipſo facto excommunicati: nec habent ſimoniacè ordinati ordinis executionem. Et electiones aut aliæ proviſiones per ſimoniam factæ non valent, nec jus percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiam ſimoniæ eadem cenſura ligantur, qui à ſolo Papa abſolvuntur. Et omnes prædicti ſunt Romano Pontifici revelandi.*

Paulus Venetus *Papa II.*

CVm *a* deteſtabile ſcelus ſimoniacæ pravitatis tam divinorum quàm ſacrorum canonum auctoritas abhorreat atque damnet: Nos conſiderantes quòd plures pœnarum gravitas, quàm Dei timor arcere ſolet à voluntate peccandi, ac ſummis deſideriis affectantes, ut horum peſtiferum vitium non ex uſu ſolùm, ſed etiam ex mentibus hominum ſaltem propter pœnarum metum penitus evellatur: prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, ac etiam omnes & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, privationis, & interdicti ſententias, cenſuras & pœnas dudum à Romanis Pontificibus prædictis, & pro talibus reputatis contra ſimoniacos quomodolibet latas, & illos, qui cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiamſi cardinalatus, patriarchali, epiſcopali, regali, reginali, vel alia quavis eccleſiaſtica ſeu mundana dignitatibus præfulgeant, & eorum quemlibet, tam manifeſtum, quàm occultum, quas ipſo facto eos incurrere volumus, confirmantes & innovantes Apoſtolica auctoritate, declaramus quòd omnes illi, qui ſimoniacè ordinati fuerint, à ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi. *b* Per electiones verò, poſtulationes, confirmationes, proviſiones, ſeu quaſvis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omninò careant in eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, perſonatibus, officiis eccleſiaſticis, & quibuſvis beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam jus nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium quæ percepit reſtitutionem ſub animæ ſuæ periculo ſit adſtrictus. Statuentes præterea, quòd univerſi & ſinguli etiam præmiſſis dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando vel recipiendo ſimoniam commiſerint, aut quòd illa fiat, mediatores extiterint, ſeu procuraverint, ſententiam excommunicationis incurrant: à qua niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente non poſſint abſolvi, præterquam in mortis articulo conſtituti. Et ut hujuſmodi labis contagio frequentius reprimatur, omnibus & ſingulis eccleſiaſticis ſecularibusque perſonis cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictius injungimus, ut eos omnes, quos ſimoniam hujuſmodi commiſiſſe vel procuraſſe, aut in ea mediatores eſſe ſciverint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per ſe vel alios revelare quantocius non omittant. Pro revelatione hujuſmodi etiamſi complices *c* fuerint, non ſolùm veniam à nobis, ſed etiam gratiam conſecuturi, ſi eorum indicio participes tanti criminis valeant coërceri: Quòd ſi non fecerint, abſolvi non valeant donec prædicta revelent, & complices hujuſmodi detrecti arctius punientur.

Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis, innovationis, declarationis, & voluntatis infringere, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Domini M. CCCC. LXIV. 9. Cal. Decemb. Pontificatus noſtri Anno 1. Publicata die 24. Novemb. Anno prædicto.

a *Vide extravagantem Pii V. incip. cùm primum. §. & ut ſimoniaca pravitatis per quam hac conſtitutio inviolabiliter obſervari mandatur, & de intellectu deciſionem Caſſiodori 5. tit. de conſt.* b *Vide cap. de ſimonia. & ibi plenè per canoniſtas. extrà, de ſimonia. adde omninò beatum Thomam 2. 2. quæſt. 100. art. 2. ad quartum argumentum.* c *Complices criminis quandoq; præmiantur. Cod. ad leg. Iuliam majeſtatis. l. quiſquis. in fine.*

## DE IVDÆIS.

### TITVLVS II.

### CAP. I.

*Chriſtiani arma portantes ad infideles Chriſtianos impugnantes, ipſo facto ſunt excommunicati, capientium ſervi infames, & inteſtabiles, tam activè, quàm paſſivè, & eorum bona confiſcata. vide cap. ita quorundam. & cap. ad liberandam. extra eod. tit.*

Clemens V.

MVLTA *a* mentis amaritudine concitamur, graviſque doloris aculeus perfodit mentem noſtram, intelligentes, quòd renati fonte baptiſmatis in devium aberrantes, qui deberent opprobrium illatum Domino in terram hæreditatis ſuæ totis viribus vindicare, potius injuriatoribus ſuis favent, Sarracenorum videlicet horribili & perfidæ nationi: & degenerantes miſerabiliter à ſtatu fidelium, famæ propriæ immemores, & ſalutis obliti, inimicis crucis Chriſti, contra ipſius negocium, ferrum, equos, arma, & alia vetita, necnon victualia, & mercimonia in Alexandriam, & ad alia loca Sarracenorum terræ Ægypti deferre præſumunt. Ex quo manifeſtè apparet, quòd Chriſtianos, qui ad defenſionem hæreditatis Domini ibidem pro fide remanſerunt, talibus adjuti ſubſidiis irreverenter impugnant: propter quod fidei negotium ibidem quodammodo noſcitur deperire. Nos igitur qui ad liberandam terram ipſam operam dare intendimus (cum Dei adjutorio) efficacem, tam graves tranſgreſſus ulterius ſuſtinere nolentes, felicis recordationis Nicol. Pap. IV. prædeceſſ. noſtr. veſtigiis inhærentes, præſentium tenore ſtatuimus, ut nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Ægypti deferre, mittere, vel portare, ſeu de portibus eorum, ut eiſdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut eis aliàs auxilium vel favorem præſtare quoquo modo præſumat. Nos verò illos, qui contra hujuſmodi conſtitutionem noſtram auſu temerario venire præſumpſerint, eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere: à qua abſolvi nequeant, niſi tantum de bonis propriis in dictæ terræ ſubſidium convertendum exſolverint, quantum ad partes prædictas detulerint vel miſerint, aut deferri, vel de ipſorum portibus extrahi permiſerint, deferendum: nec tunc etiam ab eadem (præterquam in mortis articulo) abſolvantur ſententia, abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et nihilominus, ſi perſonas eorum capi contingat, in ſervitutem & capturam illorum eſſe volumus, in quorum ceciderint captionem. Auctoritate inſuper Apoſtolica ſtatuentes, ut illi, qui contra hujuſmodi ſtatutum noſtrum quomodolibet venire præſumpſerint, præter pœnas prædictas, quas ipſo facto incurrant, perpetuò ſint infames, & inteſtabiles habean-

a *Præter cap. ita quorundam. & cap. ad liberandam. extrà, de Iudæis, vide Clem. I. eod. tit. & proceſſum Bullæ in cœna Domini 27.*

tur:

[illegible]tur:ita, quòd nec teſtari, nec legata eis ſeu relicta percipere valeant, & inſuper ad ſucceſſiones, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſint prorſus & reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, ſintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti, & tanquam excommunicati, hoſteſque catholicæ fidei (poſtquam de ipſorum hujuſmodi temeritate conſtiterit) diebus dominicis & feſtivis publicè nuncientur, & in fiſcum bona eorum omnia devolvantur.

CAP. II.

*Iudæi ad fidem converſi non ſunt in bonis moleſtandi, ne ſint deterioris conditionis poſt baptiſmum, quàm eſſent ante.*

Ioannes XXII.

Dignum *a* arbitrantes, & juri conſonum, fonte renatos baptiſmatis Iudaica cæcitate dimiſſa amplioribus favoribus aut gratiis, quàm antea abundare: indecens & abſurdum, ut qui in perfidia abundarent, cogantur mendicare fideles: univerſis & ſingulis rectoribus, & aliis officialibus comitatus Veneſini, aliorumque comitatuum, & terrarum pertinentium ad Apoſtolicam ſedem, diſtrictè præcipimus & mandamus, quatenus converſis hujuſmodi & qui in poſterum convertentur, in poſſeſſionibus & bonis aliis, quocunque nomine cenſeantur, quæ in comitatibus & terris prædictis converſionis tempore obtinebant, ſeu etiam obtinebunt, occaſione prædicta nullam moleſtiam inferant, nec ab aliis inferri permittant: ſed ipſis in his & aliis ſe favorabiles exhibeantes, ipſos ab injuriis & moleſtiis protegant & defendant: ut ſic de ſervitute ad libertatem ſe tranſiſſe percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimiſſam perfidiam compellantur. Nulli ergo, &c. nostrum præceptionis & mandati infringere. Datum Avinion. 10. Cal. Auguſt. Anno 4.

DE HÆRETICIS.

*TITVLVS III.*

CAP. I.

*Decretalem, per hoc. eod. tit. lib. 6. declarat, bona hæreticorum per diviſiones uſurpari vetans.*

Benedictus XI. *Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis.*

Ex eo *b*, quòd quædam novella conſtitutio ſuper negotio hæreticæ pravitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa octavo, prædeceſſore noſtro, edita continet, quòd in ipſo negotio per diœceſanos Epiſcopos, & inquiſitores ſuper eodem facto inquiri valeat communiter vel diviſim: & ſi diviſim proceſſerint, teneantur ſibi invicem communicare proceſſus: Nos conſulere voluiſtis, quando & quoties ſit iſta proceſſuum communicatio facienda. Nos autem de fratrum noſtrorum conſilio intelligendo diœceſanos & inquiſitores tunc demum diviſim procedere, cùm hi & illi ſeparatim, non quando Epiſcopi tantùm, vel inquiſitores tantum procedunt: conſultationi veſtræ breviter reſpondemus, quòd quando utrique procedunt ſejunctim, ſibi debent in fine tantùm, dum nihil reſtat agendum, niſi quòd ſolùm ſententia promulgetur, communicare proceſſus. Licet enim quibuſdam potuiſſet videri per legem civilem, quòd ſicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre ſententiam, ut puta, quando adminiſtrator delegat cauſam, ſibi ſententia reſervata: ſaltem in principio, id eſt, conteſtatione, rurſus in medio, & ſemel in fine quæ ſunt examinata audire debet: ita & in caſu præſenti, ubi ex actis coram alio habitis alter profert ſentētiam, ſi alter hujuſmodi acta recenſeat: quod fieri non poteſt, ſi eorum denegetur editio: tamen id æquitas canonum non admiſit. Vnum ſanè caſum excipimus, ſi alter commodè non poſſit procedere, niſi alterius actis viſis. Ex hac enim cauſa ſemel tantùm (ut fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur. Verùm quia *a* nonnulli diœceſani partem partis proventuum de hæreticorum bonis inquiſitionis officio deputatæ propter expenſas, quas dum inquirunt in ſæpedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliuntur, hoc tanquam juri abſonum (cùm ordinarii ſint, ideoque officium tale, quod eis incumbit, propriis eos oportet explere ſtipendiis) fieri penitus prohibemus. Rationem autem iidem diœceſani proventuum, obventionum ex inquiſitionis officio à vobis, non obſtante aliqua inſtitutione, conſuetudine, vel mandato contrariis, non expoſcant: ſed eam cameræ noſtræ, vel alii, cui nos vel ſucceſſores noſtri Romani Pontifices mandaverimus reddendam, reddatis, quæ generaliter obſervari jubemus.

a *Vide omninò extravagantem Pauli Papæ III. incip. cupientes Iudæos, ubi de hac materia plenius cavetur.* b *Præter notata in cap. per hoc. de hæret. lib. 6. vide Nicolaum Eymericum in directorio Inquiſitorum part. 3. quæſt. 50. 51. & 52. Repertorium Inquiſitorum verbo communicare, §. ſed quomodo. & Zanchinum tractat. de hær. c. 21.*

CAP. II.

*Tres errores magiſtri Ioannis de Poliaco, doctoris Pariſienſis, hic damnantur.*

Ioannes XXII.

Vas *b* electionis doctor eximius, & egregius prædicator, cujus prædicatio mundum docuit univerſum, præſumptuoſam illorum audaciam refrænare ſolicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes, in errores proprios prolabuntur, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere ſalubri doctrina ſuggeſſit: & juxta Sapientis *c* eloquium: Quiſque ſuæ prudentiæ modum ponat. Sanè dudum quum dilectum filium magiſtrum Ioannem de Poliaco, ſacræ Theologiæ Doctorem, certis ex cauſis de fratrum noſtrorum conſilio ad noſtram præſentiam vocaviſſemus: fide digna relatio ad noſtrum perduxit auditum, quòd ipſe in quibuſdam articulis tangentibus pœnitentiæ ſacramentum, non ſobriè, ſed perperam ſapiebat, infraſcriptos articulos, periculoſos continentes errores, docens publicè in ſuis prædicationibus, & in ſcholis. Primò ſiquidem adſtruens, quòd confeſſi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones, tenentur eadem peccata, quæ confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundò, quod ſtante, Omnis utriuſque ſexus edicto in concilio generali *d*, Rom. Pontif. non poteſt facere, quòd parœciani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri, quem dicit eſſe parœcialem curatum. Imò nec Deus poſſet hoc facere: quia (ut dicebat) implicat contradictionem. Tertiò, quòd Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiendi confeſſionem: imò nec Deus, quin confeſſus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio ſacerdoti: quem dicit eſſe (ut præmittitur) proprium curatum. Nos igitur ſcire volentes, ſi ſuggeſta nobis veritatem haberent, articulorum præmiſſorum copiam eidem magiſtro Ioanni fecimus aſſignari, & ad ſuam defenſionem plenam audientiam ſibi præbuimus, tam in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia in conſiſtorio, quàm aliàs coram aliquibus ex ipſis fratribus per nos ad hujuſmodi officium deputatis. Verùm, liceat præfatus magiſter dictos articulos, & contenta in ipſis defendere niteretur, aſſerebat tamen ſe paratum credere & tenere in præmiſſis & aliis, quæ tenenda & credenda eſſe ſedes Apoſtolica definiret. Nos igitur attendentes,

a *Vide Eymericum in directorio Inquiſitorum. p. 3. q. 104. 105. & ſeq.* b *Rom. 12.* c *Proverb. 6. & 23.* d *Scilicet Lateran. ſub Innoc. III. c. 21.*

quòd prædictorum articulorum aſſertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum: ipſos per prælatos magiſtros in Theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipſi etiam cum dictis fratribus noſtris collationem ſolertem & examinationem habuimus ſuper his. Per quas quidem collationem & examinationem ſuper his habitas, comperimus præmiſſos articulos doctrinam non ſanam, ſed periculoſam multùm & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & ſingulos idem magiſter Ioannes, veris ſibi rationibus opinioni dudum ſuæ habitæ contrariis demonſtratis, in conſiſtorio revocavit: aſſerens ſe credere eos non veros, ſed ipſorum contrarium verum eſſe, & dicens ſe neſcire rationibus ſibi factis in contrarium reſpondere. Ideoque ne per aſſertionem, prædicationem, & doctrinam hujuſmodi in errorem (quod abſit) animæ ſimplicium prolabantur, omnes articulos & quemlibet eorum tanquam falſos & erroneos, & à doctrina ſacra devios auctoritate Apoſtolica condemnamus & reprobamus, de fratrum noſtrorum conſilio prædictorum, doctrinam contrariam veram, & contrarium eſſe catholicum aſſerentes: ſcilicet, quòd illi, qui prædictis fratribus conſitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm ſi ea aliàs confeſſi fuiſſent eorum proprio ſacerdoti juxta concilium generale *a*. Optanteſque veritatis vias notas eſſe fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne ſubintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clementis quarti Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis innitendo, univerſis & ſingulis diſtrictius inhibemus, ne quiſquam præmiſſos articulos per nos (ut præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis, vel aliquo ipſorum, utpote à catholicis mentibus reſpuenda, tenere audeat, ſeu defenſare quomodolibet, vel docere. Quocirca univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus univerſis & ſingulis veſtrûm in civitatibus & diœceſ. veſtris convocato clero & populo communiter omnia præmiſſa & ſingula per vos, ſeu alios ſolenniter publicetis. Nos etiam eidem magiſtro Ioanni mandamus, quòd in ſcholis & ſermone Pariſiis prædictos articulos, & contenta in eis tanquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, aſſeveratione conſtanti publicè debeat revocare. Quod ſe facturum dictus magiſter Ioannes efficaciter repromiſit. Datum Avin. 8. Cal. Aug. Pont. noſt. Anno 5.

### CAP. III.

*Inquiſitores hæreticæ pravitatis cenſuras eccleſiaſticas fulminare non poſſunt in officiales & nuncios ſedis Apoſtolicæ ſine ipſius licentia ſpeciali: ſed de eorum exceſſibus informationem facere poſſunt, & deinde Romano Pontifici ſignificare.*

Idem.

CVm *b* Matthæus de Pontinian. ordinis prædicatorum, inquiſitor hæreticæ pravitatis in regno Siciliæ auctoritate Apoſtolica deputatus, frivola occaſione quæſita, ac noſtra & Apoſtolicæ ſedis reverentia & honore poſtpoſitis, in dilectum filium G. de Baleto, Archidiaconum Forolivien. Capellanum noſtrum, Campaniæ, Maritinæque rectorem excommunicationis ſententiam inconſultis motibus, non ſine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes de cætero talium præſumptoribus obviare, univerſis & ſingulis, tam ordinariis, quàm delegatis judicibus, & inquiſitoribus pravitatis ejuſdem, & aliis univerſis & ſingulis, quacumque auctoritate fungantur, auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus, & mandamus expreſſè, ne contra noſtros & Apoſtolicæ ſedis officiales vel nuncios, aut ipſorum aliquem, quavis occaſione vel cauſa, abſque noſtra & Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali, eis per ſedis ipſius literas concedenda, plenam faciente de tenore præſentium mentionem, procedere quoquomodo præſumant aut in eos, vel ipſorum aliquem excommunicationis vel ſuſpenſionis, ſeu quaſvis alias ſententias promulgare. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, quicquid contra inhibitionem & mandatum hujuſmodi contigerit attentari. Volumus tamen, quòd diœceſani & inquiſitores prædicti, ſuper iis, quæ negotium tangunt fidei, illi verò ſuper iis, quæ rem tangunt vel publicam vel privatam, ſive ordinarii, ſive delegati quacunque auctoritate fuerint, prout poſſet ad eorum officium pertinere, ſi quid per officiales & nuncios ipſos indebitè fuerit attentatum extiterit, ſe plenius informare: idque nobis ſignificare ſtudeant, ut providere ſuper hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &c. Datum Avinion. XII. Cal. Ian. Pont. noſt. Anno 11.

## DE SCHISMATICIS
### TITVLVS IV.
### CAP. VNICVM.

*Proceſſus & ſententias latas per Bonifacium VIII. contra Iacobum & Petrum de Columna, tanquam ſchiſmaticos, & eorum poſteros, revocat hîc Benedictus XI. exceptis conſiſtoriis, in quibus nihil immutat. Et ſic (ut clarè patet) hæc extravagans corrigit, & prorſus revocat cap. unic. eod. tit. lib. 6.*

Benedictus XI.

DVdum bonæ memoriæ Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter, contra Iacobum, Petrum, & Ioannem de ſancto Vito, Ottonem quondam Agapitum, Stephanum & Iacobum Sciarram, nepotes memorati Iacob. & filios olim Ioan. de Columna, & poſteritatem eorum, necnon contra Richardum, Pet. & Ioan. de monte nigro, ac adjutores, fautores, & receptatores eorum, cujuſcunque ſtatus, etiamſi imperiali, vel regali dignitate fulgerent, contra ipſam inſuper Præneſte, dum vixit, varios fecit proceſſus, ſententias graves pœnas habentes & multas, prout in ejuſdem proceſſibus continetur: ex quibus ſic paucas ex multis & prolixis breves exprimimus, quod intelligi volumus ſpecialiter ſingulas numeratas, & nominatim expreſſas. Inter cætera ſiquidem depoſuit dictos Iacobumque Pet. à cardinalatibus ſanctæ Rom. eccleſ. reddens eos & filios dicti Iacob. & poſteritatem eorum inhabiles ad Apoſtolicæ dignitatis apicem & cardinalatus honorem: ipſos eoſdemque Iaco. & Ottonem, & Richardum beneficiis eccleſiaſticis, & eccleſiis cunctis privavit, eoſque & Agapitum, Stephanum & Scyarram prædictos banniri ab urbe, & ita eccleſiæ ſupradictæ ipſorum conſiſcavit bona & jura, plurium excommunicationum ſententiis innodavit, addixit infamiæ, capiendos expoſuit, judicavit ſchiſmaticos, & tanquam hæreticos puniendos ab adminiſtrationibus & officiis, juriſdictionibus exercitio & dignitatibus in urbe & circa in Rom. eccleſ. & curia, ac ipſorum poſteros perpetuò, & in terris Rom. eccleſ. uſque in quartam generationem, per maſculinum & fœmininum ſexum coërcuit: eis incolatum, conſortem & habitationem urbis, circumpoſitæ regionis, & terrarum ſubjectarum eccleſiæ interdixit, & inteſtabiles fecit. Nos itaque, qui ejus vices in terris gerimus, cujus eſt proprium miſereri & parcere, eorum miſeriis & ærumnis compatimur, ad clementiam pro eis commovemur, ipſis pietatis noſtræ aperimus viſcera, & manſu-

a Id eſt, Conc. gener. Later. ſub Innoc. III. c. 21. & refertur in ca. omnis. de pœnit. & remiſſ. b Super hac conſtitutione, vide omninò Conſilium Lapi. incip. factum ſuper quo ad conſilium nunc circumfertur poſt Conſilia Oldradi. adde Eymericum in directorio inquiſit. part. 3. quæſt. 26.

manſuetudinem non negamus: miſericordes ab eis non avertimus oculos, illisque pium animum exhibemus. Ideoque omnes prædictas, depoſitionis à cardinalatibus, privationis à beneficiis & eccleſiis, inhabilitatis ad papatum Romanum, & bonorum, & jurium quæ certis nobilibus Romanis civibus & aliis conceſſa ſunt (confiſcationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad præſens) ſententias, pœnas & mulctas, & alias, quæ in proceſſibus memoratis ſive alibi continentur: verbo etiam in vita ipſius, vel in morte in eos latas & inflictas, ſeu confirmatas & innovatas per prædec. eundẽ, ſicut ſi (ut prædicitur) eſſent per nos ſpecialiter numeratæ, & nominatim expreſſæ, tam ad prædictas Iacob. & fil. dicti Ioan. de Col. maſculinam & fœmininam prolem, eorundem Ioan. & filiorum, & per utrunque ſexum poſteritatem deſcendentem ab eis, Pe. & Richardum, & Ioann. de monte nigro præfatos, quàm ad coadjutores, fautores, receptatores, ſuſceptores, & ſequaces eorum quoslibet alios, penitus tollimus & viribus vacuamus: Ita, quòd nec etiam pro præterito tempore poſſint ſuper eis aliquæ perſonæ impeti, quæ incurriſſent eas, aut contra ipſas aliquem effectum habere. Eisque quod quævis alia quàm præfatarum, depoſitionis à cardinalatibus, privationis beneficiorum & eccleſiarum, confiſcationis bonorum & jurium, quæ (ut præmittitur) dictis civibus ſeu aliis ſunt conceſſa, & inhabilitatis ad papatum, ſententia ſive pœna abſtulit, reddimus. Et irregularitatem, ſi quam quoquo modo contraxerint, removemus, & notam abolemus ipſius. Inhibentes ne jam dicta Præneſte cum monte ſuo reædificetur, vel muniatur, aut civitatis nomen, ſive epiſcopatum recuperet abſque noſtra licentia ſpeciali. Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus, proceſſibus, inhibitionibus, decretis, privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, earum effectus poſſit quomodolibet impediri: & de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum debeat in noſtris literis fieri mentio ſpecialis.

## DE FVRTIS.

### TITVLVS V.

### CAP. VNIC.

*Sublatio excommunicationis latæ in eos, qui furati ſunt theſaurum eccleſiæ, quem jubente Clemente Papa de Peruſio in Lucanam civitatem tres viri hic nominati deportaverant. Et hic habetur optima practica monendi malefactores, ut intra certum terminum ſatisfaciant, alias excommunicationem incurrant: & modum ipſius excommunicationis publicandæ hæc extravagans clarè manifeſtat.*

Ioannes XXII.

INFIDELIS & ſtolidæ prædicationis alumni ſe per culpæ vitium indignos efficiunt, ut matris eccleſiæ filii nuncupentur, dum ad ipſius matris injuriam ſe convertunt (quod gravi nos commotione perturbat) matris ejuſdem pietatem offendunt: & his in perniciem miſerabili cæcitate dilapſis, reſpergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis. Dudum ſiquidem nonnulli degeneres filii, qui ad quæque nefaria currere ſunt auſi, perverſis auſibus in matris ejuſdem proſilientes injuriam & offenſam, illam theſauri ſui maximam partem, quæ de Peruſio ad civitatem Lucanam de mandato fœlic. recor. domini Clementis Pa. V. prædec. noſt. dum adhuc viveret, per dilectos filios Vitalem de Chabenate, clericum Burdegalen. diœceſ. & Guli. de Luna, ſervientem prædeceſſoris ejuſdem, unà cum dilecto filio Iacobo de Caſalibus Decano eccleſiæ S. Severini Burdegal. diœc. Capellano noſtro, extiterat deportata: & quæ in ſacriſtia monaſterii S. Fedriani Lucanen. tunc temporis ſervabatur: deinde ad cameram prædeceſſoris ejuſdem fideliter deferendam tempore invaſionis civitatis Lucanen. direpſerunt in prædam, & de præfata ſacriſtia per violentiam aſportarunt. Nos igitur ad recuperationem theſauri prædicti ſolicitis ſtudiis prætendentes, omnes & ſingulos aſportantes theſaurum prædictum, & alios, penes quos aliqua de theſauro fuerunt, vel adhuc exiſtunt, auctoritate Apoſtolica coram hac fidelium multitudine copioſa monemus, ut ea nobis aut ei, quem ad id duximus deputandum, intra quatuor menſium ſpatium à die datæ publicationis præſentium numerandum cum integritate reſtituant & aſſignent: ac omnes & ſingulos ſcientes, ubi, vel penes quos aliqua de dicto theſauro extiterint, vel exiſtant, ut intra terminum ſupradictum, nobis aut ipſi deputato noſtro indicare ſtudeant: aliaquin in omnes & ſingulos monitionis hujuſmodi contemptores, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, vel conditionis extiterint, etiamſi patriarchali vel ſuperiori, aut alia quacunque præemineant dignitate, ex nunc auctoritate prædicta excommunicationis ſententiam promulgamus: Mandantes illos per diœceſanos locorum & rectores parœcialium eccleſiarum civitatum & diœceſum earundem ſingulis diebus dominicis & feſtivis pulſatis campanis & candelis extinctis excommunicatos publicè nunciari: proceſſuri ad graviora nihilominus contra eos, necnon & contra civitates, communitates, univerſitates, & ſingulares perſonas quaſcunque, quæ fuiſſent in præmiſſis culpabiles, ſicut protervia ipſorum exegerit, & viderimus expedire. Non obſtante, ſi eis aut eorum aliquibus, vel alicui ſub quacunque forma vel conceptione verborum, à ſede Apoſtolica ſit indultum, quòd excommunicari non poſſint, per literas ſedis ejuſdem non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam effectus præſentium impediri poſſit, vel quomodolibet retardari. Vt autem hujuſmodi noſtra monitio verius ad communem omnium notitiam deducatur, chartas ſive membranas monitionem continentes eandem, in eccleſia Avinion. appendi vel affigi oſtiis ſeu ſuperliminaribus ejuſdem eccleſiæ faciemus, quæ monitionem ipſam ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo judicio publicabunt: ita quòd omnes & ſinguli, quos monitio ipſa contingit vel contingere poteſt, nullam poſtea poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos talis monitio non pervenerit, vel quòd ignoraverint eandem: Cùm non ſit veriſimile, remanere quoad ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avinion. 2. Calend. April. Pontif. noſt. Anno 1.

## DE CRIMINE FALSI.

### TITVLVS VI.

### CAP. VNIC.

*Alchimiæ hic prohibentur, & puniuntur facientes & fieri procurantes: quoniam tantum de vero auro & argento debent inferre in publicum, ut pauperibus erogetur, quantum de falſo & adulterino poſuerunt. Et ſi eorum facultates non ſufficiant, pœna per judicis diſcretionem in aliam commutabitur, & infames fiunt. Et ſi ſint clerici, beneficiis habitis privantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur. Vide extravagantem ejuſdem Ioan. quæ incipit, Providens. & eſt ſub eod. tit. collocata.*

Ioannes XXII.

SPONDENT a, quas non exhibent divitias, pauperes Alchimiſtæ: pariter, qui ſe ſapientes exiſtimant, in foveam incidunt, quam fecerunt. Nam

a *Vide B. Thom. 2.2. q. 77. art. 2. ad 1. arg. & ibi Cajetanum Oldrad. conſil. 74. incip. an alchimiſta peccet. & late Caſſaneum in catalogo gloriæ mundi, part. 11. conſid. 40.*

„ haud dubiè hujus artis Alchimiæ alterutrum ſe profeſſores ludificant, cùm ſuæ ignorantiæ conſcii eos, qui ſupra ipſos aliquid hujuſmodi dixerint, admirentur: quibus cùm veritas quæſita non ſuppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: iidemq; verbis diſſimulant falſitatem, ut tandem, quod non eſt in rerum natura, eſſe verum aurum & argentum ſophiſtica tranſmutatione confingant: eoq; interdum eorum temeritas damnata & damnanda progreditur, ut fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis, & non aliàs Alchimitum fornacis ignem vulgum ignorantem eludāt. Hæc itaque perpetuis volentes exulare temporibus, hac edictali conſtitutione ſancimus, ut quicunque hujuſmodi aurum vel argentum fecerint, vel fieri ſecuto facto mandaverint, vel ad hoc ſcienter (dum id fieret) facientibus miniſtraverint, aut ſcienter vel auro vel argento uſi fuerint, vendendo vel dando in ſolutum: verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogandum, quanti Alchimitum exiſtat: circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitimè conſtiterit deliquiſſe: facientibus nihilominus aurum vel argentum Alchimitum, aut ipſo (ut præmittitur) ſcienter utentibus perpetuæ infamiæ nota reſperſis. Quòd ſi ad præfatam pœnam pecuniariam exolvendam delinquentium ipſorum facultates non ſufficiant, poterit diſcreti moderatio judiciis pœnam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram juxta qualitatem negotii, perſonarum differentiam, aliaſque attendendo circumſtantias) commutare. Illos verò, qui in tantæ ignorantiam infelicitatis proruperint, ut nedum nummos vendant, ſed naturalia juris præcepta contemnant, artis excedant metas, legumque violent interdicta, ſcienter videlicet adulterinam ex auro & argento Alchimito cudendo ſeu fundendo, cudi ſeu fundi faciendo monetam, hac animadverſione percelli jubemus, ut ipſorum bona deferantur carceri, ipſique perpetuò ſint infames. Et ſi clerici fuerint delinquentes, ipſi ultra prædictas pœnas priventur beneficiis habitis, & prorſus reddantur inhabiles ad habenda.

## DE PRIVILEGIIS.

### *TITVLVS VII.*

### CAP. I.

*Hæc extravagans dat prædicatoribus, & minoribus privilegia plurima circa tria: videlicet circa prædicationes, confeſſionum auditiones, & ſepulturas. De ſecundo in §. ſed quia multoties. De tertio in §. porrò. Et licet ſit revocata per Clem. II. de ſepul. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non ſunt retractata. Et potuiſſet non ineptè poni ſub tit. de ſepult. Sed non eſt inconveniens idem cap. diverſis reſpectibus, ſub variis collocari titulis: ut patet in cap. ſignificantibus. extra, de lib. ob. & de ap.*

Benedictus XI.

INTER cunctas a ſolicitudines noſtras, quibus nos paſtorale premit officium, & debitum Apoſtolicæ ſervitutis adſtringit, illa debet eſſe præcipua, ut gregi dominico nobis ſuperna diſpoſitione commiſſo, animarum cura non deſit, ne illum lupus rapax antiquus ſerpens humani generis inimicus invadat, ejuſque ſanguis de noſtris (quod abſit) clamante Propheta, manibus requiratur. Debemus inſuper, quantum ex alto permittitur, pacem inſerere, removere ſcandala, jurgiorum amputare materiam, & intelligere ſuper egenum & pauperem: quia non in finem oblivio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem. Sanè dudum bonæ memoriæ Bonifacius Pap. VIII. prædeceſſor noſter quandam ſpecialem inter prælatos, rectores, ſeu ſacerdotes & clericos parœcialium eccleſiarum ex parte una, & prædicatorum ac minorum ordinum fratres ex altera, ſuper faciendarum prædicationum, audiendarum confeſſionum per eoſdem fratres, ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis conſtitutionem edidit, certum his modum imponens prout in eadem conſtitutione plenius continetur. Sed pro ea quam intendebat quiete, turbatio nata eſt, pro concordia ſunt ſuborta diſſidia, & pullulatæ inquietudines pro tranquillitate noſcuntur: ſicque dum anſam ſolviſſe ſe credidit, nodum ligaſſe videtur, & ſeptem uno hydræ amputato capite ſuſcitaſſe. Nec mirum, quia plerumque parit novitates diſcordiam, præſertim dum ab eo, quod diu æquum viſum eſt, per novam conſtitutionem receditur: nec quare recedatur, utilitas evidens vel alia cauſa ſuadet. Ideoque cupientes, ut ipſi gregi cura noſtra eo plenior impendatur, quò amplior in agro Domini operariorum numerus operetur, ſuper a egenum intendentes & pauperem, ac novitatem removentes per eandem conſtitutionem inductam: ſtatuimus de fratrum noſtrorum conſilio, ut priorum ordinum fratres, qui ad hoc deputati fuerint in eccleſiis ac locis ipſorum, quæ in præſentiarum habent, & in poſterum obtinebunt, ac in plateis communibus ſeu publicis, liberè abſque diœceſanorum & aliorum prælatorum petita licentia valeant clero & populo prædicare, eique proponere verbum Dei. Caveant tamen omninò, ne hora, in qua diœceſani prædicarent, vel coram ſe facerent prædicari, prædicent iidem fratres: putamus etenim dignum, ut majori minor, & ſuperiori inferior deferat in hac parte: niſi forſan aliud circa hoc facerent de voluntate diœceſanorum ipſorum, aut in ſtudiis generalibus prædicent diebus illis duntaxat, quibus ſermones ad clerum fieri ſolent, & ſolenniter prædicari, ſeu mortuorum funeribus, vel eorundem fratrum feſtis ſpecialibus ſeu peculiaribus, quia in his caſibus cum diœceſanis in prædicatione concurrere poterunt. Vbi verò ipſi diœceſani vocarent generaliter ad ſe clerum aliqua ratione, vel urgente cauſa illum ducerent congregandum, ea hora in ſtudiis memoratis diebus, ſæpedicti fratres ab hujuſmodi prædicatione ceſſabunt. In eccleſiis autem parœcialibus fratres ipſi invitis eorum rectoribus ſeu ſacerdotibus (niſi juſſi à ſuperioribus eorundem) non audeant prædicare. Sed b quia multoties propoſitum verbum Dei audientem à peccato non retrahit: idcirco poſt prædicationem neceſſarium eſt pœnitentiæ ſacramentum, circa quod (niſi articulus neceſſitatis occurrat) ſacerdoti facienda oris confeſſio (prout ſcriptum eſt c Corde ad juſtitiam creditur, ore autem fit confeſſio ad ſalutem) exigitur: aliàs fruſtrà eſſet in ſacramento eodem ſacerdotis (qui inter lepram, & lepram debet diſcernere) miniſterium inſtitutum. Electi igitur ab eiſdem fratribus ad audiendas confeſſiones & pœnitentias injungendas, liberè auctoritate Apoſtolica abſque licentia diœceſanorum, & aliorum prælatorum inferiorum, exemptorum & non exemptorum, quibus ſubſunt, qui ad confitendum accedunt, audeant eis peccata ſua confiteri volentes. Non religioſos, qui ſecundùm ſtatuta ſuorum ordinum propriis prælatis confiteri debent, ne ab eis, ne confiteantur aliis, prohibentur, abſolvant: ipſiſque pœnitentias ſalutares injungant, intra ſibi deſignatos terminos ad hujuſmodi exercendum officium conſtitutos. Excommunicationis verò, vel alias ſententias per prælatos latas contra hoc, vel in ejus fraudem, denunciamus irritas & inanes: nec confeſſi ipſa

a *Vide extravagantem Sixti IV. incip. vices illius. tit. de treug. & pace, inter communes.*

a *Pſalm. 40.* b *Prædicatio non ſemper retrahit audientem à peccato.* c *Rom. 10.*

fratri-

fratribus peccata illa, de quibus confeſſi ſunt eis,& abſoluti pœnitentes, de illis ſacerdotibus propriis teneantur (ſicut etiam non tenentur) iterum confiteri : non obſtante conſtitutione generalis concilii, quæ ſano intellectu (ne ſequatur abſurdum) quòd per pœnitentiam dimiſſa peccata quis confiteri debeat, & quòd liberatus debitor adhuc ad ſolvendum remaneat obligatus, intelligenda eſt (ut ex ea patet) de illis, qui peccata ſua confiteri aliis neglexerunt. Sed ſacerdotes ipſis taliter confeſſis & abſolutis adſtricti ſint miniſtrare Euchariſtiæ, & extremæ unctionis etiam ſacramentum. Super confeſſione autem facta fratribus memoratis, quum de confitentis ſolius præjudicio (ſi falſum dicat) agatur in judicio animæ ſeu pœnitentiæ foro, ſtabitur ſimplici verbo illius, qui ſacramenta petit prædicta, & dictis fratribus ſe confeſſum. Duos tamen caſus excipimus, ſcilicet ſi ſacerdos aſſerat eum excommunicatum, aut notoriè peccatorem. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum, vel in fraudem : quia ſi hoc egerit, à delicto tali, niſi plenè ſatisfecerit (præterquam in morte) abſolvi nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter admittatur. Vt autem diœceſanis honor debitus reſervetur, præcipimus ut provinciales priores prædicatorum, & miniſtri minorum ordinum præfatorum, per ſe vel alios, verbo vel ſcripto, eis ſignificent, ſe fratres ad hujuſmodi confeſſionum audiendarum, & pœnitentiarum injungendarum officium elegiſſe, & non nominando, aut coram ipſis ſiſtendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter à diœceſanis eiſdem, quòd iidem electi fratres de ipſorum beneplacito & licentia dictum poſſint in eorum civitatibus & diœceſibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quòd ſi denegent, vel intra triduum non concedant, extunc iidem fratres nihilominus auctoritate eadem hujuſmodi officium exequantur. Datam vero licentiam per diœceſanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quòd ſæpedicti fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confeſſionibus, & pœnitentiis injungendis, quàm parœciales ſacerdotes noſcuntur habere. Sicque de caſibus Epiſcopis & ſuperioribus, quos inferius annotamus, ac ſedi Apoſtolicæ reſervatis, ſe nullatenus intromittant. Obſervent ergo ſollicitè dicti fratres, ne ad confeſſiones recipiant criminoſos criminibus, pro quibus ſolennis eſt pœnitentia indicenda. Modo eodem excommunicatos reſpuant, & clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt. Inconveniens enim exiſtimamus, ut à peccato abſolvat, qui pœnitentiam ei debitam imponere, aut irregularitatis pœnam, peccati ſequelam, vel excommunicationem, quæ infligitur maximè à jure quandoque pro crimine, quævé quem ab eccleſia, & per conſequens à participatione eccleſiaſticorum ſacramentorum excludit, removere non poteſt. Incendiarios, eoſque qui tam enormibus ſunt irretiti peccatis, quòd ea rationabilis conſuetudo præſcripta canonicè in epiſcopatibus aliquibus reſervavit Epiſcopis, ſimiliter non admittant. quam conſuetudinem (ex cauſa, quæ juſtè ad id animum noſtrum movit) ſolummodo circa voluntarios homicidas, falſarios, eccleſiarum immunitatis, & libertatis eccleſiaſticæ violatores, & ſortilegos approbamus. Quòd ſi forſan antequam ab eo, qui poteſtatem habet, abſolvi poſſint, mors talium confiteri volentium veriſimiliter timeatur : etiam in prædictis caſibus ſæpefati fratres eos confiteri volentes audiant, ipſiſque beneficium abſolutionis impendant, ſed ſubeant juramentum, quòd liberati ſe ſuis Epiſcopis & excommunicatoribus præſentabunt : excommunicantium ſuper his, pro quibus ab eis excommunicati erant, & Epiſcoporum pro peccato hujuſmodi pariturì mandatis. Verum, quia poſt baptiſmum inter cætera magis ad ſalutem neceſſaria *a* eſt propoſitio verbi Dei, quo audientes illud, quod eſt victoria noſtra, inſtruuntur in fide, docentur fugienda fugere, & ſectanda ſectari, à quo per peccatum lapſi reſurgunt, pœnitentiæ ſacramentum perficiunt. Grandis nobis ſolicitudo incumbit, ut tales ad hæc promoveantur fratres, qui oleo dulcedinis verbi ejuſdem noſtros foveant ſubditos, à peccatis prohibeant, increpationis vino peccatorum ſuorum mordeant vulnera, eoſque ad illa pœnitentiæ acrimonia purgandum & tergendum provocent & inducant. Ad id verò exequendum ſententia *b* divinæ legis expoſcitur, deſideratur ordo, & vitæ integritas etiam poſtulatur. Scriptum eſt enim *c*: Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi : quia labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore ejus : aliàs prout ad eum pertinet inter peccatum & peccatum non poſſet diſcernere, nec peccator exiſtens Dei deberet enarrare juſtitias, & teſtamentum illius aſſumere per os ſuum. Nam cujus vita deſpicitur, conſequens eſt, ut ejus prædicatio contemnatur. Quare decernimus, ut priores, & miniſtri generales, & provinciales prædicatorum, & minorum ordinum præfatorum, vel eorum vicarii, de diſcretorum conſilio ad tam ſalubre officium fratres divina ſcientia doctos, diſcretione vigentes, vita probatos, & expertos moribus (alioquin diſtrictam reddent in futuro examine rationem) eligant, & aſſumant : ſic enim, quod prædicabunt, facient : quæ arguent, operari ceſſabunt : & in eis ædificabitur populus verbo pariter & exemplo. Cæterùm licet (ſicut prædicitur) de neceſſitate non ſit, iterum eadem confiteri peccata : tamen quia propter erubeſcentiam, quæ magna eſt pœnitentiæ pars, ut eorundem peccatorum iteretur confeſſio, reputamus ſalubre : diſtrictè injungimus, ut fratres ipſi confitentes attentè moneant, & in ſuis prædicationibus exhortentur, quòd ſuis ſacerdotibus ſaltem ſemel confiteantur in anno : aſſerendo id ad animarum profectum proculdubio pertinere. Porrò, ut circa ſepulturam apud loca eorundem fratrum eligentium ſepeliri, & portionem canonicam de relictis eiſdem fratribus minimè detrahendam nequeat in poſterum dubitari : jubemus, ut corpora defunctorum, qui apud eorundem fratrum loca elegerint dum viverent ſepulturam, proceſſionaliter cum cruce, thuribulo, & aqua benedicta, cantando ſeu legendo officium mortuorum, vel pſalmos, & alienas ingredientes parœcias, poſſint aſſumere, & ad ſuas deferre eccleſias tumulanda. De quibuſcunq; verò relictis præfatis fratribus in communi, vel ſingulis ultimis decedentium voluntatibus, ſive apud eos ſepeliendi ſint, ſive alibi, nulla per parœciales ſacerdotes morientium, à qua fratres ipſos liberos eſſe volumus, canonica portio, vel multò minus per Epiſcopos epiſcopalis quarta omninò, cum eis tanquam exempti nō ſubſint, nec etiam debita jure parœciæ, ſi forſan cathedralis defunctorum eſſet parœcialis eccleſia detrahatur. De funeralib. autem medietatem, ſi commodè diviſionem recipiant : aliàs ejuſdem medietatis æſtimationem ſolvant parœciali eccleſiæ, & ſacerdotibus antedictis. Funeralia vero intelliguntur hoc caſu, quæ cum funere deferuntur. De candelis verò, quas fratres portant, portio non petatur. Moneant autem iidem fratres, & pro poſſe inducant confitentes ſibi, ut de propriis bonis ſuis parœcialibus eccleſiis, eorumque ſacerdotib. competenter relinquant, & quæ eis debent parœcialia jura reddant. Ad hoc non murmuret quæſumus ſecularis clerus, non gerant moleſtè prælati, quòd circa præmiſſa ſic duximus providendū. Attendant quanta ex iis, quæ in primis duob. articulis ſtatuta ſunt, ſalus animarū proveniat. Advertant quanta tollantur jurgia, & patienter cōſiderent, quòd eorū

a *Verbi Dei propoſitio eſt ad ſalutem valdè neceſſaria.*
b *Fortè ſcientia.* c *Oſea 4. Matth. 2. Pſal. 94.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

onera cum aliis noſtro beneficio ſalubriter, & quaſi neceſſariò patiuntur.

Circa tertium verò articulum diligenter intelligant, quòd fratres ipſi hoc per privilegia Romanorum Pontificum eis benignè conceſſa, ante conſtitutionem eandem hactenus habuerunt. Quodque ſunt pauperes, nil habentes ſinguli, in communi ruſtica prædia, imò nec urbana, vel mobilia, eorum alteri vel etiam univerſi, mendicant victum, quærunt veſtitum, & eatenus ſuſtineri poſſunt, quatenus vel vivorum pietas, aut morientium charitas eis neceſſaria ſubminiſtrat. Quis ergo non miſereatur eorum, qui omnia voluntatem habendi etiam reliquerunt? Quis non compatiatur eiſdem operantibus tam utiliter in agro prædicto? Certè nullus, niſi qui triturantis bovis os impiè alligare velit, aut eos ſubtractis alimentis necare. Inopes patrimonii onera ipſa non habendi neceſſitate non ſuſtinent, & à curialibus res eccleſiis vel piis locis donatas, à quartæ præſtatione, ſeu lucrativorum inſcriptionibus lex facit immunes. Relicta pauperibus non patiuntur falcidiam, & legata ad fabricam, vel pro ornamentis eccleſiæ, aut ad divinum cultum perpetuum, ſolutioni non ſubjacent canonicæ portionis. Pauperes autem (ut dictum eſt) ſunt fratres, & quod eis relinquitur, aut in ſua alimenta erogant, aut in fabricam, ſive in cultum divinum, & eccleſiæ ornamenta convertunt. Propter *a* quod nos, qui debemus intelligere ſuper egenum & pauperem, & non obliviſci eorum, cùm humanitatis ſit etiam ſecularis principis proſpicere egenis, & dare operam, ut pauperibus alimenta non deſint: non tam piè, quàm quodammodò juſtè in eodem articulo egimus, egenos eoſdem (ut præmittitur) reddendo ab onere canonicæ portionis exemptos. Hæc autem (dicta conſtitutione, quæ incipit, Super cathedram. quam penitus revocamus, aliiſque quibuſcunque conſtitutionibus ſpecialibus & generalibus, ſtatutis, privilegiis, indulgentiis, ſub quacunque forma verborum conceſſis, etiamſi de ipſis de verbo ad verbum vel aliquorum nominibus in noſtris literis oportet fieri mentionem, conventionibus, pactis, juramentis, ſententiis, conſuetudinibus contrariis, nequaquam obſtantibus) inviolabiliter obſervari ſancimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, denunciationis, exemptionis, præceptorum, approbationis, juſſionis, voluntatis, revocationis, & ſanctionis infringere. Si quis autem, &c.

### CAP. II.

*Rex Franciæ & regnicolæ, per extravagantem, Vnam ſanctam. ſupr. de major. & obed. non amplius ſubjiciuntur eccleſ. Rom. quàm prius erant.*

Clemens V.

MEruit chariſſimi filii noſtri Philippi Regis Francorum illuſtris, ſyncerææ affectionis ad nos & eccleſiam Romanam integritas, & progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt. Meruit inſuper regnicolarum puritas, ac devotionis ſynceritas, ut tam Regem, quàm regnum favore benevolo proſequamur. Hinc eſt, quòd nos Regi & regno per definitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſ. noſt. quæ incipit, Vnam ſanctam. nullum volumus vel intendimus præjudicium generari. Nec quòd per illam, Rex, regnum, & regnicolæ prælibati amplius eccleſiæ ſint ſubjecti Romanæ, quàm antea exiſtebant. Sed intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante definitionem præfatam: tam quantum ad eccleſiam, quàm etiam ad Regem, regnum, & regnicolas ſuperius nominatos.

### CAP. III.

*Ordinarii non poſſunt ferre cenſuras in ſuos ſubditos pro ſuis negotiis Romam euntes, ibi manentes, aut ab ea recedentes: nec illos privari beneficiis: quod ſi fecerint, irritum eſt. Et ſi beneficia illorum aliis ſint collata, tam dantes, quàm recipientes ipſo facto ſunt excommunicati: & à ſolo Papa abſolvendi.*

Eugenius IV.

DIvina *a* in eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente clementia conſtituti, ad ea libenter intendimus, per quæ officiales prædictæ ſedis obſequiis ſuis (ad quam veluti fidelium omnium matrem pro animarum ſalute quærenda, & juſtitia proſequenda, de diverſis mundi partibus confluit multitudo) citius & quietius promptiores valeant exhibere. Hinc eſt quod nos certis rationalibus cauſis moti, etiam nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, diſtrictius inhibemus locorum ordinariis, necnon commiſſariis & delegatis eorum, cæteriſque univerſis & ſingulis quacunque poteſtate & auctoritate præfulgeant, cujuſcunque dignitatis, gradus vel præeminentiæ fuerint, ne contra officiales præfatos, quocunque nomine nuncupentur, in noſtris & dictæ ſedis obſequiis nunc & pro tempore exiſtentes, necnon quoſcunque alios pro ſuis & eorum cauſis vel negociis proſequendis ad ſedem prædictam venientes, ac in ea (durante negociorum & cauſarum hujuſmodi proſecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti, aut privationis officiorum, aut beneficiorum, ſeu quamvis aliam ſententiam promulgare præſumant. Nos enim omnes & ſingulos proceſſus & ſententias contra tenorem & mentem noſtræ inhibitionis hujuſmodi latas & habitas, & in poſterum habendas, ac etiam promulgandas, & quæcunque inde ſecuta declaramus nulla, irrita, & inania, nulliuſque extitiſſe vel exiſtere roboris vel momenti. Necnon quidquid in contrarium à quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum & inane. Et nihilominus in omnes & ſingulos ordinarios & officiales, commiſſarios & delegatos eorum, qui ſe de dignitatibus ac beneficiis eccleſiaſticis quibuſcunque officialium, aut negocia hujuſmodi apud dictam ſedem proſequentium prædictorum: eos illis forſan privando atque privatos decernendo ſeu declarando, vel cujuſcunque privationis prætextu illa perſonis aliis conferendo, ſeu de illis in eos quomodolibet ſe intromittendo, tam in dantes quàm in recipientes excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas ſententias promulgamus: quas volumus eos ipſo facto incurrere. A qua quidem excommunicationis ſententia abſolvi non queant, niſi à nobis vel per nos deputandis, præterquam in mortis articulo conſtituti. Præmiſſa autem à die affixionis præſentium ad valvas baſilicæ Principis Apoſtolorum de urbe, ex certa ſcientia quoſcunque ligare volumus & arctare: Non obſtantibus Apoſtolicis & quibuſcunque generalibus, aut provincialibus, aut ſynodalibus conciliis, edictis, conſtitutionibus, ordinationibus, & Apoſtolicis privilegiis: per quæ effectus præſentium impediri poſſet quomodolibet vel differri, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus habenda eſſet in præſentibus mentio ſpecialis, & quæ præſentibus volumus habere pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, declarationis, conſtitutionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis domi-

a *Pſalm. 46.*

a *Vide Conc. Trid. Seſſ. 23. de reform. c. 1. circa finem & Seſſ. 24. de reform. c. 11. §. qua verò privilegia.*

nicæ

nica, M. CCCC. XXXII. 8. Idus Martii, Pontificat. noſt. Anno 2.

## CAP. IV.

*Præmiſſo tenore duarum conſtitutionum, dicit quòd hoſpitalarii ſancti Ioannis ex ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionem, quam haberent beneficia obtinentes, ſi in illis eſſent reſidentes.*

Ioannes XXII. *Magiſtro & fratribus hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani.*

EXhibita nobis ex parte veſtra petitio continebat, quòd dudum poſt conſtitutionem per nos editam, qua ſpecialiter & expreſsè cavetur, quòd habentes annalia in eccleſiis de conſuetudine, privilegio, vel ſtatuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi, vel ſecundi, vel alterius cujuſcunque ſequentis anni beneficiorum vacantium ſibi hactenus in totum vendicaverant, nihil exinde ultra ſummam, pro qua unumquodque beneficiorum ipſorum conſuevit in decimæ ſolutione taxari, prætextu cujuſvis privilegii, conſuetudinis, vel ſtatuti quovis modo perciperent: ſed ipſius ſummæ perceptione duntaxat deberent eſſe contenti, totali reſiduo prædicta obtinentibus beneficia remanſuro: niſi forſan illi, qui fructus illos ſoliti eſſent cum integritate percipere, mallent ipſum habere reſiduum, & obtinentibus beneficia dimittere ſummam memoratam: quo caſu percipiendi quod mallent, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam conſtitutionem fecimus, in qua ſpecialiter cavebatur, quòd ſi hujuſmodi beneficium obtinentes in eccleſia, in qua ſpecialiter illud beneficium exiſteret, minimè reſiderent, ad debitum ſervitium impendendum capitulo ejuſdem eccleſiæ nihil deberet accreſcere: quum ceſſante cauſa *a*, ceſſare debeat pariter, quod vigebat. Quodque ex verbis declarationis hujus ſatis innui videbatur, quòd fructus beneficiorum non reſidentium accreſcere debeant habentibus annalia memorata. Verùm ex eo, quòd in declaratione dicta non continetur expreſsè de perceptione annalium beneficiorum vacantium vobis debitorum de prædictis conſuetudine, privilegio, vel ſtatuto quoad fructus non reſidentium in eiſdem, qui vobis accreſcere debent, nullum adhuc commodum aſſequi potuiſtis: licet (ut præmittitur) dicti fructus capitulo non accreſcant. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut quod in hujuſmodi declaratione noſtra tacitè innuitur, declarare expreſſius dignaremur. Nos itaque petitionem veſtram juri conſonam æſtimantes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati veſtræ providere volentes, præſenti oraculo declaramus, quòd fructus prædictæ eccleſiæ vel beneficii vacantis, cujus annalia, in quibus conſiſtunt, debentur vobis ex privilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam vel beneficium hujuſmodi (ſi in eccleſia, ubi illa conſiſtunt, perſonalem reſidentiam facerent) debetur, ſi non reſideant ibidem verè vel interpretativè, utpote per ſpeciale privilegium Apoſtolicum, vel aliàs ex cauſa rationabili ab hujuſmodi reſidentia legitimè excuſentur: cum dicta pars (ut præmittitur) capitulo non accreſcat, vobis accreſcere debet, ſecundùm intentionem & mentem declaratoriæ memoratæ. Nulli ergo omninò hominum, &c. ut ſuprà. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, &c. ut ſuprà. Datum Avin. Calend. Martii, Pontificat. noſtri Anno 5.

a *L. adigere. §. quamvis, ff. de jure patron. cap. cum ceſſante. de app ellat.*

# DE POENIS.

## TIT. VIII.

## CAP. VNICVM.

*Epiſcopus Caturcen. propter varios exceſſus per ipſum perpetratos, præſertim quia ſedi Apoſtolicæ, ſuis ſubditis & ſibiipſi injurioſus fuerat, varias pœnas incurrit: quoniam perpetuæ depoſitionis ſententiam meruit, privatusq; fuit pontificali, ſacerdotali & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina utilis hic nobis tribuitur: ut ſcilicet cognoſcamus crimina & exceſſus, pro quibus prælatus deponi poſſit. Facit ad hoc c. veritatis. extrà, de dolo & contum. & c. ex literis. & c. tanta eſt clavis Petri. de exceſſibus prælat. Et niſi antiqui libri hoc c. ſub tit. de pœnis annotaviſſent, ſub tit. de exceſſ. prælat. poſitum fuiſſet.*

Ioannes XXII.

DIVINIS exemplis, quæ noſtrorum debent eſſe actuum regula, patenter inſtituimur, aures noſtras ſubditorum à ſuis præpoſitis oppreſſorum indebitè & aggravatorum injuſtè non obturare clamoribus, ſed ipſis ipſas potius compaſſivis affectibus inclinare: ut ſi per ſolertis inquiſitionis indaginem clamores hujuſmodi opere *a* completos eſſe viderimus, liberationis opportunæ remedium ſolicitis ſtudiis apponamus: pœna nihilominus debita punituri in hanc patratorum qualitatem exceſſuum illicitos oppreſſores. Omnipotens etenim Dominus audito *b* clamore populi ſui, propter duritiam eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum deſcendit, & ſummi templi præpoſito, qui juxta nominis interpretationem in vias pravas inique diverterat comminando, ſic ait *c*: Expellam te de ſtatione tua, & de tuo miniſterio te deponam. Dudum ſiquidem fama gravi, clamore frequenti, & querela flebili ſubditorum deferentibus nobis Hugonem Geraldi olim Caturcen. Epiſcopum, de multiplicatis exceſſibus, oppreſſionibus gravibus, enormibuſque criminibus eſſe reum: Nos mala hujuſmodi nolentes antè credere, quàm probare, ſuper illis inquiſitionem per nos & per alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquiſitionis ipſius viſo & examinato proceſſu, luculenter invenimus quòd ejus fuerat vitioſus ingreſſus, cùm per ambitionem nimiam & per abrupta ſimoniacæ pravitatis ad pontificalem aſcendiſſet honorem. Progreſſus autem ejus (ut execrando conveniret initio) injurioſus extiterat, quoad tria. Primò, videlicet quoad Apoſtolicam ſedem, cui (licet ipſum honoraſſet in multis, & tandem ad epiſcopalis dignitatis apicem promoviſſet) terga vertens, non faciem, contemptum pro gratia, maleficium pro beneficio, & vituperium retulit pro honore. Appellationibus interdum ad ſedem ipſam ab eo vel officialibus ejus per ſubditos oppreſſos emiſſis, nedum deferre contemptibiliter renuens, ſed eas verbo vilipendens & facto, ſuis præcipiendo miniſtris, quòd de appellationibus hujuſmodi non curarent, ac nihilominus appellantes (quibus contra oppreſſiones debuerat eſſe appellatio ipſa remedium) nunc per captionis injuriam, nunc per ſpoliationem beneficiorum, & aliàs indebitè affligendo multipliciter, non abſque vitio ingratitudinis violans juramentum fidelitatis ab ipſo præſtitum dictæ ſedi: nec veritus matris eccleſiæ tranſgreſſionem apertam, nonnullis quandoque per ſuas patentes literas de vacaturis mandavit beneficiis provideri, vias ad vacationem eorum aperiens nimis illicitas & ſuſpectas: pernicioſus etiam fuit, & frequens literarum Apoſtolicarum abuſor. Secundò verò, quantum ad ſubditos, erga quos non pii prælati vel paſtoris peregit officium, quinimò tanquam fur improbus, crudeliſque tyrannus ſub pallio charita-

a *Gen. 18.* b *Exod. 3.* c *Eſa. 22.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tivi ſubſidii incuſſis terroribus, violentiis & injuriis illatis, doloſis inductionibus, & fraudibus exquiſitis, veluti recurſor iniquus, extorſionibus eos intolerabilibus prægravando: nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc alias nimium exceſſivas, & eccleſiis importabiles, utpote multiplicato evectionum numero canonibus definito, interdum per ſe, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito viſitationis officio quandoque nullatenus, & regulariter non ad fructum correctionis, ſed ad ſaturandæ cupiditatis affectum impenſo, ad alios quæſtus illicitos, & damnatos, ſuum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de cauſa curavit. Et quum invenit ſubditos ſuis in hoc reprobandis affectibus non parentes, nec aliàs ab eis exigere potuit concupita, calumnioſas delationes fieri, contra eos lites moveri, & diverſa eis gravamina ſubdolè procuravit pluries inferri. Præterea non citatos legitimè, nec convictos etiam, aut confeſſos, ſuis privavit beneficiis, occaſionem pro cauſa confingens, non rationem in his, ſed tyrannidem potius proſequens perſonalem. Multa falſa ſcienter inſtrumenta dictavit, per ſuos illa faciens notarios publicari, & ut illis qualem ipſe habuerat, ad eccleſias præberet ingreſſum, inſtituere ei præſentatos, ſeu inſtitutionis ſuæ eis concedere literas ſæpius renuit, niſi primitus certa ſibi, & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa eccleſiaſtica beneficia, nunc permutationis prætextu, nunc verò ſimpliciter in ſuis manibus reſignata, modò jure (ut prætendebat) ordinario, modò ſuper hoc (ut dicebat) Apoſtolico munimine indulto de facto ſcienter contulit: intervenientibus fraude, pacto, & ſimoniaca pravitate ſubjectas ſibi eccleſias occupans, earum reditus uſurpavit: & ſic in ſuis fuit corruptus judiciis, proceſſum eorum, & finem in pecuniarum commodum ordinando, quandoque juſtificans impium, innoxium injuſtè condemnans: ſic & alios corrumpere judices pro obtinenda ſuper oppreſſionibus inchoatis injuſta victoria niſus fuit. Tertiò, quantum ad ſe, ut qui ſibi nequam exiſteret, nulli alii bonus eſſet, ſuæ namque famæ prodigus, ſe perjuriis patenter involvit, irregularitatiſque laqueis irretivit, & (quod referre pudet) in corpus ſuum fornicando peccans per continuatum incontinentiæ vitium, quo ſe dudum fœdaverat, pontificali poſtea decoratus honore, in ſua ponere gloria maculam, & fœmora ſua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem ejus ſic reprehendendus ingreſſus, ſic ſcandaloſus, pernicioſus exemplo progreſſus, ut vitio hujuſmodi, ſive culpis neſcius finem imponere, & pericoloſus egreſſus, cùm adeò foret in ipſo habituata malitia, quòd (remanente ſibi adſolita facultate) iniquitatis opere voluntas ſibi deficere minimè ſperaretur. Propter quod, ne prioribus pejus committeret, illud ſolum æſtimamus ſalubre remedium, ut quod velle non poteramus auferre, eriperemus vel poſſe. Nos itaque ſuper præmiſſis & pluribus aliis ejus nefandis exceſſibus cum fratribus noſtris ex ſano conſilio deliberatione cohabita diligenti; in præfatum Hugonem Geraldi, qui ſe omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quique ob ſuas iniquitates, ne præſit, eſt abjectus à Deo, ſuis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate pontificali jam privatum à Domino, de conſilio omnium & ſingulorum fratrum ipſorum, perpetuæ depoſitionis ſententiam duximus promulgandam. Pontificali eum, & ſacerdotali, & alio quolibet officio privantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes: ut ibi committendis ceſſantibus agat pœnitentiam de commiſſis: Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ promulgationis & condemnationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum, Datum Avinion. XV. Calend. Iunii, Pontif. noſt. Anno 2.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

## TITVLVS IX.

### CAP. I.

*Centeſimo quoque anno viſitantibus baſilicas Petri & Pauli Apoſtolorum, pleniſſima peccatorum venia conceditur.*

Bonifacius VIII.

ANtiquorum a habet fida relatio, quòd accedentibus ad honorabilem baſilicam Principis Apoſtolorum de urbe, conceſſæ ſunt magnæ remiſſiones & indulgentiæ peccatorum. Nos igitur, qui juxta officii noſtri debitum ſalutem appetimus & procuramus libentius ſingulorum, hujuſmodi remiſſiones & indulgentias omnes & ſingulas ratas & gratas habentes, ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus & approbamus, & etiam innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Vt autem beatiſſimi Petrus & Paulus Apoſtoli eò amplius honorentur, quò ipſorum baſilicæ de urbe devotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipſi ſpiritualium largitione munerum ex hujuſmodi frequentatione magis ſenſerint ſe refectos: Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & eorundem Apoſtolorum ejus meritis, & auctoritate confiſi, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, omnibus in præſenti anno milleſimo trecenteſimo, à feſto nativitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti præterito proximè inchoato, & in quolibet anno centeſimo ſecuturo, ad baſilicas ipſas accedentibus reverenter, verè pœnitentibus & confeſſis, vel qui verè pœnitebunt, & confitebuntur in hujuſmodi præſenti & quolibet centeſimo ſecuturo annis, non ſolùm plenam & largiorem, imò pleniſſimam omnium ſuorum concedemus & concedimus veniam peccatorum: Statuentes, ut qui voluerint hujuſmodi indulgentiæ à nobis conceſſæ fieri participes, ſi fuerint Romani, ad minus XXX. diebus continuis, ſeu interpolatis, & ſaltem ſemel in die: Si verò peregrini fuerint, aut forenſes, ſimili modo diebus XV. ad baſilicas eaſdem accedant. Vnuſquiſque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius conſequetur, qui baſilicas ipſas amplius & devotius frequentabit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, innovationis, conceſſionis, & conſtitutionis infringere, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum VIII. Cal. Mart. Pont. noſt. Anno 7.

### CAP. II.

*Annus Iubilaeus, ſive plenaria remiſſio, quæ olim dabatur quolibet centeſimo anno omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, viſitantibus baſilicas beatorum Petri & Pauli, per iſtam conſtitutionem ad annum quinquageſimum reducitur.*

Clemens VI. *Archiepiſcopo Tarracon. ejuſque ſuffraganeis.*

VNigenitus Dei filius de ſinu Patris in uterum dignatus eſt deſcendere matris, in qua & ex qua noſtræ mortalitatis ſubſtantiam divinitati ſuæ, in ſuppoſiti unitate, ineffabili unione conjunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat, aſſumens: ut haberet unde hominem lapſum redimeret, & pro eo ſatisfaceret Deo Patri. Vbi enim venit plenitudo temporis b, miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, natum ex muliere, ut eos

qui

a *Vide Doct. ſcholaſticos l. 4. ſent. diſt. 19. 20. & 21. unde rem ſciens aperta, quæ traduntur in textu & gloſſa. adde Roffenſem contra Luth. art. 17. & aliquot ſequentibus.* b *ad Gal. 4.*

qui ſub lege erant, redimeret, ut adoptionem reciperent filiorum. Ipſe namque factus [a] nobis à Deo ſapientia, juſtitia, ſanctificatio, & redemptio, non per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium [b] ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa. Non enim [c] corruptibilibus auro & argento, ſed ſuiipſius agni incontaminati & immaculati precioſo ſanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus non guttam ſanguinis modicam, quæ tamen propter unionem ad verbum pro redemptione totius humani generis ſuffeciſſet, ſed copioſè velut quoddam profluvium noſcitur effudiſſe, ita ut à planta [d] pedis, uſque ad verticem capitis nulla ſanitas inveniretur in ipſo. Quantum ergo exinde, ut nec ſupervacua, inanis, aut ſuperflua tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurum militanti eccleſiæ acquiſivit, volens ſuis theſaurizare filiis pius pater: ut ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui uſi ſunt, Dei amicitiæ participes ſunt effecti. Quem quidem theſaurum non in ſudario [e] repoſitum, non in agro [f] abſconditum, ſed per beatum Petrum cœli clavigerum, ejuſque ſucceſſores, ſuos in terris vicarios, commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum: & propriis, & rationabilibus cauſis, nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ, tam generaliter, quàm ſpecialiter (prout cum Deo expedire cognoſcerent) vere pœnitentibus & confeſſis miſericorditer applicandum. Ad cujus quidem theſauri cumulum beatæ Dei genitricis, omniumque electorum à primo juſto uſque ultimum merita adminiculum præſtare noſcuntur: de cujus conſumptione, ſeu minutione non eſt aliquatenus formidandum, tam propter infinita Chriſti (ut prædictum eſt) merita, quàm pro eo, quod quanto plures ex ejus applicatione trahuntur ad juſtitiam, tanto magis accreſcit ipſorum cumulus meritorum. Quod fel. rec. Bonifacius Pap. VIII. prædeceſſ. noſter piè (ſicut indubiè credimus) conſiderans, & attenta meditatione revolvens, quantum apud homines glorioſi Principes terræ Petrus & Paulus, per quos Evangelium Chriſti Romæ reſplenduit, & per quos eccleſia religionis ſumpſit exordium: qui facti Chriſtiani populi per Evangelium genitores, gregis dominici paſtores, fidei lucernæ, eccleſiarum columnæ, præ cæteris Apoſtolis peculiari quadam prærogativa in ipſo ſalvatore fidei virtute præcellunt: Quorum uni, ſcilicet Apoſtolorum Principi, ſicut bono diſpenſatori, claves regni cœlorum commiſit: Alteri tanquam idoneo doctori, magiſterium eccleſiaſticæ eruditionis injunxit: In ſpeciali veneratione haberi debeant, & debita honorificentia venerari: pro ipſorum memoria recolenda crebrius, & reverentia à cunctis Chriſti fidelibus eis devotius adhibenda, ipſorumque patrocinio favorabilius aſſequendo, inconſumptibilem theſaurum hujuſmodi pro excitanda & remuneranda devotione fidelium voluit aperire: decernens de fratrum ſuorum conſilio, ut omnes, qui in anno à nativitate Domini M.CCC. & quolibet anno centeſimo extunc ſecuturo ad dictorum Apoſtolorum baſilicas de urbe accederent reverenter, ipſaſque ſi Romani ad minus XXX. ſi verò peregrini aut forenſes fuerint, quindecim diebus continuis vel interpolatis, ſaltem ſemel in die, dum tamen verè pœnitentes & confeſſi exiſterent, perſonaliter viſitarent, ſuorum omnium obtinerent pleniſſimam veniam peccatorum. Nos autem attendentes, quòd annus [g] quinquageſimus in lege Moſaica (quam non venit Dominus ſolvere, ſed ſpiritualiter adimplere) Iubilæus remiſſionis & gaudii, ſacerque dierum numerus, quo lege fit remiſſio, cenſebatur: quodque ipſe quinquagenarius numerus in teſtamentis, veteri quidem ex legis datione, novo ex viſibili Spiritus Sancti in diſcipulos miſſione, per quem datur peccatorum remiſſio, ſingulariter honoratur. Quodque huic plura & grandia divinarum adaptantur myſteria ſcripturarum: & clamorem peculiaris populi noſtri Romani, videlicet hoc humiliter ſupplicantis, ac nos ad inſtar Moyſi & Aaron, per proprios & ſolennes nuncios ad hoc deſtinatos ſpecialiter orantis pro toto Chriſtiano populo, & dicentis: Domine, aperi eis theſaurum tuum, fontem aquæ vivæ, deſiderantes benignius exaudire, non quidem ut ſicut illius Iſraëlitici populi indurati ceſſet murmuratio, ſed ut iſtius prædilecti populi, & cunctorum fidelium augeatur devotio, fides ſplendeat, ſpes vigeat, charitas vehementius incaleſcat. Volenteſque quam plurimos hujuſmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum reſpectu propter vitæ hominum brevitatem valeant ad annum centeſimum pervenire, de frat. noſt. con. prædictam conceſſionem indulgentiæ ex ſupraſcriptis & aliis juſtis cauſis ad annum quinquageſimum duximus reducendam. Statuen. de frat. con. prædictorum, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ut univerſi fideles, qui verè pœnitentes & confeſſi in anno à nativitate ejuſdem M.CCC. quinquageſimo proximè futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem, Petri & Pauli Apoſtolorum baſilicas & Lateranen. eccleſiam, quam inclytæ recordationis Conſtantinus, poſtquàm per beatum Sylveſtrum, ſicut per eoſdem Apoſtolos Deo revelante cognovit, renatus fonte baptiſmatis fuerat, & à contagio lepræ mundatus, in honorem ſalvatoris conſtruxiſſe, quamque idem beatus Sylveſter novo ſanctificationis & chriſmationis genere dedicaſſe legitur: & in cujus eccleſiæ parietibus præfati ſalvatoris imago depicta primùm toti populo Romano viſibiliter apparuit, devotius veneranda, quàm ex his & aliis certis & rationabilibus cauſis, ut ipſa eccleſia pariter indulgentiæ prædictæ privilegio decoretur, & devotus ab eodem ſalvatore, qui in præfatis Apoſtolis mirabilis prædicatur, eorum meritis & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc cenſuimus venerandam, cauſa devotionis modo prædicto viſitaverint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum veniam conſequantur, ita videlicet, ut quicunque voluerint indulgentiam hujuſmodi aſſequi, ſi Romani ad minus XXX. ſi verò peregrini aut forenſes, modo ſimili XV. diebus ad prædictas baſilicas & eccleſiam accedere teneantur: Adjicientes, ut ii etiam qui pro ea conſequenda ad eaſdem baſilicas & eccleſiam accedent, poſt iter arreptum impediti legitimè, quò minus ad urbem illo anno valeant pervenire, aut in via vel dierum prætaxato numero non completo in dicta urbe deceſſerint, verè pœnitentes (ut præmittitur) & confeſſi, eandem indulgentiam conſequantur. Omnes nihilominus & ſingulas indulgentias, per nos vel prædeceſſores noſtros Rom. Pontifices tam prænominatis, quàm aliis baſilicis & eccleſiis de dicta urbe conceſſas, ratas & gratas habentes, ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus & approbamus, ac etiam innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ reductionis, conſtitutio. &c. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & dictorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſeſe noverit incurſurum. Datum Avinio. VI. Calend. Februar. Pontif. noſt. Anno 1. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrûm, in ſingulis veſtris civitatibus & diœceſibus prædictas noſtras literas ſubditis vobis clero & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis: ut annuente Domino ad promerendam hujuſmodi indulgentiam ſe diſponant. Cæterùm, quia præſentes literæ nequirent forſitan proter viarum diſcrimina, vel alia legitima impedimenta ſingulis

a *1. Cor. 1.* b *Ad Hebr. 9.* c *1. Pet. 1.* d *Eſaiæ c. 1.* e *Luc. 19.* f *Matth. 13.* g *Levit. 25. c. ubi pleniſſimè de anno quinquageſimo Iubilæo.*

veſtrûm commodè præſentari, volumus, quòd per te frater Archiepiſcope, dictarum literarum transſumptum manu publica ſcriptum, tuoque munitum ſigillo vobis fratres ſuffraganei tranſmittatur, cui velut originalibus literis adhiberi volumus plenam fidem. Datum, &c.

## CAP. III.

*Conſtitutio caſus Papæ reſervatos comprehendens certis ex cauſis hic ponitur, a quibus nullus poteſt abſolvere ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ.*

Paulus Venetus Papa II.

ET ſi dominici gregis ſaluti ſemper intenti ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benignè concedere ſtudeamus, per quæ (peccatorum mole depoſita) ſalus ipſa ſuccedat, & ab hoſtis humani generis ſervitute ereptas animas lucrifaciamus altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate commiſit: id tamen propenſiori ſtudio præcavendum eſſe cenſemus, ne (cujuſvis indulgentiæ, remiſſionis vel facultatis obtentu) Chriſti fideles procliviores ad illicita in poſterum committenda reddantur: aut veniæ facilitas [a] ei peccandi tribuat incentivum. Hac itaque conſideratione habita, olim emanavit à nobis conſtitutio tenoris ſubſequentis: videlicet, Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus Paulus divina providentia Papa ſecundus, qui pridem ſuper plenariis remiſſionibus, quæ ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo conceduntur, formam & normam inſtituit, ne paſſim ſine exceptione quorumcunque criminum procliviores redderentur homines ad peccandum, per regulam in cancellaria Apoſtolica publicatam ſtatuit & ordinavit, quòd in quibuſcunque conceſſionibus & facultatibus abſolvendi, caſus infraſcripti tanquam ſpeciales ſedi Apoſtolicæ reſervati ſemper intelligerentur excepti. Videlicet offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, violationes interdicti ab eadem ſede impoſiti, criminum hæreſis, conſpirationis in perſonam aut ſtatum Romani Pontificis, ſeu cujuſvis offenſæ, inobedientiæ, ſeu rebellionis ejuſdem Pontificis, vel ſedis Apoſtolicæ, presbytericidii, offenſæ perſonalis in Epiſcopum, ſeu alium prælatum, invaſionis, deprædationis, occupationis, aut devaſtationis terrarum Romanæ eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubjectarum: ac etiam invaſionis Romipetarum, ſeu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium: prohibitionis devolutionis cauſarum ad dictam curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum, ad partes infidelium, impoſitionis novorum onerum realium vel perſonalium, eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis: Simoniæ ſuper ordinibus vel beneficiis aſſequendis, in eadem curia vel extra contractæ. Et generaliter in caſibus contentis in bulla quæ conſuevit in die cœnæ Domini, per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices publicari: Conſiderans, quòd plerunque contingit ſuam ſanctitatem hujuſmodi facultates, & confeſſionalia, tam præſentibus, quàm abſentibus, etiam oraculo vivæ vocis concedere (ne prætextu conceſſionis hujuſmodi, vel pœnitentes vel confeſſores in ſupraſcriptis caſibus fallantur, & fallant) ſtatuit & decrevit, ſuæ intentionis fuiſſe, & eſſe, per quaſcunque conceſſiones & facultates per ſuam ſanctitatem, tam ſcripto, quàm verbo factas, & in poſterum faciendas, nemini licere irretitos dictis caſibus abſolvere ſine ſpeciali ſuæ ſanctitatis licentia: quinimò conceſſiones & indulta prædicta, quoad caſus exceptos hujuſmodi, nulli penitus ſuffragari. Vt autem ipſa conſtitutio (quæ dudum, ſcilicet quinto Calendas April. anni ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, milleſimi quadringenteſimi ſexageſimi ſexti, Pontificatus noſtri Anno ſecundo publicata fuit) eiſdem Chriſti fidelibus plenius innoteſcat, nulluſque illius ignorantiam prætendere valeat in futurum: præſentibus inſeri fecimus, ut ad majorem omnium perveniat notionem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorū ſtatuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. CCCC LXVIII. quinto Nonas Mart. Pontificatus noſtr. Anno 5.

a *Veniæ facilitas incentivum tribuit delinquendi, c. ut clericorum, extr. de vita & honeſt. clericorum.*

## CAP. IV.

*Bulla confirmationis anni Iubilæi, publicata apud ſanctum Petrum in die nativit. Domini, in qua continetur, quod annus Iubilæus eſt ad brevius tempus reductus, quam olim eſſet: quinimo vigeſimoquinto quoq; anno cunctis fidelibus baſilicas urbis ſtatutas hic expreſſas viſitantibus, illius indulgentia conceditur. Et eo durante, aliæ indulgentiæ ubiq; ceſſant.*

Sixtus IV.

QVemadmodum [a] operoſi, vigiliſque paſtoris ſolertia oves ſuæ cuſtodiæ deputatas, curat à ferarum præſervare incurſibus, & ad ſtatum proſperum fœtu multiplicato perducere: ita quoque & nos (quibus diſpoſitione ſuperna univerſi gregis dominici ſolicitudo commiſſa eſt) & ſupremis deſideramus affectibus, & ſtudiis animus indefeſſis, cunctos Chriſti fideles, quos à juſtitiæ ſemita hoſtis humani generis diabolica fraude avertit, depoſita peccatorum ſarcina, ſuo reconciliare auctori: ut æternæ felicitatis præmiis noſtri redemptoris inæſtimabili charitate media potiantur, fiatque noſtræ operationis miniſterio, utilitate publica ſuadente, etiam per gratiarum ſuſceptionem, quod eorum ſaluti conveniat, atque noſtræ & prædeceſſorum noſtrorum ordinationes ſalubres debitis effectibus mancipentur. Olim ſiquidem felicis recordationis Paulus Papa ſecundus, prædeceſſor noſter, rationabilibus cauſis tunc expreſſis inductus, de venerabilium Fratrum noſtrorum, tunc ſuorum, de quorum numero tunc eramus, conſilio, annum Iubilæum ad brevius tempus provida moderatione reducens, illum ad annum vigeſimum quintum Apoſtolica auctoritate reſtrinxit, ac voluit, ſtatuit, & decrevit ex cauſis prædictis, quòd ſingulis vigintiquinque annis Iubilæus annus prædictus celebrari deberet: quodque anno Domini M. CCCC LXXIV. proximè futuro, videlicet à vigilia nativitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, idem annus Iubilæus inciperet, & ut ſequitur, finiretur: ac univerſi & ſinguli utriuſque ſexus fideles, qui beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli baſilicas, Lateranenſiſque, & ſanctæ Mariæ majoris almæ urbis eccleſias ſtatutis diebus devotè viſitarent, omnes & ſingulas indulgentias & peccatorum remiſſiones conſequerentur, quas idem Pontifex ſuique prædeceſſores Anno Iubilæo hujuſmodi baſilicas & eccleſias prædictas viſitantibus devotè concesſerant, per quaſdam primò, & deinde nos, qui (dicto prædeceſſore, ſicut Domino placuit, ſublato de medio) fuimus divina diſponente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, & per alias noſtras literas, ejuſdem Pauli prædeceſſoris ordinationem, voluntatem, & ſtatutum, ac omnia & ſingula in eiſdem ſuis literis contenta, de fratrum eorundem conſilio approbantes: Similiter ſtatuimus & ordinamus, quod annus Iubilæus prædictus, cum eiſdem indulgentiis & remiſſionib. plenariis peccatorum, anno proximè futuro

a *Vide extravagantem Gregorii XIII. incip. Dominus ac redempter, qua indicitur ſanctus Iubilæus pro Anno 1575.*

à vigilia

in vigilia nativitatis ejuſdem incipere, & ut ſequitur, continuari deberet: prout in ſingulis literis prædictis (quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis) plenius continetur. Verùm, quia poſtmodum, tam nos, quàm idem Paulus prædeceſſor noſter, dum in humanis ageret, animarum ſaluti fidelium intenti, multorum Principum & aliorum Chriſti fidelium, ac devotarum perſonarum pulſati precibus, diverſas indulgentias & peccatorum remiſſiones plenarias nonnullis eccleſiis, monaſteriis & piis locis duximus concedendas: propter quas populorum forſan concurſus ad baſilicas & eccleſias prædictas retardari, aut ipſius anni Iubilæi celebritas minui, vel intermitti poſſet, cum animarum non modico detrimento: Nos qui univerſorum credentium profectibus & ſaluti proſpicere ex debito miniſterii paſtoralis adſtringimur (ne propter aliarum indulgentiarum hactenus à nobis, ſeu eodem Paulo, vel aliis prædeceſſoribus noſtris conceſſarum, hujuſmodi effuſionem, hoc ſanctum opus, ac remiſſionis & gratiæ annus Iubilæus intermittatur, aut fideles ipſi à tanto munere reddantur expertes) remediis opportunis providere volentes, omnes & ſingulas plenarias, etiam ad inſtar Iubilæi, ac etiam commutandi vota, aut ſuper eis & malè ablatis incertis, aut per uſurariam pravitatem, vel alium illicitum modum extortis, diſpenſandi & componendi, aut illa ſub certis modo & forma remittendi, & deputandi confeſſores, cum poteſtate abſolvendi, etiam in caſibus ſedi Apoſtolicæ reſervatis, facultates, conceſſiones, & indulta à nobis & eadem ſede, vel illius auctoritate quibuſcunque eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, & piis locis, univerſitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quàm ad certum tempus, in vita, ſeu in mortis articulo, [illegible] modo, aut quavis cauſa, quomodolibet conceſſas & conceſſa, & in poſterum forſitan concedendas, vel concedenda, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, uſque ad noſtram & ejuſdem ſedis beneplacitum ſuſpendimus, illaſque durante beneplacito noſtro & ſedis prædictæ ſuſpenſas eſſe volumus, nec interim alicui ſuffragari: indulgentiis tamen baſilicarum & eccleſiarum dictæ urbis in ſuo plenario robore durantibus. Diſtrictius inhibentes, aliis indulgentias (præter iſtas duntaxat) in locis publicis vel privatis prædicari aut nunciari, earumque prætextu à quæſtoribus a aliquid exigi quoquo modo. Quinimò quæſtores, & prædicatores quoſcunque per locorum ordinarios & prædicationibus & quæſtibus hujuſmodi ſuſpenſis volumus & mandamus præſentium auctoritate [illegible], ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, de quibus viſum fuerit opportunum. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſuſpenſionis, inhibitionis, mandati & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tyburæ anno incarnationis Dominicæ, M. cccc lxxiii. 4. Cal. Septemb. Pont. noſt. Anno 3.

## CAP. V.

*Sixtus tempore ſuo multis multas conceſſerat indulgentias: quas nunc ex cauſis hic revocat.*

Idem.

Etſi dominici gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benignè concedere ſoleamus, per quæ (peccatorum mole depoſita) ſalus ipſis ſuccedat, & hoſtis humani generis ſervitute ereptas animas lucrifaciamus altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate commiſit: id tamen propenſiori ſtudio præcavendum eſſe cenſemus, ne cujuſvis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtentu, Chriſti fideles procliviores ad illicita in poſterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentivum. Cum itaque (ſicut multorum fide dignorum teſtimonio accepimus) ob multitudinem facultatum per nos, vel auctoritate noſtra conceſſarum, tam verbo, quàm in ſcriptis, confectis exinde literis vel non, prælatis & perſonis eccleſiaſticis, etiam religioſis & ſecularibus utriuſque ſexus, capitulis, collegiis, conventibus, hoſpitalibus, confratriis, & univerſitatibus, tam in genere, quàm in ſpecie, ſub electione, vel deputatione confeſſorum, qui eligentes eoſdem, vel pro indulgentiis per nos conceſſis conſequendis, ad eccleſias & alia pia loca confluentes, ſeu ad aliqua pia opera manus porrigentes adjutrices, earundemque confratriarum confratres & ſorores, ac in hoſpitalibus prædictis decedentes, ſeu deſervientes, aut eis piè aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum miniſteria exhibentes, & in ordinibus profitentes, eorum confeſſione diligenter audita, in ſingulis etiam ſedi Apoſtolicæ reſervatis caſibus ſemel in vita, & in aliis toties quoties, ac in morte plenariè, vel aliàs etiam ad effectum conſequendi quaſcunque indulgentias plenarias, vel non plenarias, abſolvere, & pœnitentiam ſalutarem eis injungere, emiſſa quoque vota per illos quæcunque in alia pietatis opera commutare liberè & licitè valeant: fideles præfati ad peccandum, & ad alia illicita committendum, nonnunquam procliviores exiſtant, in non parvum periculum ſalutis animarum ſuarum. Nos qui Deo propitio ejuſdem gregis dominici (meritis licet inſufficientibus) curam gerimus, & illum ſpiritalis theſauri elargitione cupimus ipſi Deo reddere acceptabilem: ne exinde clavium auctoritas deducatur in contemptum, ipſique ad peccandum procliviores (ut diximus) liberiùs prolabantur. Ex præmiſſis & aliis rationalibus cauſis animum noſtrum moventibus, motu proprio (non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera voluntate & deliberatione) auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quòd de cætero prætextu facultatum hujuſmodi conceſſarum à nobis, vel auctoritate noſtra, & quas concedi quomodolibet continget in poſterum, verbo, literis, aut quavis alia ſcriptura, etiam cum clauſula, quòd ſola ſignatura ſufficiat etiam in favorem fidei & cruciatæ: nullus confeſſorum eorundem quempiam, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtat, & quacunque eccleſiaſtica, etiam epiſcopali, vel majori, aut mundana, etiam regali, & majori dignitate præfulgeat, qui offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, violationis interdicti ab eadem ſede impoſiti, ſeu hæreſis, poſtquam fuerint de ea ſententialiter condemnati, delati, ſeu publicè diffamati: conſpirationis in perſonam aut ſtatum Rom. Pont. ſeu cujuſvis offenſæ, inobedientiæ, aut rebellionis ejuſdem Pon. vel dictæ ſedis, mutilationis membrorum, vel occiſionis cujuſcunque in ſacris ordinibus conſtituti, offenſæ, perſonalis in Epiſcopum ſeu alium prælatum: invaſionis, deprædationis, occupationis, aut devaſtationis terrarum Romanæ eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubjectarum: ac etiam invaſionis Romipetarum, ſeu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium: prohibitionis devolutionum cauſarum ad dictam curiam, delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: impoſitionis novorum onerum, realium vel perſonalium, eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis: ſimoniæ ſuper ordinibus vel beneficiis conſequendis in dicta curia vel extra eam contractæ, criminum quomodolibet reus foret. Et generaliter in caſibus contentis in literis, quæ conſueverunt in die cœnæ domini publicari, prætextu hujuſmodi facultatum abſolvere, & per eos emiſſa peregrinationis ultramarinæ, & viſi-

a *Prædicatores quæſtuarios omninò abolevit Conc. Trid. Seſſ. 5. de reform. c. 2. §. ult. & ſeſſ. 21. de refor. c. 9.*

tationis liminum Apoſtolorum Petri & Pauli, in Compoſtella, & caſtitatis ac religionis vota. Niſi ex ſpeciali licentia, & certa ſcientia noſtra, de qua demum conſtare cenſeatur, cum in ſignatura noſtra deſuper manu noſtra ſcriptum, aut in literis noſtris expreſſum fuerit: nos ex certa ſcientia & de ſpeciali gratia id concedere cum derogatione præſentis conſtitutionis, illius de verbo ad verbum inſertum tenore: non autem per clauſulas id importantes, vel in articulo mortis conſtitutum, & tunc in caſibus (in quibus ſatisfactio fuerit impendenda) facta ſatisfactione, vel idonea præſtita cautione commutare præſumant. Et ſi aliqui confeſſorum prædictorum contra præſentem conſtitutionem quenquam abſolvere, aut excepta vota prædicta commutare attentaverint, abſolutio & commutatio hujuſmodi nullius ſit roboris, vel momenti. Et contrafacientes eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrant, à qua (niſi in mortis articulo a conſtituti) ab aliquo, quàm à Romano Pontifice abſolvi non poſſint: Non obſtantibus literis, & conſtitutionibus hujuſmodi, ac conſtitutionibus, & ordinationib. &c. Et ne aliquis de præſentibus ignorantiam valeat allegare, mandamus eas in Cancellaria Apoſtolica, & audientia literarum contradictarum legi & publicari, ac inter extravagantes alias Apoſtolicas conſtitutiones in quaterno dictæ cancellariæ deſcribi, &c. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrarum ſuſpenſionis, inhibitionis, mandati & voluntatis, &c. Datum Spiræ, Ann. Domini M. CCCC LXXVIII.

## DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

## TITULUS X.

### CAP. I.

*Excommunicati ſunt, qui pactis aut promiſſionibus juſtitiam vel gratiam à ſede Apoſtolica obtinent, & qui tales non revelant: nec illis abſolutio facilè conceditur.*

Bonifacius VIII.

EXcommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: auctoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra, omnes clericos, religioſos, & laicos utriuſque ſexus, ſive ſint familiares curiæ, ſive alii undecunque, qui aliquod pactum fecerint, ſeu aliquod parvum vel magnum promiſerint, vel promiſſionem receperint, aut ex pacto ſive promiſſione occulta vel manifeſta, facta ſub generalibus & plenariè non expreſſis, ſive ſit ſub ſpecialibus & expreſſis apertè verbis, quicquam dederint aut receperint, magnum vel parvum, vel promiſſionem de quacunque re aut utilitate propter hoc conſequenda fecerint, vel receperint, pro aliqua juſtitia ſive gratia pro ſe aut pro alio in cauſis, vel judiciis, ſeu alias per literas Apoſtolicas, & quibuſcunque modis apud ſedem Apoſtolicam obtinenda. Et hanc ſententiam ad promittentes & acceptantes, dantes & recipientes duximus extendendam. Illos quoque qui aliquem ſciverint culpabilem in prædictis, & nobis intra dierum trium ſpatium non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter perferatur, ſimili decernimus ſententiæ ſubjacere. Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum (abſque ſpeciali mandato) noſtræ abſolutionis beneficium valeat obtinere: niſi forſan ad nos habere acceſſum non poſſet, in mortis articulo b conſtitutus. Nec etiam ad abſolutionis gratiam admittatur, niſi prius quantum dedit vel recepit, integraliter Pauperibus largiatur. Juſtitiam verò ſive gratiam ſic obtentam nullius prorſus eſſe momenti volumus, omnique ſtatuimus carere effectu, & robore firmitatis. Sed & ſcienter utentes ipſa reſervantes nobis abſolutionem eorum cum præmiſſis omnibus ad pœnas ſimiles obligamus.

a *Vide Conc. Trid. Seſſ. 14. de caſuum reſervatione, c. 7.* b *Vide Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 7. de caſuum reſervatione.*

### CAP. II.

*Præmiſſis damnis ex interdicto provenientibus, ſtatuit quòd propter dominum debita non ſolventem ejus terra vel civitas ſine ſpeciali Papæ licentia non interdicatur.*

Idem.

PRovidè attendentes, quòd ut frequentiùs, quamvis non ſine cauſa, ſine culpa tamen multorum interdicti ſententiæ proferuntur, quodque ſunt nonnulli judices nimis prompti ad proferendas eaſdem, etiam in leviciis ſive cauſis, quæ interdum plus ex cupiditate, quàm charitatis radice perſpicuis indiciis procedere apparent: quodque interdicti tempore divina organa ſuſpenduntur & laudes, nec eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantur ut ſolent: tolluntur mortuis ſeu minuuntur ſuffragia, præſertim per oblationem frequentem hoſtiæ ſalutaris adoleſcentes & parvuli participantes rarius ſacramenta minus inflammantur, & ſolidantur in fide: fidelium tepeſcit devotio, hæreſes pullulant, & multiplicantur pericula animarum. Præſentis conſtitutionis perpetuo edicto, ut nulla Provincia, civitas, caſtrum, villa, locus, territorium, vel diſtrictus auctoritate ordinaria vel delegata ſupponatur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cujuſvis monetæ, vel pecuniæ quantitate, quacunque occaſione vel cauſa, ſeu quovis quæſito colore: pro eo maximè, quòd ipſorum domini, rectores ſeu officiales, quocunque nomine cenſeantur, ac [illegible] ſeu habitatores, aut ſingulares perſonæ ipſorum, ſtatutis vel ſtatuendis ordinatis vel ordinandis terminis hujuſmodi debitum ſeu quantitatem non ſolverunt, hactenus aut in antea non perſolvent. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, ſi ſecus hactenus exſtitit attentatum, vel contigerit attentari, illudque revocamus omninò: Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus obligationibus, pactis, conventionibus, compoſitionibus, ſubmiſſionibus, fidejuſſionibus, conſenſibus, proceſſibus, & ſententiis ſuper hoc habitis, vel habendis juramentorum, pœnarum ſpiritalium, & temporalium, ſeu mulctarum appoſitione, vel quacunque alia firmitate vallatis. Niſi talis ſuppoſitio interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de Apoſtolicæ ſedis ſpeciali licentia, & expreſſa per ipſius ſedis patentes literas apparente.

### CAP. III.

*Andronicum Paliologum, ſe Imperatorem Græcorum nominantem, & hæreſis ipſorum fautorem, excommunicatum denunciat: omnesq; cum eo ſic manente ſocietatem contrahentes, qui ſub eo ſunt, excommunicatos, & eorum terras eccleſiaſtico ſupponit interdicto. Suntq; privandi bonis, quæ ab eccleſia tenent: & talis ſocietas ſeu confœderatio nulla eſt. Facit cap. ad Apoſtolicæ de ſen. & re jud. lib. 6.*

Clemens V.

AD certitudinem præſentium, & memoriam futurorum Andronicum Paliologum, qui Græcorum Imperatorem ſe nominat, tanquam eorundem Græcorum antiquorum a, ſchiſmaticorum, & in antiquo ſchiſmate conſtitutorum, & per hoc hæreticorum, & hæreſis ipſorum ac ſchiſmatis antiqui fautorem, de fratrum noſtrorum conſilio denunciamus excommunicationis ſententiam latam à canone incurriſſe, ac ipſum fore ſententiæ vinculo innodatum. Cæterùm univerſis & ſingulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris omnibus cujuſcunque

a *Al. antiquatorum.*

præmi-

præeminentiæ, conditionis, ſtatus, necnon univerſitatis, civitatum, caſtrorum, & aliorum locorum diſtrictius inhibemus, nec cum eodem Andronico Paliologo in hujuſmodi excommunicatione manente, ſocietatem vel confœderationem aliquam contrahere ſub quovis ingenio, vel machinatione præſumant: vel ei aliàs in his, quibus excommunicatus eſt denunciatus à nobis, præſtare conſiliũ, auxilium, vel favorem publicum, vel occultum. Et ſi ſecus præſumptum fuerit, omnes ſingulares perſonas contrarium præſumentes (non obſtante qualibet indulgentia ſub quacunque forma verborum, vel expreſſione ipſis ab Apoſtolica ſede conceſſa, vel in poſterum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omninò carere) ſententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipſos ferimus, incurrere volumus ipſo facto: Terras ipſorum & univerſitates prædictas, quæ ſecus attentare præſumpſerint, prout expedire videbimus eccleſiaſtico curabimus ſubjicere interdicto. Ad privationem omnium bonorum, quæ à quibuslibet tenent eccleſiis, & ad pœnas alias ſpiritales & temporales, prout utile putabimus, proceſſuri. Et nihilominus ſocietatem & confœderationem ipſas (etiamſi pœnarum & juramenti additione vel quacunque fuerint alia firmitate vallatæ) decernimus irritas & inanes. Datum Pictavis III. Nonas Iunii, Anno 2.

## CAP. IV.

*Excommunicati ſunt, qui literas à Papa ante ſuam coronationem conceſſas impugnant.*

Idem *a*.

QVia *b* nonnulli (prout accepimus) contra doctrinam Apoſtoli ſuæ prudentiæ, quin potius imprudentiæ innitentes, ac diſceptare ſuper his de quibus eis non expedit, ſatagentes, aſſerere non verentur, quòd ſummus Pontifex ante ſuæ coronationis inſignia ſe non debet intromittere de proviſionibus, reſervationibus, diſpenſationibus, & aliis gratiis faciendis, nec ſe in literis Epiſcopum ſimpliciter, ſed electum Epiſcopum ſcribere. Nec etiam uti bulla, in qua nomen exprimatur ipſius. Nos talium temeritates compeſcere cupientes, ſingulos, qui occaſione hujuſmodi aliquas literas noſtras ſuper negociis quibuſcunque confectas *c*, quæ à nobis ante coronationis noſtræ inſignia emanarunt, auſi fuerint impugnare, excommunicationis ſententia innodamus. Datum apud Peſecum Burdegal. diœc. Anno 2.

a *Ioannes de Sylva in tract. de benef. part. 1. q. 2. dum meminit hujus extravagantis, eam tribuit Clem. 6.* b *Prov. cap. 3. ne innitaris. extr. de conſt.* c *Al. conceſſas.*

EXTRAVAGANTIUM COMMUNIUM FINIS.